CONTROVERSIARVM FORENSIVM

RERVM PRACTICABILIVM, ET IVDICATARVM SEMICENTVRIA.

In qua selectiores, & in foro quotidie occurrentes quæstiones.

De Iurisdictione Iudicum, eorumque recusatione.
De Titulis; & præeminentijs.
De Confraternitatibus laicorum, earumque sodalibus.
De Expensis funerum, quarta funerali, ac sepulturæ electione.
De Immunitate ecclesiastica, ipsiusque indignis.
De Excommunicatione, & censuris, ac cedulonum affixione.
De Clericis coniugatis, eorumque Priuilegijs, & illorum amissione.
De Administratoribus, eorumque salarijs.
De Coniugali societate, donatione inter coniuges, cæterarumque donationum reuocatione.
De Dotibus, earumque repetitione.
De Aedilitio edicto, & Animalium noxa.
De Canonicis, & Iure accrescendi inter eos.
De Institutionibus, & substitutionibus, earumque purificatione.
De Minoribus eorumque priuilegijs.
De Pignoribus, & hypothecis.
De Feudis, eorumque alienatione.

Et aliæ plures cum in Theoria, tum in Praxi tam apud Ecclesiasticos, quam apud sæculares Iudices passim disceptatę Controuersię summo studio, pleno calamo, & noua doctrina explicantur, & resoluuntur.

AVTHORE

D. PETRO QVESADA, ET PILO

IVRISCONSVLTO TVRRITANO,

Aduocato Pauperum, & Consultore Sancti Officij ex Consilio Regiæ Chatolicæ Maiestatis, & in Aula Criminali Sardoi Iudice Regiæ Curiæ.

Opus omnibus cum in Scolis, tum in Palatijs versantibus apprimè vtilè, & opportunum.

Argumentis, Summarijs, & diuersis Indicibus, & præsertim Materiarum decoratum.

ROMÆ, ANNO M.DC.LXVI.

Typis Angeli Bernabò SVPERIORVM PERMISSV.

SVMPTIBVS IOSEPHI CORVI.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. PRINCIPI

SFORTIAE CARDINALI PALLAVICINO

ANGELVS BERNABO' FOELICITATEM.

QVOD ego Te, Princeps Eminentissime, vulgaris homo publicè alloquar, Tibique consecrem dona non mea, aliquis fortasse vertet audaciæ, & alio insuper nomine inopiam mei consilij culpabit. Si enim à præclarissima luce nominis Tui gloriam meis Typis quærebam, cur non illi delicias addixi suas, Rhetorum scilicet flores, & Naturę, ac Diuinitatis arcana, quibus pulcherrimos annos donasti, quaque egregio magisterio professus es; sed potius legum decreta, quæ vastissima quidem mente complecteris, non tamen alios eorumdem scientiâ Tua Docentis vox, aut Scriptoris calamus locupletauit? Verùm & clementissimæ humanitati Tuæ ingrata non accident munera erudita, & vt cumque me deprimat sortis abiectio, amare certè in me potes beneficia Tua. Accessit fauor comprobationis Tuæ Typographis, qui sapientissima Opera Tua Summorum Virorum nomini consecrarunt: Quæ me in præsens exempla confirmant, magisque meus obsequentissimus cultus, cui sese palam ostendere votis ambitiosis prægestienti, hę solum pręstò sunt erudita Doctorum hominum opes meis sumptibus publici iuris effectæ. Quin ipsa etiam docta volumina sponte sua ad Regalis Tuę Purpuræ, hoc est ad Literatorum Principis patrocinium volant. Inter ingeniosas verò lucubrationes consultò selegimus illas, quæ leges, & Iura describunt; Quamuis enim amplissimus animus Tuus Doctrinarum omnium fontibus mundetur, sitque scientia qualibet prodigiosè diues, & eorum, qui nunc ætatem agitant, Nulli Secundus, comprehensionem tamen absolutissimam Iuris, & Legum in Te super alia omnia miramur; quia cum huiusce modi facultas peculiaribus Patrum decretis, & alieni placiti eruditione definiatur, iure meritò suspicimus, quod præferuidum Ingenium Tuum suis alis ad Cœlum eniti consuetum, hisce se se carceribus adeò constanter incluserit. Quęcumque prisci Sapientes ad rectè temperandas Respublicas decreuerunt, ea Tu omnia, ad ludum, vel ad quietem animi à grauioribus studijs, edidicisti duobus illis, quibus totum Diuinæ scientiæ Cœlum annis dimensus es, quod alij vix quatuor percurrunt; & ea tunc Cœlestis ingenij argumenta Quiritibus exhibuisti, quibus iam tùm Ingeniorum Phœnici Pico par Aquila diceberis, & senes literarum Antistites pluribus Tecum vno diebus congressi, non Te Palladi proximum, sed in Te renatam Palladem venerabantur. Tunc ipse non rarò digressus è Cœlo, & Astręa Tecum in terras reuocata, quæ Iura Pontifices, quæ Cæsares dixere, complexus animo es. Quamobrem illam præcipuè Tibi scientiam deuouemus, cuius dominatus in Te præcipuè admirationem lacessit, velut etiam

adeptio ipsa fuit omnium maximè prodigiosa. Quid quod Aequitatis leges suo veluti iure Auspicia Tuę Purpuræ *flagitant: Et, quia cum viua sis Principum Sacrorum Idęa, ex ipsa natura, moribusque Tuis leges haurire, & exprimere deberent mortales, & æquissimo ipse olim imperio populos moderatus es, natus ad imperandum ex Præclarissimo sanguine* Proauorum, *quos* Principes, *& summos Exercituum Imperatores coluit Italia, timuit Europa. Ad hęc iuris, & æqui retinentissimum, & cuilibet repugnare pro ęquitate paratum Te Roma admiratur; Et Legum, quę hominum mores temperant, amantissimum Te prodidere Diuina de Humanis Actibus, de que Natura Boni volumina Tua, & ex aureis libellis, quibus Theologię succum omnem operosissima breuitate inclusisti, qui de Iure agit, & Iustitia nulli primas concedit: &, quibus frequentissimis referta est mirabilis Historia Tua, sententię politicis institutis informant* Principes *Viros, Animatas nempe Leges mortalium, vt illos Pindarus dixit. Tua verò virtus dignissimum Te exhibet, qui non receptis solùm Proauorum decretis temperes* Populos, *sed recentia Ipse iura condas populis adoranda. Si Legum olim latores ad aucupandam authoritatem decretorum suorum ementiti sunt intimam familiaritatem Deorum, tanquàm ex ijs præclara illa Legum inuenta peperissent; adeoque quas Bactrians Zoroastres condidit leges, retulit ad Horomasin, quasque Scythis Zamolscis ad Vestam, quas Cretensibus Minos ad Iouem, quas Solon Atheniensibus ad Apollinem, quas Chartaginiensibus Charondas ad Mercurium, quas Pompilius Romanis ad Aegeriam, Te nunc intuemur non fictam* Palladem *ex imperantis Iouis mente prognatam, sed veram authoritatis commendatricem Tuæ, notitiam, & familiaritatem Cælestium assecutum: Et tùm ex Ingenij præstantia prope Diuina, & Mente, qua donatus es aurea, sicut illam in omnibus* Plato Principibus *exoptabat, tùm ex Virtutum cultu religiosissimo exemptum propemodum communi sorti mortalium. Quantum est Tibi cum Cælitibus consortium, quos perpetuò candidissimis, & labi cuilibet intactis, etiam in lubrico iuuentutis vere, mox etiam sanctis moribus repræsentasti: ob spretas olim opes, & summos honores, quibus Tua virtus velificabatur, quique à Te Reluctante tandem aliquando lucem acquisiuere, mortalibus venerabilis: semper cum priscis sapientibus colloquutus, vel illos ad vitam reuocans in eruditis colloquijs, quæ Musæ perpetuò frequentant, & Charites: ad humanas non dico voluptates, sed necessitates ipsas raro ab altissimarum rerum cogitationibus auocatus, & fermè tantùm vberrimo ingeniosę pabulo dapis recreatus, adeo supra mortalium vulgus, & priscos legum Latores assurgis, vt sancire iura possis maius omninò, quàm illorum placita pretium habitura. Porrò cum semper fęlicissimus animus Tuus lucidum veritatis Cælum peruolitet, neque hominis tantùm, quod rari mortales, sed ex hac nostrati, & communi concretione soluta Mentis perpetuò vitam ducat, mirabimur, quod petitum è syderibus aurum supra paginas eruditas dispergat? Mearum partium duco, veluti Sacra Diuorum, scriptos à Te libros venerari. Sed (quoniam nostris in officinis, ab eruditis, qui eas frequentant, Viris summorum hominum librantur ingenia, velut in ædibus Laurentij Medicei Regnorum pondus explorabatur) ex innumeris, ijsque doctissimis viris accepi, ingeniosius nihil, solidius, profundiusue Theologicis Tuis operibus reperiri, & in illa, velut in Vniones, & Adamantes sparsum per immensas aliarum gemmarum*

rum

rum moles pretium, & candorem omnem confluxisse: Tragędia, qua D. Ermenegildi magnanimum eelebras fatum, suauius, aut doctius nihil Hetruseas Musas emodulatas, adeòque in Italico certè, quidni & in Latino, illam Cothurno Principem esse. Historiam verò Concilij Tridentini ob immensas, quibus affluit, opes ingenij, ac doctrinæ, ob acutissima tela, quibus hostem sapientissimè, & verè Palladis hastà transuerberat, ob Rhetoricæ elegantiæ lepores omnes, & Matronę cultu indutas Veneres eloeutionis, quibus egregiè reprasentas, quas aureus de Stylo liber Tuus, priscis Rhetorum pręceptis omninò suppar, leges pręscribit, ob allata Romanę fidei emolumenta, ęterasque eximias pręrogatiuas, non Historicorum modo aurei sæculi Principibus palmam dubiam facit, sed pręstantissimum profectò est omnium opus, quæ demum cumque maternà linguà exarata Italiam exornauere. Animos mihi tandem addit beneficentissima Humanitas Tua, vt communes ad Te deferam de Te ipso Typographorum omnium querelas. Sua illi fortunæ irascuntur, quod priuatis colloquijs Tuis semper interesse non possint, aut illa saltem ab alijs accipere posteris omnibus à se commendanda. Enim verò sicut Amanuenses quamplurimi Mogoræo adesse Regi perhibentur, & labore improbo excipere quæcumque prodeunt oracula ex ore barbari Principis, vt illi ineptè, sic nos prudentissimè legeremus in publicum Typis proferendas, quas Rosas, quos Vniones loqueris in communi quouis congressu, vel rura perambulans, à Te Apolline in Parnassum mutata, vel tenuissima dape reficiens vires; adeò vt pretiosius omninò conuiuium à Te cęnante adornetur ingenijs, quàm alij immanibus voluminibus Typos vexantes, per annos plurimos chartis impallescentes instruxerint. Vale, Princeps Eminentissime, ac diutissimè Viue Fama superstes Tua, quosque Lectorum oculis inuidet eximia copia, mirificæ sapientię thesauros auribus eruditis indulge.

PRÆ-

PRAEFATIO AD OPVS.

INTERIM quò benigne lector, pius, & candidus, vt in mentem duco, vel acerrimus censor, & maleuolus Zoilus, vt deseruiens tempori, cui seruire omnes politici præcipiunt, [a] fortiori pondere dijudicare valeo; posteriorem dissertationum librum ingenij prælo batturere studeo, Amplissimi nostri Senatus Sardoi toto Orbe colendi, *vt optimarum legum officinæ, & iustitiæ theatri* [b] decisionum centesimam metam transgredientium volumen hoc luci mittere animo reuolui, ex varietate scopi laboris leuamen mihi extorquens, *instar refectionis existimans mutationem laboris*: [c] tanti almi Senatus decisiua vota inter spumosas obiurgantium procellas, inter litium biliexpositos tutissimum portum, [d] non contemnendum sydus aliquid diuinitatis redolens fere visui humano; [e] vt tutum ductum tuto pede calcandum, à lethea iniuria vindicans rostris affigere prætio habui; *tùm quòd si meus non placeat partus, non displiceant Senatuum placita*; [f] tùm vt incumberem communi adagio, licet exactiori facundia opus indigebat, *Spartam nactus es, hanc orna*, [g] patrio amori, liberorum, ac parentum præferendo amori, vt veteri Ethnici varijs in locis prædicabant [h] succumbente conatus horrore, cuius patriæ nomen alioquin timidos, fortissimos constituit, vires subministrans ad debellan. dum fortius. [i] Huic oneri sàt vndiquè [K] museitantium iniuriæ exposito, & labores passim producenti, *est res difficilis, ardua, ac fastidiosa*, loquitur Plinius de elaborandis legalis scientiæ libris, *& quæ eos quibus contemnitur, dedignatur*, [l] inhærentem me puto dignum laude, audi eloquentiam Romanam, si ad aciem veritatis inter emulationis fulgetra non cæcutis, *magna laus est, & grata hominibus, vnum hominem elaborare in ea scientia, quæ sit multis profutura*. [m] Aristarchus scriptorum *dentem theominoridem*, ratiocinatur Nouarinus [n], molliet, nobiliorem me saltim prouinciam arripere fuisse conatum, quæ anxietas non vilipendio afficienda, immo ob laudabile votum laudabilis reponenda iuxta Saluianum, [o] *infructuosum non est tentare prodesse*, quam in arrepto, & tranato iam onere, ac opere Dissertationum, cui ex ingenij rusticitatis carcere euolans recenter primitias soluentis, ac parturientis anno trigesimo commorans studui, collegi, ac edidi: veritatis huius pro vindice tempus conuoco, Seneca loquitur, *dandum tempus est, veritatem enim dies aperiet*, [p] petenda est ab ipso ratio; *non irascetur sapiens*, ait, *peccantibus, quia scit neminem nasci sapientem*. [q] Ad sapientiam deuenitur, non nascitur, quæ non minus quam virtus eget pedagogo, non minus abhorret à carneis natalibus, qui ab æterna mente dilapsus splendor corpore occlusus tenebrosa volumina patitur, & longo infantię carcere tantum non torpescit in brutum, donèc ab infectis facultatibus pulsa caligine, mentalis apex emicet. [r] Non natura, sed arte, tempore, sudore, ac ærumnis comparatur: [s] Nobilissima huius scientiæ libido pluribus incõmodis ancillatur, plures insomnes noctes patitur, *o nox*, dicebat Philostratus, *tu plurimum particeps es diuinæ sapientiæ*: [t] Spineam semitam conculcandam extorquet, & ad deliquium animi sępius ipsum animum cogit; assidui enim, teste Cicerone, [u] in scientiarum officina mirè carpuntur, emarcescunt

a Nicol. Vernul. institut. polit. lib. 3. c. 17.

b Ioseph Roman. in præfat. ad lectorem apud Dexart. in lib. decision.

c Plinius ad Traian. in panegirico.

d Cassiodor. lib. 4. epist. 27.

e Solorzan. in polit. lib. 5. c. 8 lit. K. fol. 821 Fontanel. de pact. claus. 6. gl. 3. n. 8. tom. 1.

f Franc. Mar. Prat. in præfat. ad lect. 1. tom. dissertat.

g Marc. Tullius ad Attic. lib. 4. epist. 6

h Cicer. lib. 1. & 3. officior. Valer. Max. lib. 5. c. 6. Stobæus serm. 37.

i Lucian. in encom. patriæ.

K Plin. Iunior. lib. 7 epist. 27.

l Cicer. in orat. pro Murena.

m Infr. in Sardinia c. 27. pag. 105.

n Saluian. in præfat.

o Senec. lib. 2. de ira

p Senec. lib. 2. de ira cap. 10.

q Altamiran. ad l. 1. c. 2 de filijs offic. c. 6. n. 24.

r Aristot. lib. 6. ethic. c. 11.

s Lib. 3 de vita sophist.

t Lib. 2. de natura Deorum.

u Martial. lib. 6. epigr. 60.

cefcunt, & ad mortem vfquè deueniunt: quo alludit Plinij dictum, *eſt aliquis morbus, propter ſapientiam mori*. Afficitur his, & alijs ærumnis ſcientiam ambiens, his ferè in librorum editione herbam porregi, licèt illas exigui ponderis dijudices, quæ inſpectio non à facundia calami, ſed à fortuna vulgaris acceptionis dimetitur. x

Quam multi tineas paſcunt, blataſque diſerti:
Et redimunt ſoli carmina docta loci.
Neſcio quid plus eſt, quod donat ſæcula chartis,
Victurus genium debet habere liber.

x in ſatyris.

Pateat Zoilum Petronij ſententia, y *neque enim concipere, aut edere partum mens poteſt, niſi ingenti litterarum flumine inundata*. Tenuitas operis calumniata, & præuium hoc fundamentum expoſcit, & labores non tenui compactos ſudore ducit: audi lepida carmina z quibus te torqueo, & retorqueo, muſcitans os in exilium ſilentij damnans.

y Apud Solorzan. politica Indiar. in epiſt. ad lectorem ſine.

z Heſiod. in oper. & dieb.

A noſtris, igitur, diſcede Zoile muſis:
Nil morſus rabidos zoile curo tuos.
Nil mihi naſuti noceant, tu liuor abeſto,
Et tua fac melius ſi potes inuidia.
Quæ potui, feci; ſed quis plura requirat,
Conſulat ingenio, qui meliora valet.
Feci, quod potui, potui quod Chriſte dediſti,
Improbe fac melius, ſi potes inuidia.

Adſcribit ſibi poſteritati conſulens tot iudices quot oculos, tot nauſeam, quot liuorem, præcipuè inteſtinum, iuxta illud *paſcitur in vicino liuor*, a cuius morbida natura proprijs ſtomachatur, alienis congratulatur, *quidquid enim domi eſt*, teſte Seneca, *vile eſt*; b in quem ſcopulum nè quamplurimi impingerent, exemplo Vliſis propriam patriam neglexere exeuntes à domo, ac cognitione propria. c Antiquatam cognoſco querimoniam hanc domeſticas res faſtidium pellicere, externas admirationem: lenocinium, ne duriori cauſæ cauſam adſcribam, nouitas conſtituitur; ſol ſpectatorem, niſi cum deficit non habet, nemo obſeruat lunam, niſi laborantem, hæc tamen exclamat Plinius, d *non annotamus quamdiu ordo ſeruatur; ſi quid turbatum eſt, aut præter conſuetudinem emicuit, ſpectamus, interrogamus, oſtendimus*, adeo naturale eſt magis noua, quam magna mirari; haud tamen his acceſſitus ab animo cadet inhærens tuto cardini, quem præbet elaborantibus in Aſtreæ officina æternitati conſilium Caroli Scribanij; e *non placet ſuis, placebit alienis, & mirari diſcent, quod domeſtici negligunt; non placet ætati ſuæ, placebit ſecuturæ; patitur obſtrectatores, nullum magnum factum ſine criminatione fuit, mutuò innectuntur virtus, & æmulatio, eruditio, ac obtrectatio, nec metue, creſcunt laudanda aduerſis, & clarior ſcriptio eſt, quæ æmulum patitur* admiranda ſanè verba, quæ vtiquè animum pelliciunt, trahunt, ac ſuadent, vt labori non parcat, & quamplurimis conſulat, quibus, & non ſibi author elaborat, f poſt cineres ſaltim, ad quorum aras liuor immolatur, honore debito afficiendus iuxta commune dicterium. g

a lib. 3. de beneficijs cap. 30.

b Aurel. Caſsiodor. lib. 2. variar. epiſt. 39

c lib. 7. natur. quæſtion. cap. 1.

d In tract. de polit. Chriſt. lib. 2. c. 26.

e Franc. Maria de Prato pract. obſeru. cap. 78. num. 6.

f Ouid. 3 de Ponto.

g lib. 2 epiſt. 3. Laurent. Mat. de Reg. Regn. Valent. tom. 1. c. 6. §. 5. num. 19.

Scripta placent à morte quidem, quia lædere viuos
Liuor, & inuiſo carpere dente ſolet.
Paſcitur in viuis liuor, poſt fata quieſcit:
Tunc ſuus ex merito quemque tuetur honos.

Reus conſtituor in conatu plurimorum defectus criminum, illis ancil-

latum

latum non immunem reputo, licèt non semèl in Senatu Sardoo meum nomen laudabiliter expensum, & iuxta exarata in primum dissertationum volumine aliquos casus illis inhærentes fuisse finem lucratos; de quo glorior, ac mihi gratulor; *hæc est vita*, dicebat Cassiadorus, [h] *gloriosa commoditas, dominos esse testes, ciues habere laudantes*, non ignoro tamen effectum hunc moderantium nobilitatem pro causa colere, cum honoris splendor honestantis magnificentiæ, ac vrbanitati alligetur; [i] *pluribus virtutibus abundant*, dicebant Plinius, *qui alienas habent*. [k] Erroribus affectus veniam deprecor, non liuorem metuo, lapsis illa condonatur, virtutem iste comitatur, *pro ut & gloria umbra virtutis est, etiam inuitos comitans*; veritas hæc est, non inficior: opus bonum opus apetit; votum votum gratum ambit; si hæc sub eodem marte haud germanantur, sub fœdere non coalescunt, non in crimen imputa, vel ætatis trigesimum quartum annum Paulo citiùs attingentis defectui, vel ingenij imbecillitati censuram adscribe, huic libenter collum submitto veniam rogans. [l]

h *Arist. lib. 8 ethic. cap. 3.*

i *lib. 2. epist. 19.*

k *Stat. 1. sil. 2.*

l *Senec. epist. 79.*

Sed nisi peccassem, quid tu concedere posses,
Materiam veniæ sors tibi nostra dedit. [m]

m *Ouid. 2. Trist. eleg. 1. & iuxta illud admoneri bonus gaudet, pessimus quisque correptorẽ asperrime patitur. Senec. de ira lib. 3. cap. 37.*

Ars est longa, vita breuis, non omnibus datum est adire Chorintum: homines sumus, ex tui ingenij copia nostram inopiam reple, dicta, & supple: vitium autem, vel crimen mihi haud tribue menda, quæ librariorum incuria in imprimendo contigerint, quæ nullatenus emendare fas mihi fuit absenti à Ciuitate Romæ, vbi hæc typis mandantur. Vale.

D. Petrus Quesada & Philo I. C. Turritanus.

Cum

CVM Opus inscriptum Controuersiarum Forensium Tomus vnicus Auctore D. Petro Quesada, & Pilo Iurisconsulto Turritano ex mandato Reuerendissimi Patris Sacri Apostolici Palatij Magistri attentè perlegerim, & in eo nihil offenderim, quod aut Sacrosanctæ Christianæ fidei, aut bonis moribus, vel minimum quid repugnet; contra vero doctrinis optimis refertum tum Ecclesiastico, tum sæculari foro vtilissimum sit; propterea dignum censeo, vt in lucem prodeat. Ità arbitror, ita iudico. Hac die 25. Aprilis 1665.

Didacus Maiorinis Iur. Consult.

Imprimatur.

Si videbitur Reuerendis. Sac. Pal. Apost.

Oct. Caraf. Vicesg. Archip. Patrac.

Imprimatur.

Fr. Hyacinthus Libellus Sac. Apostolici Palatij Magister.

INDEX
SINGVLORVM CAPITVM,
In quo cuiuslibet Controuerſiæ materia breuiter continetur.

CAPVT PRIMVM.

Mulier omnino inops ex latere ſuo nihil ad ſocietatem coniugalem cōferens, particeps conſtituitur acqueſtuum, conſtante matrimonio, partorum, & vtrum reſolutio hæc, tam reſpectu plebeiorum, quam nobilium arrideat; antifactum veto in ſtatuto Turritano præſcriptum mulier inops non lucratur. Exaratur quam ſit dulce in laboribus ſocium habere.

CAPVT SECVNDVM.

Promiſſio ſoluendi quolibet anno in perpetuū cuilibet Canonico chathedralis Eccleſiæ in limine contractus exiſtentibus, & in poſterum ſubrogandis tot modios ſalis, vtrum ſe extendat ad Canonicos de iure patronatus, tractu temporis auctos. Et vtrum per defficientiā, vel abſentiam vnius, reſpectu præſentiū, intret ius accreſcendi quo ad portionem ſalis cuilibet Canonico ſtipulatam ſolui.

CAPVT TERTIVM.

In contentionibus, quæ inter curias Eccleſiaſticam, & ſęcularem reuolui ſolent; vtrum miniſtri Regij ſub titulo illuſtriſſimæ dominationis teneantur Epiſcopis reſcribere. Afferuntur literæ domini noſtri Regis ſuper hoc incidenti emanatæ.

CAPVT QVARTVM.

Vtrum paſtores; vel comunitates teneantur pro delicto intra eius confinia pattato, ſi corpus delicti inueniatur in illis iacens, non vero probetur inibi commiſſum fuiſſe. Pulchra, & vtilis quæſtio deciſione Regiæ Audientiæ ſuffulta pro exonerandis paſtoribus, & comunitatibus à refectione damnorum, ad quam obnoxij reperiuntur ex vi legis municipalis.

CAPVT QVINTVM.

Sodalis alicuius Confraternitatis Laicorum, vtrum per ſtrepitum iudicij ad eleemoſinam inibi aſſuetam fieri elargiendam pulſari queat. Recenſetur cauſa à qua exordium duxit feſtiuitas baiulandi depictas columnas, vulgo Candelabra, in vigilia Aſſumptionis, ad Eccleſiam Deiparæ de Bethlem in Ciuitate Saceris.

CAPVT VI.

Vtrum recalcitrari poſſit Aduerſus Calculum intra priuatos parietes abſque Iudicij ſtrepitu diſpunctum, à partibus ſubſcriptum, & iudicialiter recognitum, aduerſus illud, vel nouas parcellas affigendo, vel de errore increpando, vel illi non acquieſcendo, interimque vtrū debeat eius exequutio ſuſpendi, & quid requiratur ad Conſtitutionem diuerſitatis negotiationum, ad hoc vt non poſſit compenſatio inter vnam, & aliam militare: reuiſio calculi non poteſt obtineri, niſi reſtitutis ſcripturis in actu ſolidationis traditis.

CAPVT VII.

Vtrum contra paſtorem procedi valeat criminaliter, tamquam contra furem pro venditione quinque ouium, inſcio principali domino illarum celebrata, exarantur paſtorum mores ad furta vt plurimum propenſi.

CAPVT VIII.

Sodalis Confraternitatis laicorum vita functus, abſque electione ſepulturæ, licèt ſepeliatur in Eccleſia ſodalitatis, abſtringetur ſoluere propriæ Parochiæ ius ſepulturæ, ſeu elemoſinam, quæ ex laudabili conſuetudine loci ſepeliendi adſolet elargiri. Expenditur quam ſit dulce in propria patria extremum claudere diem.

CA-

CAPVT IX.

Contentio iurisdictionis super remissione causæ pro parte vnius ex litigantibus suscitato omnino litis consortibus arridet, respectu quorum pendente iudicio remissionis debet supersederi in progressu causæ, quibus non officit renunciatio priuilegiati postea subsequuta, perempta instantia, ob priuilegium superueniens fas est declinare iurisdictionem. Iudex pro suspecto in concursu creditorum remotus pro parte vnius creditoris, in ordine ad cæteros remanet etiam suspectus. Restitutio in integrum in re, quæ antiquum statum per potentiam physicam non potest reassumere denegatur.

CAPVT X.

Dos promissa in pecunia, & soluta in corpore, vtrum in continenti soluto matrimonio debeat restitui, vel spectata anni dilatione priuilegio huius dilationis, vtrum maritus videatur renuntiare per pactum de restituenda dote eadem forma, qua fuit habita, & vtrum hoc pactum, æstimationem rerum dotalium adhibitam non inducere contractum emptionis, inducat, & quid sit res æstimanda per peritos doti assignetur, æstimatio, non vero sequatur, vtrum pro æstimata debeat haberi.

CAPVT XI.

Mulier calua iugans se matrimonio, si donationem ad fauorem viri impartiatur, non obstante Turritano statuto, & lege Sardoa donationis inter coniuges prohibitoria, donatio vt remuneratoria valebit, vindicatur à nota barbaritatis mos patrius in exequijs mortuorum capillos euellendi.

CAPVT XII.

Inimicus inimicum occidens apprehensum, & ligatum in manibus curiæ vtrum gaudeat immunitate Ecclesiæ.

CAPVT XIII.

Aduocatus fisci tamquam inimicus à reo recusatus non prohibetur fouere probationes, instruere causam, & subscribere schedulas; & vtrum ad fouorem rei, & in odium fisci possit cogi testimonium proferre.

CAPVT XIV.

Damnificatus, vtrum teneatur ad cōputum relectionis damni ob occisionem bouis passi, recipere carnem, & corium, cōpassio maior haberi oportet eorum, qui olim fortunæ opibus affluerunt, nunc egestati vacant.

CAPVT XV.

Vtrum Maritus in tabulis nuptialibus totam dotem sibi constitutam filijs habituris, decidentibus in pupillari ætate restituere se obnoxium reddens videatur ex hoc renuntiare legitimæ sibi debitæ in bonis filiorum, & vtrum sit validum pactum inter Coniuges celebratum de non succedendo filijs etiam respectu legitimæ.

CAPVT XVI.

Futuro socero non est comendanda educatio futuræ nurus. Appellatio quoad exequutiuū vtrum admittatur à sententia vbi pupillus educari debeat declaratoria. Exaratur quantæ sit Reipublicæ vtilitatis optima pupillorum educatio. Discutitur vtrum Mater, vel Pater magis filios amet, & vtrum Mater debeat reintegrari ad educationem filiorum dissoluto secundo matrimonio.

CAPVT XVII.

Administrator vtrum debeat gaudere eodem salario, ac emolumentis, quæ ad fauorem Tutorum per legem municipalem inueniuntur præscripta. Panduntur in medium discrimina inter Tutorem, & administratorem de iure versantia. Mulier administratrix potest, & eligi, & in testamento assignare filijs valet administratricem aliam Mulierem. Protegitur bona secundi Mariti nulla hypotheca, vel onere iacere affecta ad fauorem priuignorum, quando mater non tutrix, sed simplex administratrix fuit.

CAPVT XVIII.

Apretiatio secunda est conficenda, si quælibet pars ex litigantibus asserat primam, vel nullam esse, vel læsionem continere; quæ sumptibus communibus est facienda, si altera pars in electione peritorum concurrere velit. Et vtrum secunda æstimatio sit decernenda, si prima ex consensu partium est cum electione tertij, mediante pacto; de non contrauenjendo extiterit celebrata, degustatur per quot tempus rerum valor præsumatur variatus.

CA-

CAPVT XIX.

Dominus rei sub hasta licitatæ directè possessorem illius potest pulsare ; quin obstringantur creditores , qui mediante cautione ex deposito pretium exegerunt, excutere, non obstante qualibet lege municipali tutum reddi emptorem sub hasta sancienti: quia intelligitur respectu creditorum , & non domini rei venditæ.

CAPVT XX.

Si Vassalli baronales huius Regni matrimonium ineant iuxta consuetudinem, & statuta Ciuitatis Saceris vita & in morte , vtrum successio filiorum ex hoc matrimonio habitorum dimetiri debeat iuxta eadem statuta , sub quorum forma pacta nuptialia , & ipsum matrimonium extitit celebratum , vel iuxta leges forales loci contracti matrimonij cum sit pœnitus diuersa succedendi forma in ordine ad filios impuberes in Ciuitate Saceris , & oppidis huius Regni .

CAPVT XXI.

Meliorans Hypothecam si conueniatur à creditoribus , vel Domino illius pro solutione valoris quem habebat, antequam melioraretur , vtrum possit se iuuari prælatione , quæ in iure rationemeliorationum cum retentione attidet ; & vtrum possessor ratione melioramentorum , vel Dominus seu creditor , respectu antiqui valoris fundi meliorati,sit anterior , casu quo hypotheca à meliorante dimittatur , & licitationi supponatur .

CAPVT XXII.

Temporibus haud adscribenda venit illorum calamitas, sed hominum deprauato commercio : Principis decretum exequutionem mandans contra aliquem prius non citatum , nec auditum,in simplicem citationem conuertitur per illius oppositionem : inuehitur author in iudices , qui ad faciem Principis in muneris recta operatione horrescunt : spoliato à Iudice nulliter procedente competit remedium retinendæ .

CAPVT XXIII.

Assertio per modum negationis testatoris concepta , se nulla alia bona in aliqua hæreditate inuenisse affirmantis, vtrum possit impugnari ab hæredibus , probando alia bona , quæ in minuta testatoris non comprehenduntur, adfuisse ? Discernitur vtrum hæredes possint defunctum de fraude , vel de mandato arguere absque metu incursus alicuius pœnæ .

CAPVT XXIV.

Substitutus contra Institutum , qui haud confecit inuentarium vtrum iurare in litem possit , & ex solo iuramento hoc , vtrum absque alia probatione extrinseca possit subsequi condemnatio . Post iuramentum , si probationes accedant, vtrum reus contra quem est iuratum possit absolui: reus condemnatus ad minorem ætatem nihilominus poterit ad ciuile interesse damnari .

CAPVT XXV.

Beneficium impartiri , an accipere iucundius ? beneficij accepti retributionem non iura extorquent , sed gratitudinis debitum suadet : æquoris pericula , quibus humana cupiditas se adscribit , recensentur . Mulier viro in distinctam prouinciam pro dote repetenda discedenti validè donat : meritorum assertio inter prohibitos etiam iuramento adhibito remunerationem haud induett , nisi extrinsecè probetur . Venditio imaginaria inter coniuges tanquam sapiens donationem interdicitur .

CAPVT XXVI.

Mulier tutrix præpositi ad consulendum obstringitur necessario consilium sequi , insequens directionem testamentariam omni periculo vacat , non vero poterit negotiationem, quam defunctus gerebat,prosequi, nisi expresse hoc fuerit iniunctum ; exaratur quantæ sit vtilitatis in conflictibus adhiberi consilium : præpositus ad consulendum non tenetur nisi de dolo malo. Paterna facinora dicuntur lenocinium filiorum ad illa sectãda: nobilitas sanguinis nullum nocumentum recipit ex priuilegio nobilitatis superuenienti: demonstratur quam imbecile sit mulieris iudicium.

CAPVT XXVII.

Vtrumsit bonorum acquæstus iucundior, quam durior illorum iactura. Substitutus in casu mortis admittitur ad hæreditatem per vulgarem substitutionem in compendiosa comprehensam,licèt institutus viuo testatore decedat. Ius substitutionis vtrum potentius sit , quam ius accrescendi respectu cohæredis , vel coniuncti.

CA-

CAPVT XXVIII.

Iudex, qui, aliquem incidisse in Sententiam excommunicationis Sedi Apostolicæ reseruatæ, declarauit, vtrum possit suam sententiam reuocare ex capite iniustitiæ, vel nullitatis: sententia excommunicationis vtrum sit definitiua, vel interlocutoria, & vtrum transeat in rem iudicatam. Simplex appositio manus superioris, absque inhibitione non importat attentata.

CAPVT XXIX.

Clericus coniugatus vacans officio sartoris vtrum gaudeat priuilegio fori. Sorditas officij vtrum euacuetur per descriptionem officij in matricula confulatus. Indignus à Principe insaculatus ad officium, videtur dispensatus. Arrifex non indiget approbatione, si obtinuerit officium in confraternitate suæ artis, ad exercitium illius indignitas solum à Fisco queit obiectari.

CAPVT XXX.

Bruti ne, an rationabiles naturæ, fætus suos ardentiùs diligant? escandescit author acriter in matres suffocantes fætum in lucem editum, ob immanitatem, & barbariem criminis. Partus vtrum præsumatur natus mortuus, vel vitalis. Mater occidens infantem vtrum gaudeat Ecclesiæ immunitate? Et quid in Regno Sardiniæ extiterit declaratum, & vtrum filius in hoc delicto possit contra matrē deponere? Delineatur Christi Saluatoris miraculosa effigies in sacra Diui Appollinaris æde, in Ciuitate Saceris reposita, quæ fere anno 1651. incendio moto, in cineres fuit redacta, à qua faralis casus, pestis flagelli, quod anno sequenti Ciuitatem affecit, fuit auspicatus.

CAPVT XXXI.

Instrumento producto ad census tituli probationem, & illo reprobato, vtrum possit se iuuare producens titulo præscriptionis, ad censum obtinendam futuram exactionem, tam in possessorio, quam petitorio: tituli plures, licet non possint concurrere ad Dominij acquisitionē simultaneo concursu, possunt comulatiuo ad maiorem firmitatem, vt vno eliso, possit conferri ad alium; sed si in petitione agens restrinxerit causam possessionis, vel dominij ad vnum titulum: tunc non poterit hoc reprobato ad alium variare.

CAPVT XXXII.

Pendente Iudicio nullitatis oppositæ? contra declarationem incursus censurarum, vtrum sit valida affixio cedulonū, sententia nulla non exequenda, nec ab ipsis met partibus potest approbari in vim sententiæ.

CAPVT XXXIII.

Tenuta, quæ competit viduis in corona Aragoniæ circa translationem possessionis, ipso iure, omnium bonorum, quæ Maritus possidebar, & cum facultate, transacto anno luctus, faciendi fructus suos, vtrum in extraneum possit cedi cum eisdem iuribus, & prerogariuis, & stante tali statuto continuationis possessionis, vtrum hæc possit præoccupari ab alio.

CAPVT XXXIV.

Tenutaria vtrū in bonis vinculatis fructus suos. Et quid dicendum si fructus tenutæ essent multum pingues, & solum viduæ deberetur residuum dotis sat tenue. Princeps, quando aliter pax haberi queit, potest iura priuatorum lædere. Vidua non habet tenutam bonorum, quorum possessio, penès defunctum, tempore obitus, non reperitur. Cumulantur plures decisiones Senatus Sardoi, materiam tenutæ attingentes.

CAPVT XXXV.

Propter recursum de tribunali Ecclesiastico ad sęculare quis non contrahit excommunicationem: nisi cum effectu inhibitio fuerit obtenta, & hæc Iudici Ecclesiastico notificata: Religiosus recurrens de curia Ecclesiastica ad sęcularem, licet recursum non consumet, per Iudicem Ecclesiasticum poterit pæna extraordinaria affici: datur locus pænitentiæ in materia recursus, & enocationis causæ de Curijs Ecclesiasticis ad sęculares, ante presentationem inhibitionis: Religiosi possunt per Episcopos declarari incursi in censuras à iure latas, propter delicta ab eis patrata, generositatis Laurea vacat, qui in subiectos grassatur, illis haud condonans: ius protectionis iurisdictionem haud tribuit: in pænis latæ sententiæ vtrum detur locus pænitentiæ. Datur pænitentia in contractibus innominatis: suadetur, in nullo negotio, dum ratio fouet, esse despe- randum: multa dissona ex exterorum commercio dimanant: crimen falsi non comprehenditur sub generali abolitione

Dona-

Donatio ante acceptationem potest reuocari, iuxta placitum Senatus Sardoi. Iudex quando posit de actis coram eo deponere.

CAPVT XXXVI.

Si per statutum libris Ecclesiæ fides iniungatur, & decemnali census exactioni titulus attribuatur; vtrum debeant probare contra tertium, qui nunquam soluit; & vtrum pensiones, quas exigi opportet ad præscribendum titulum, debeant solui separatim, non vnico contextu, & successiuè distinctè per spatium decem annorum: & si libri sint male tenti, vel in aliqua partita erronei, vtrum probent in cæteris.

CAPVT XXXVII.

Vniuersitas, licèt non posit Iudicem recusare ex capite inimicitiæ stabiliendo causas odij in corpore vniuersitatis potest tamen si Monachi, quorum nomine Monasterium exprimitur, iudicis inimici reperiantur, vel omnes, vel maior pars illorum. Mandatum simplex cum promissione ratihabitionis potens est ad recusandum Senatorem; ratificatio verò debet accedere in termino præfixo, aliàs non datur purgatio moræ, nisi sit minor, qui recusationem proponat, cui arridet in materia recusationis restitutio in integrum. Affinitas initiata in contractu sponsaliorum per verba de futuro causam legitimam præbet ad recusandum Iudicem. Recusatio nulliter proposita, & repulsa poterit iterum proponi, sed non iustificari ex nouis causis; Prælatus in causa suæ Ecclesiæ, quando agitur de præeminentia, numquàm potest recusari.

CAPVT XXXVIII.

Minor caret aduersus votum, ab eo erga Deum adhibitum, licèt dicat se enormiter læsum, restitutione in integrum: potest incusare pœnam scripturæ certij, & comparere in causis executiuis, & iudicio possessorio absque auctoritate curatoris: non comparens in iudicio haud contumax habetur obnoxius refectioni expensarum: debitor pupilli non tenetur ad vsuras, si vacet ille curatore, cui solutio debitè posit fieri.

CAPVT XXXIX.

Vulgata, & quotidiana displicent, nouitatem parturientia placent, incendiarius homicida immunitate Ecclesiæ iuxta mentem Bullæ Gregorianæ priuatur, refertur decisio Cancellarij super hoc habita in Regno Sardiniæ.

CAPVT XL.

Mortuis insultari belluinum dicitur; Episcopum tangit cognitio, vtrum hæredes ab intestato teneantur quantum hæreditatis, vel aliam portionem in pios vsus distribuere, vel non. Quintum hæreditatis si non adsit consuetudo, non obstringuntur hæredes pro anima defuncti erogare; exaratur quam immane sit hæredes voluntati defunctorum repugnare.

CAPVT XLI.

Quarta funeralis debetur exequijs etiàm cuiuslibet illustris personæ, extra propriam patriam, quocumque tempore, pro memoria illius celebratis: non test exigi nisi portato cadauere ad Ecclesiam, ad quam ducitur: prælatio, quæ arridet pro expensis funeralibus, cessat, si hæc tam modicæ extiterint erogatæ, vt in vilipendium defuncti cedant; refertur dissidium iurisdictionale inter curiam Ecclesiasticam, & sæcularem suscitatum, circà solutionem quartæ funeralis, ex exequijs, pro funere Serenissimæ Reginæ Hispaniarum, in Regno Sardiniæ confectis, præstensæ.

CAPVT XLII.

Sententia, quando dicatur nulla prolata, nó receptis testibus per partes oblatis, & quid Senatus Sardous senserit in hoc dubio, refertur; publicatio testium non obstat vlteriori examini, quando fuerunt recepti ad perpetuam rei memoriam.

CAPVT XLIII.

Vtrum posit dici aliquis ante obitum beatus. Bannitus tempore delatę tutelę legitimę, cessante impedimento banimenti, recuperat tutelam, si proximior tempore, quo fuit delata, inueniebatur. Proximior vocatus ad celebrationem Missarum, si semèl quis eligatur, non potest remoueri, licèt accedat proximior, tractu temporis effectus.

CAPVT XLIV.

Creditor anterior, consentiens fauore certæ personæ suum pignus illi hypothecari, non amittit ius pignoris, sed tantùm transfundit suam antelationem in posteriorem, cui consensum accomodauit ad mentem Senatus Sardoi.

CA-

CAPVT XLV.

Contumacia accusata per falsum procuratorem vtrùm posit ratihaberi per principalem, cuius nomine incusata extitit, & vtrùm talis ratihabitio potens sit ad sanandum defectum mandati, taliter, vt virtute præfatæ contumaciæ valeat reus condemnari. Ratihabitio, vt virtute retrotractiua potiatur, debet supponere principium validum, medium habile, & non præiudicium tertij inducere.

CAPVT XLVI.

Ad cap. causæ omnes Sessìon. 24. de reformat. per quod Ordinarijs in prima instantia, biennij meta ad earum expeditionem præscribitur, vtrum si causa, vel quia leuis, vel quia intra breuius tempus expeditionis est capax, antecursum biennij potest declarari, & nollet Episcopus sententiam dicere, nisi spectato tempore per Concilium præfixo, poterit subditus Ad Archiepiscopum per viam querelæ adire; & vtrum hic, tali hypothesi, poterit Episcopo terminum ei bene visum iuxta qualitatem causæ iniungere ad illam expediendam sub pœna euocationis in grauamine extraiudiciali; & appellatione ab illo interposita, non tenetur Archiepiscopus seruare formam Concilij: Episcopus potest per Archiepiscopum non visis actis, & absque partis citatione inhiberi temporaliter non perpetuò, exaratur, quam sit turpe, priuata odia sub velamine officij vindicare.

CAPVT XLVII.

Expensæ, pro reddenda ratione tutelæ, à bonis pupilli sunt deducendæ, licèt Tutor sit puratiuus, & absque præuiè adhibitis debitis solemnitatibus administrauerit. Nequit Tutor pulsari pro restitutione bonorum inuentario comprehensorum, nisi prius computo administrationis dispuncto; & vtrum perdat salarium, si non adhibeat debitas solemnitates.

CAPVT XLVIII.

Exigibilitas nominis debitoris intelligitur promissa per clausulam facere, habere, & possidere; qua accedente promissione, cedens tenetur ad perpetuum periculum de facto, ac de iure eueniens: vis præcepti potens videtur ad virium defectum sanandum. Recensetur humanarum rerum varietas.

CAPVT XLXIX.

Impetrans assensum Regium pro venditione feudi potest illud dare in solutum ipsimet creditori, pro soluendo cuius debito, celebranda erit venditio. Impetrans assensum non tenetur exprimere se in senectute esse constitutum, & desperatum de prole. In ventre dationis in solutum alienans feudum potest sibi reseruare annuam pensionem certam absque facultate Regia. Decretum est stricti iuris, & vtrùm obtentum pro venditione rei prosit pro illa hypothecanda.

CAPVT L.

Si Cancellarius in eadem facti serie declarauerit pluriès eodem modo, vtrù dicatur res clara, & super ea non firmanda contentio. Clerici coniugati vtrùm obnoxii iaceant ad solutionem afflictuum, & Iurium Baronalium, & posint cogi ad subeunda munera communitatis. Mandatum Episcopi de inseruiendo Ecclesiæ, vtrùm requiratur, ad hoc vt Clerici coniugati vacent requisitis ad priuilegium fori, & quid in contentionibus motis in Regno Sardiniæ per Cancellarium fuerit decisum. Suadetur, rem semel decisam amplexari, non varietati adscribi: exaratur, quam sit difficile hominem regere.

CON-

CONTROVERSIARVM FORENSIVM

D. PETRVS QVESADA PILO

I. V. D. Ciuitatis Turritan.

CAPVT PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Mulier omnino inops ex latere suo nihil ad societatem coniugalem conferens particeps constituitur acquestuum, constante matrimonio, partorum, & vtrum resolutio hæc, tam respectu plebeiorum, quam nobilium arrideat; antifactum vero in statuto turritano præscriptum mulier inops non lucratur. Exaratur quam sit dulce in laboribus socium habere.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonia in Regno Sardoo simpliciter inita intelliguntur contracta ad societatem acquestuum. Quæ dispositio cohæret iuri comuni. 2. quod procedit, quia matrimonium dicitur; & est societas n. 3. 4. quod procedit etiam in matrimonio putatiuo n. 5. communicatio lucrorum arridet solum coniugi bona fide contrahenti absque scientia impedimenti, num. 6.*

7 *Sponsalia per verba de præsenti sufficiunt ad communicationem lucrorũ.*

8 *Statutum loquens de Viro, & Vxore sponsos de præsenti comprahendit.*

9 *Matrimonium, quod momento temporis durauit omnes effectus habet.*

10 *In matrimonijs plus ab initio expendi solet, quam tractu temporis.*

11 *Referuntur disona, quę ex nimis laxo vestiendi vsu emerguntur.*

12 *Mulier separata à viro, nec lucra, nec quartam habet in bonis viri.*

13 *Nobiles contrahentes matrimonium simpliciter, non intelliguntur illud*

 inire

inire ad societatem; affertur decisio Regię Audientia.

14 *Matrimonij nexum sola dira Atrhopis manus disrumpere queit.*

15 *Vidua ad hoc, vt obtineat dimidium lucrorum debet facere inuentarium.*

16 *Societatem leoninam, quæ pacta, & condiciones constituant, & vtrum procedat inter diuitem, & mulierem pauperem. n.38.44.*

17 *Societas, vbi lucrum intenditur, damnum vero refundendi non adest obligatio, est fæneratia.*

18 *Deliniatur hystoria vulpis cum leone.*

19 *Calamitas alterius dicitur, & est optima doctrina, & casus proprij, & si ingrati sint, atamen pro disciplina inseruiunt.*

21 *Vxor ad matrimonium nihil conferens, nihil ab eo debet percipere, num.23.*

22 *Ex nihilo nihil fit, & ex non ente ad ens non potest obtineri transitus.*

24 *Matrimonij onera recensentur. et 25.*

26 *Leges multę inuentæ sunt ad alliciendamatrimonia, ob illorum onera cōculcanda.*

27 *Per filios quis sibi fingit quandam immortalitatis speciem.*

28 *Aculei doloris mariti in afactibus matrimonij ebetantur consortio vxoris.*

29 *Solatium est infælicibus socios habere in infælicitatibus.*

30 *Mulieris custodia adscribitur lucrorum tutio, & domus conseruatio. & 31.*

32 *Mulieres ciuitatis Sasseris laudantur.*

33 *Societas, in qua vnus ponit opera, & alter capitale, est valida.*

34 *Socius societatem negans cadit à priuilegijs illius.*

35 *Amor in matrimonijs non lucrum intenditur, & qua prosequimur mulieris, nullus est maior. n. 36. & multa iure ordinario aliàs neganda consequitur affectio. 37.41.*

39 *Mulier inops percipit lucra, constante matrimonio, parta pro dimidio.*

40 *Antifactum, quod pretium sanguinis dicitur, non lucratur vxor inops, & explicatur statutum turritanum de doctibus, et antifacto agens. n.45. nec debetur mulieri dotem promissam non soluenti. n.46. secus si maritus dilationem concepisset ad soluendum. 47.*

42 *Mater non potest obliuisci filium suum nec præsumitur esse matrem, quæ filium non diligit. n.43.*

48 *Antifactum, vel esgrex non debetur vxori constituta in mora ad dotem soluendam quomodolibet, et affertur decisio Regia Audientia.*

CON-

CAPVT PRIMVM.

MATRIMONIVM ſimpliciter, nulla præuia conuentione initum in Sardoo Regno de generali illius conſuetudine,& iuxta municipalia dogmata ſocietatem, comunionemquè, illo conſtante, pacandorum,
1 † non vero bonorum omnium inducere conſtans habetur, niſi hæc expreſſi contractui ſubiiciantur, cuius conſuetudinis municipali iuri inhærentis teſtes ſunt conciues noſtri Domin. Regens Vico in tit. 40. cap. 2. & Oliueſ. in cap. 99. char-
2 tæ localis; † quæ Regnicolarum ſanctiones legi comuni comunionem inter coniuges acqueſtuum, conſtante matrimonio, tantùmodò conſtituenti, cohærent. Eſt text. in l. coiri. ff. pro ſocio. *Ibi coiri ſocietatem et ſimpliciter, licet, et ſi non fuerit diſtinctum, Videtur coita eſſe vniuerſorum, quæ ex quæſtu veniunt.* cap. ſignificauit de donat. inter. Quam reſolutionem ſectātur Molin. de contractib. diſp. 421. ſub. n. 2. Garſia tract. de coniugal. acquæſt. ex n. 1, Petr. Tonduct. in quæſtionib. regalib. tom. 1. q. 69. ex n. 16. Olea. de ceſſion. iur. titul. 4. q. 8. n. 1.

Comunio, & participatio obuenientium reciproca inter coniuges ducit originem, imbibitur, ac radicatur in matrimonii contra-
3 ctus viſceribus, † cùm ſit ſocietas quædam nomenclaturam, & effectùs ſocietatis continens, ſicquè promiſquè matrimonium in iure ſocietas appellatur, ac conſtituitur. Sunt text. in cap. ſocietas 27. q. 2. cap. ſignificauit de donat. inter vbi. *Statuto matrimonio, cogitur vir bona diuidere parta ex comuni fortuna, illo conſtante, ex vi coniugalis ſocietatis.* l. ex diuerſo ſ. item ſi mulier ff. ſolut. matrim. ibi. *ſicut cùm ſocia fuit.* ſunt textus de iure diuino in cap. 2. Geneſ. ibi. *non eſt bonum, hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* veritatem hanc arripimus à primæuis priorum parentum votis, in quorum inſtitutione creauit Dominus Euam, quam Adamus ſociam appellauit inquiens; *mulier quam dediſti mihi ſociam.* ſub cuius ligamine maritali, & illaqueati coniuges conſtituuntur, tamquamquè ſocii alligati vitam ducunt. Inde Orat. ode. 1. *manet ſub Ioue frigido ornator ſocij coniugis immemor.* Et apud Plutarchum in ſtich. vxor loquitur. *pudicitia eſt, Pater, hos honorare, qui nos ſocias ſumpſerunt ſibi:* Et Gordian. Imperat. in l. aduerſus. 4. cod. de crimin. ex-
4 pilat. hæredit. † ſociam rei humanæ, atquè diuinæ domus vxorem appellauit. Arias de meſa. lib. 3. cap. 22. n. 1. quæ iura aliaquè conſultò omiſſo in aperto coniuges inter ſe ſocios conſtitui, obnoxios ſocietatis effectibus exclamant. l. 1. ff. rer. amotar. docent comuni calculo DD. vt videre eſt, aliorum nomine ſupreſſo, apud Petr. Gregor. de ſponſalib. cap. 2. n. 25. Matienc. in dialog. rellator. 4. part. cap. 11. n. 8. Tuſchus. concl. 386. n. 4.

tom. vltim. verbo vxor glos. in c. societas.27.q.2.Chasan. in consuetud. burgund. rubric. 4. §.2. n. 5. Gomes.in l. 50.tauri.n.69. Girond. de priuileg. à n.884. Didac.leg. in tract. de bonis lucrand. const.matrim.n.27.Velasc.consult. 103.n.1 & 2. Cabed. decis.lusitan. 150.n.4. part.1. Gama.decis.314. n. 4. & 5. Felician. de societ. c.3. num.6.Aluarad. de coniect. volunt. test.lib. 2. cap.1. à n. 28. Morquudo de diuis. bonor.lib.2.cap.11. Valencuel. cons. 13.ex n. 3. & cons. 133.n. 92.Salazar. de vsu, & consuetud.cap. 8. n. 14.Larrea.decis.62.n.5.Carol.Marant. tom. 2. respons.1.n. 36. & respons.33.n.19.

Non solum societas hæc coniugalis matrimonio vero adscribitur, sed etiam putatiuo, quo intercedēte, arridet comunicatio ad inuicem, constante matrimonio, par-
5 torum. † docent Velasc. de partitionib. cap. 6. n. 17. Marta. tom. 3. diges. tor. nouissim. verbo societas cap.23. Giurb. ad consuetud. messan.glos.1.n.27.& cap.16.glos.2. n. 2. quod lucrum reciprocum inter coniuges putatiuos comunicandū esse probat apertè text.in cap.2. de donat. inter. & per argumentum. l.fidei comisso. cod.de transacti.l. si pater.puellæ.cod. de innofficior.testam.quia hæc comunicatio lucrorum semper vtilior est mulieri. Docent Sarmient.lib.3. select.cap. 3.Baya.de decim.tutor. cap.12.à n. 17. Barbos. in l. si cum dotem. §. vltra. à n.13.solut.matrimon.Olea. de cession. iur. tit.4. q. 8. Fernerio. lib.4. rer.quotidian. cap.17. Arias. de mesa.var.resolut.lib.3.cap.22.n. 9. Solorzan. de iur. indiar. tom. 2. lib. 5. cap. 21. n.62. vbi hanc conclusionē amplexatur respectu co-
6 niugis bona fide,cōtrahentis; † nā si impedimenti conscius matrimonio se iugaret, indignum se constitueret horum lucrorum. Fragos. de regimin.reipublic.part. 1. lib.6. cap. 18.n.17.versic.accedit.fol.869. Laurent. Rersel.conclus.59.n.93.

Quoad comuuicationem horū lucrorum sufficiunt sponsalia per
7 verba de præsenti. † Mier. de Maiorat. 1. part. q.39.n.10. Olea. de cess.iur. loc. cit. ratio germana est, quia statuta de viro, & vxore spō-
8 sos de præsenti, † præcipue in fauorabilibus compræhendunt. text. rotund.in.l. Deo nobis. 56. sub fin. cod.de Episcp. & cleric. vbi verbis expressis dicitur, si sponsus, vel spōsa seu maritus, & vxor monaiterium ingredi, & solitariam vitam degere velit, quod tunc alter lucri nomine illud saltem consequatur ab eo, qui Religionem profitetur, quantum in casu mortis veræ lucraturus esset; quem textum clarum, & ineuitabilem ad hanc hypothesim asserit esse Mathias Berlich. pratic. conclus. tom. 3. conclus.25.n.5. & 6. vbi ad longum munimenta huius opinionis delineat. eam sectantur Alberic. Gentil. de nupt. lib. 2. cap. 23. Bald. Natta. Iason. Gail. Boer. & penes infiniti apud Berlich. Addolarrea. allegat. fiscal. 49. Solorzan. de iur.Indiar. tom. 2. cap.20. à n. 60. Iacob. Thoming. decis. 36. nouissimè Viuiani Gyrachi. disput. 35. n. 3.

n. 3. Quæ resolutio amplexatur etiã in casu, quo matrimonium momento temporis effectum sortitum
9 fuerit, † quia nihilominus subingrediuntur omnes effectus, quos duratio, vel temporum vicissitudo in illo producere adsolet. Berlich. n. 30. Viuian. n. 5. nouissimè Cæsar de afflict. contro. iur. resol. 27. num. 41. vbi pulchram satis rationem, lacrymis tamen his temporibus bucinandam affert quod in matrimonio, quod momento durauit veniant onera, & expensæ, quia iuxt. Roland. de lucro dotis quæst. 4. num. 18. plus expenditur ab initio, præcipuè inter ma-
10 gnates, † quàm quotidiani victus onera per plures, plurosque annos important; vtinam diui Pauli salubre dogma relatum in epistol. 1. ad Thimot. cap. 2. amplexaretur: ibi. *Similiter, & mulieres in habitu ornato, et non intortis crinibus, aut auro, et margarita vel veste pretiosa*; sectatus fuit, Imperator Aureliano, pro vt in eius vita Vopiscus, & refert Tacitus lib. 2. annal. qui nec vxori Augustæ pallium Baltheum sericum, vestem holosericam vel aliã prætiosã induere indulsit. Resecarentur ex hoc plurima dissona, quę
11 Clemens Alexandrin. † lib. 3. de Pædagogo de Grætia raciocinans delineauit ibi: *Gratiam euertit barbarum sui ornandi studium, et effeminata delicia, laconicam pudiciciam corrupũt vestes*; Raro, virtus, & anxium se ornandi studium coalescere videntur; dixit Titus Liuius lib. 34. *Cultus magna cura tibi, magna cura tibi, magna virtutis incuria.*

Vide Nauarreto en sus discursos politicos, discurso 33.

Aduerte, quod vt vxor effectu huius societatis coniugalis circa comunionem lucrorum potiatur, desideratur illam simultaneam vitam non separatam à viro duce-
12 re. † si cohabitatio non intercessit, tunc comuni fortunæ lucra non adscribuntur. Gamma. decis. 356. Cancer. var. 2. part. cap. 5 num. 66. Garsia de coniugal. acquest. num. 52. & 53. Olea cum Couar. Mier, & aliis ideo cit. n. 5. & 6. prout, nec quartam obtinet mulier separata à viro culpa sua. Mangil de imputat. quæst. 188. num. 3. & procedit comunio inter coniuges tam currenti calamo lucrorum, matrimonio constante, obuenientium, vt etiam melioramenta in propriis bonis confecta comunicanda veniant, habito respectu ad eius valorem tempore separationis matrimonii. Petr. Tondut. quæst. 69. tom. 1. num. 23. & 25. rursusquè comunicantur bona, quæ maritus, illo constante, emit proprio nomine. Acorta de priuileg. creditor. cum aliis regul. 2. ampliat. 6. num. 318. & 319.

Apud nos societas hæc coniugalis, & participatio promisiua lucrorum indubium haud reuocatur, nec ad aunam appellatur, indistinctè amplexatur à partibus; per iudices, si aliquando partem aliquam recalcitrare contingerit absque librorum reuolutione, & temporis intercapedine approbatur & exequtioni mandatur; de consuetudine vero restringitur ad per-

personas plebeias; nobiles, & equiquites haud comprehendit; nec ratio hæc aberrat à rationis, & iuris comunis tramite, quo inspecto coniugi nobili superstiti in bonis defuncti nullum ius arridet. Mathias Berlich. practic. conclus. tom. 3. conclus. 28. ex num. 1. vndè si vxor, nullò præuio inito pacto, matrimonio se iugauerit, non societatem inire, sed bona sua in dotem conferre consequens erit. Fuit decisum hac forma in Regia Audientia huis Regni anno 1660 in causa, quæ vertebatur inter egregium comitem de San Giorgio, & Don Ioanem Guio Baronem oppidi de Ossi.

His non absque fruge gustatis; casus, qui iudiciali puluere in regię gubernationis subselliis suppositus extitit, fuit: Francisca Cugurra omnino inops, omni gaza orba, & nuda, tamquam de vtero matris matrimonium cum Petro Pascalino huius ciuitatis inierat, cui fortuna affatim arriserat; pluribus annis peractis, matrimonii nexus truncatus fuit, qui solùm dira

14 Atropis manu disrumpi queit. † Carol. Marant. respons. 64. n. 70. tom. 4. Ego ipse disert. 7. num. 33. Cabrer. de metu lib. 2. cap. 17. inter hæredes defunctæ vxoris, & superstitem virum participatio lucrorum iuxta inuentarium confectum, quod in hac hypothesi con-

15 fici opportet Ripoll. Var. cap. 10. num. 476. prætensa fuit; recalcitrauit, & eam respuit vir, eo prætextu, quod cùm inopem vxorem duxisset, nullam societatem initam fuisse autumabat, pro cuius scopi Clypeo hæc obiectari queunt non contemnenda fundamenta.

Primum, quia, si muliere nihil in societatem coniugalem conferēte, participatio lucrorum ex illis obuenientium admiteretur, daretur perecle societas leonina, tunc quippè mulier fortunę nullius aleę se subiiceret, ad lucrum captandū satageret, nō vero pati iacturā posset quę qualitas spei lucri, nō vero posse damno affici societatē constituit leoninā l. si nō fuerit. §. Aristo.

16 ff. pro socio † vbi Vlpian. iniquissimā, ac leoninā societatē appellauit illam, in qua lucrū est æquale, damnum vero vnius socii text. elegans in l. Mutius eod. vbi æqualitatem inter socios, sicut inter fratres seruandam esse præcipitur, quæ hic, casu, quo, coniux inops particeps constituatur lucrorum ex bonis viri prouenientium, obtineri nequit; lucrum semper, iacturam nunquam perciperet ex societate hac forma inita, sicquè leonina, & iniquissima esset, quæ obiurgata, & reprobata in iure lustratur Molin. de Ritu nupt. lib. 3. q. 69. num. 2. Fontan. decis. 504. num. 11. Duard. de Societ. lib. 2. quæst. 4. cap. 3. num. 18. Valencuel. cons. 143. num. 10. ad Donell. Osuald. lib. 13. cament. cap. 16. lit. B. Leotard. de Vsur. quæst. 31. num. 21. Franc. Rocco tom. 1. respons. tit. de Societat. n. 44. nouissimi allegat. decis. diuersor. iuris consultor. apud Ioā Frāc. Leaglidi allegat. 13. n. 29.

Imo hanc societatem speciem fęnoris esse asserit Franc. Niger Cyriac.

Cyriac. contro. 357. num. 16. 2.
17 tom. ✝ quod procedit, quando vnius eſt damnum, & vtilitas alterius nouiſſimè Franc. Cenſal ad l. vnic.cod. ſi quos Imperat. maledixe. ℌ. 26. num. 87.

Leonina ſocietas, tunc exiſtimatur, quando lucrum omnibus arridet, damnum vni cedit, ſub qua diuiſione iuri ſuo interdũ miſerrimi cedunt, vt ſocii potentioris rapacitatem fugiant, imuidiam
18 que declinent. ✝ quę veſtigia Aſinus in partitione cum leone celebrata, ſi ſecutus eſſet, lucrum omne illi cedens, leoni bilem non mommouiſſet vitæ ſuæ diſpendio; colineatur hæc hiſtoria per Vincentium Turreti. in paralel. & hic & iuridic num. 60. fol. 166. qua calamitate Aſini Vulpes edocta, & oblectata potiorem predę partem leoni præſtitit, quo animaduerſo, dixit leo ad vulpem, quis tã benè diuidere te docuit? at illa, aſi
19 ni calamitas, reſpondit. ✝ Optimũ dicitur conſilium calamitas alterius, cuius aſpectu ſuæ cognitionis aciem quis in ſe ipſum reflectit, vt aiebat Lucret. lib. 2. de rer. natur. quam ſemitam ingreſſi edocti euadunt iuxta illud Croeſi apud Heredot. ✝ *mei caſus, et ſi ingrati mi*
20 *hi, tamen extiterunt diſciplina*. ✝ Et Boet. 2. de conſ. aſſerit aduerſitatis exercitatione nos prudentes effici. Cornel. Tacit. lib. 4. annal. *pauci prudentia honoſta à deterioribus, vtilia à noxijs diſcernunt, plures aliorum euentu docentur*; quapropter eſclamat Plinius in panegiric. ad Traian: *O quam vtile eſt ad vſum ſecundarum per aduerſa veniſſe*; quæ diſciplina optima conſtituitur ad propriam ſalutem, vt cernitur inter aſinum, & vulpem, hæc calamitate alterius edocta ad meliorẽ frugem ſe confugit, ex illaquè conſilium arripuit. Docent Ramires de Prado en ſu conſejero. en la entroducion fol. 2. litt. B. pag. 2. Verraul. inſtitut. poltiticor. lib. 1. cap. 2. tit. 16. ſunt aurea verba Caſſiodori non ſpernenda lib. 8. epiſt. 21. *cautum debet reddere, non ſequacem error alterius*. Leonina igitur videtur eſſe ſocietas, quam mulier iſta, ſeu hæredes eius captant, cùm nunc lucrum non leuis ponderis ambiant, damnum vero ſubire nequiuerint.

Secundum fundamentum ex text. in l. fin. auth. de non eligend. ſecund. nubent. deducitur, vbi Iuſtinian. Imperator. agens de de-
21 ductione, quæ vxori à lege viri ſolutæ arridet, docet, nihil ad matrimoniũ conferentẽ, nihil ex illo deducere debere ibi: *qua propter, qua mulier nihil omnino dat, nihil omnino percipiat, qua verò minus quàm profeſſa vt dedit, tãtum recipiat ſolùm, quantum abtulit*. Quæ verba authenticæ apertè mulierem inopem ex matrimonio prouenientium lucrorum non reddi participem inſinuant; quæ ratio rationi conſentanea naturali conſtituitur cui non conuenit, teſte Caſſiodoro lib. 2. Var. epiſtol. 26. quam lucrum ex aliquo negotio haurire quin ſit particeps damni, vel vt ad illud lucrandum propriis ſudoribus accedat.

Cor-

Corrobaratur, quippè societas est quid totale ex partibus integralibus conslipatum, quæ coniunctim ad compositionem concurrunt, repugnat, vero, vt hæc coalescat ex membro quid ditatiuo,
22 & altero aereo, ✝ quod in se nihil est, ex quo nihilo, nihil fit, cum ex non ente qualitas aliqua deduci nequeat. I. eius qui ff. si certum petat. Giurb. obseru. 23. n. 19. & teste Salgad. in laberint. Creditor. part. 2. cap. 17. num. 48. Carol. Marant. respons. 39. num. 22. tom. 1. ex non ente ad ens non potest obtineri transitus: cecinit Persius satyr. 3. gigni.

De nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.

Nouissimè Laurent. Matheu de regim. Regni Valent. in epistol. ad lutorem. Quærula exarent verba mulieris hæredis orbati lucrorum participatione, adscribant tamen paupertati illius viduitatem hanc, & repugnantiæ naturæ, qua docente, ex nihilo naturali cursu ens non est deducibile; quibus, & alii munimentis sedulo non calamo exaratis, mulier omnino inops participationem haud sortitur lucrorum, constante matrimonio,
23 partorum. ✝ Quam opinionem tenent, ac sectantur Cassan. in consuetud. Burgund. rubric. 4. §. 1. n. 11. versic. limita secundo n. 15. Guillerm. Benedict. in cap. Rainutius, verbo, & vxorem nomine Adalariam n. 62. dominus Regens Vico in cap. 2. tit. 40. Pragmaticæ num. 35.

Hæc sunt fundamenta, quę pro hac capescenda opinione pugnant munita authoritatis Regẽtis Vico clypeo sed & hic mihi parcat, nam satis toto cælo à veritate aberrauit, & illa viribus destituuntur ad victoriæ arreptionem, quæ hęredibus mulieris arrisit: audi rationes: mulier licet ad cumulum societatis nihil ex latere suo inducat, cõfert tamen operas, & patientiam
24 ad onera matrimonii subeunda, ✝ quę magno pondere ferè humanas vires prosternente comprimuntur, & si satagis illa agnoscere iuga te matrimonio, & palpabis, aliter ad trutinam ingeni. nequeunt reduci. Audi Fontan. de pact. nupt. clausf. 6. glos. 2. part. 3. num. 2. *& si quis percontetur, quæ sint matrimonij onera, responde ei, quod nubat, et ea experietur, vix aliter possunt illa declarari.* Iterum accomoda aures Petro Ferrariens. in formul. libell. ad dot. verbo vxor. *Deus* à cordibus humanis abstrahere voluit onera matrimonii, nè prę ipsorum magnitudine ab illius contractu homines declinarent hincquè genus humanum *periret*. Aliqua illius Diuus Basilius epistol. 1. delineat. ibi: *coniuges mancipatum curarum agmen, excipit in orbitate desiderium prolis, vxoris custodia, domestica procuratio, seruilium officiorum cõstitutio, digladationes cum vicinis, forenses consertationes, negotiationes alea, vnaquè dies suam affert animo caliginem.* Hęc onera refferent Fontan. loc. cit. Cabrer. de metu lib. 2. cap. 19. num. 41. nouissimè Cæsar. de Afflict. controu. forens. cap. 27. num. 41.

Ob

Ob quæ onera conculcanda, premiis antiquitus alliciebātur ad matrimonii contractum homines vt habetur in Lassiduis 12. §. ad hæc versic.quos enim,cod. qui potior in pignor. habeant Plin. min. in panegiric. ad Traian. Hæc què præmia ad matrimonia allicienda impartita fuisse apud græcos, & Romanos hystoriarum monumēta decantant, vt est videre apud Plutarch. in apoth. Lacon. in Licurg, & in vita ipsius Athen.lib.3. dignos. cap. 1. Xenophront. de Republic. Lacedemon. in princ. Aelian. lib.2. var. hystor. cap. 5. Aul. Gelio noct.Athicar.lib.2.cap. 5. hoc scopo cunctato extitit. promulgata lex Iulia de maritand.ordinib. & Papia Popea, prout refert Par.ex ea in otio quadrim. 2. part. Laurent. Matheu de regim. Valent.tom.1.cap.4. §.5. num. 17. & est genuina ratio, quia proles legitima solùm à legitimis nuptiis auspicatur, & dimanat, per quam hæc præmia,& fauores induti,per quam fingit sibi homo quandam immortalitatis speciem Iustinian. in Nouell.de nuptiis & Nouell. 30. de restitut. Franc. Ramos in coment.ad l.Iul.& Pap.cap.1.num.1.
27 in fin. † chohęret quod dictum fuit in diuina pagina apud Eclesi. 30. *mortuus est pater, & quasi non est mortuus, similem enim relinquit sibi post se*. Obtinetur præcipuè scopus hic optatus, cuius cholopendent parentum vota superstite virili stirpe, nam nominis paterni virilis stirps vendicat ab interitu, loquitur à Fabri Turret. in suis paral. disert.33. num.107.

Et non solùm mulier onerum matrimonii particeps constituitur sed etiam ex illius societate maritis labores, ac erumnę mino antur, calamitatum ex vicissitudine temporum, ac ex ipsius matrimonii affactibus parturientium delini-
28 mentum constituitur, † quo egritudinis animi aculei hebetantur męrores ferocia consopitur, vt verbis D. Didaci Altamiran. in l. 3. cod. de filiis official. cap. 13. num. 12. vtar. delinitur dolor, vel alterius miseratione, vel societate. *Deuisum onus*, dicebat Rex Theodorius apud Caffidior. lib.3. cap. 41. *sub comunione subiectos, certum est non*
29 *grauare;* † *pars enim extrema ad vnūquemque redit, cùm suma vniuersos incluserit, nam quamuis comuni comitatu comunia pericula non euadamus, leuatur tamen solatio quodam animus opressus malis*. Concinit illud dicterium, comune naufragium, omnium solatium; & illud Virgilii.

Solatium est miseris socios habere Penates.

Procedit ex hac causa, quod si homo solus à fortuna pulsetur, & exerceatur, casu præmatur, vel dolore excrucietur, non tam mæreat, vt fortunæ libidini exponatur, quàm quod solus in hac rota laborum versetur; ratiocinatur Fabius Turret. in paralel. Ethic. & iurid. dissert. 19.num. 195.fol. 552. in leuandis, itaquè hyminei affactibus vxor socia habetur, cuius societas leuamen allicit, ærumnas promiscuas, vel temperat, vel de-

molitur; quapropter, vt socia ad leuamen, sic ad lucrum debet esse. Accedit, quod mulieris officio adscribitur custodia lucrorum, in qua inest virtutis species non infimæ
30 classis illius, quæ in acquirendo nititur; notum est illud ex Ouid. de arte amand.

Non minor est virtus, quàm quærere parta tueri,
Casus inest illic, hic erit artis opus.

Imo verius secundum Claudian. plus est seruare repertum, quàm quæsisse nouum. Docet Nicol. Vernul. institut. politicar. cap. 5. lib. 1. tit. 6. & lib. 4. titul. 4. cap. 5. mulieris proprium ac genuinum
31 officium, † est inseruire liberis, custodire domum, ac comunes acquestus tueri. Vt docet Cornel. Tacit. de edar. oratorib. & tenet Garzia de nobilit. glos. 48. §. 3. in princip. audi admiranda verba præsenti hypothesi concinentia Quintiliani in suis declamationibus, *Iam primum cuique filius ex casta parente natus, non in cella empta nutricis, sed gremio, ac sinu matris educatur cuius præcipuè laus erat tueri domum, inseruire liberis.*

32 † Refert Vernulcius lib. 3. titul. 11. c. 1. quæ muliebris laus, si vtiquè hisce temporibus accomodari queit, patriœ meæ arridet, in qua pudore venustæ, tuitioni domus, & liberorum illecebris operas mulieres indulgent, quod velim dictum absquè aliarum præclarissimarum huius regni ciuitatum dispendio, in quibus hæc pereclè procedere autumo. Exclamet ad speculum harum rationum iure optimo mulier à Deo optimo maximo socia ad leuamen mariti cōstituta, & iure economico gubernatrix partorū destinata, quod particeps lucrorū debeat esse, cū & sit laborum & operas præstet pro illis tuendis.

Pugnant pro hac opinione munimenta hæc, nec ex hoc in admirationem impingas, cùm valida sit societas in iure, in quo vnus operas præstat, alter vero capitale cum pacto diuidendi lucra, & non concurrendi in damnis capitalis, prout est text. in l. si non fuerit. ff. pro socio. Terent. Palat. Rub. in repetit. cap. per vestras de donat. inter notasi. 6. §. 11. num. 4. nauar. in manual. cap. 17. à num. 1. qui loquitur in foro conscientiæ. Costa de rata, & paction. quæst. 118. Duard. de societ. cum aliis lib. 2. cap. 4. quæst. 3. num. 30. Reg. de ponte cons. 90. num. 11. & 15. vol. 2. Maurus sinior. allegat. 71. sub num. 6. Franc. Nyger. cyriac. cōtrou. 357. num. 16. tom. 2. Leotard. de vsur. quæst. 31. num. 29. Thoro in compend. 1. part. verbo societas an contrahatur. Franc. Rocco titul. de societat. num. 47. & obserua vnum admirabile in ordine
34 ad materiam societatis, † quod socius negans societatem amitit iura societatis. Iacob. Cancer. var. 2. part. cap. 14. num. 103. in fin. Olea. de cession. iur. titul. 5. quæst. 3. num. 22. Præcipuè priuilegium arridens sociis, vt non possint conueniri, nisi in quantum facere possint, à quo etiam cadit per inficiatio-

tionem. Laurent. Vrsell. conclus.
154.num.101.
Sed si obiicias, societatem præ-
35 dictam procedere, † quando ope-
ræ æquiualent capitali comuni for-
tunæ societatis expositę ex text. in
l. si non fuerit. ff. pro socio Mare-
scot. var.lib. 2. cap. 146. quæ in-
spectio in vxore nequit procedere,
cuius operæ tamquam fęminę de-
biles, & tenues cernuntur. Re-
spondeo tamen, obiectionem hanc
in societatibus stricti iuris proce-
dere, in quibus lucrum pro scopo
intenditur, secus in coniugali, in
qua non lucrum, sed amor recipro-
cuus, vitæ tranquillitas, & prolis
desiderium ęstuat, quod sanè rei-
publicæ consonum est, vt in ma-
trimoniis amor, non cupiditas al-
liciat, sicquè mulieres, non mer-
cede, & dotis magnitudine, sed so-
lùm pudore diuites, & castis mori-
36 bus exornatæ ducantur. † Plaut.
in Amphitetr. art.2.scen. 2. Se-
nec. in octaui. artic. 2. Paul. Sher-
lag.in cantic. antel. 3.sect.3. n. 81.
amoriquè, quo mulieres prosequi-
mur, qui est maior omnibus, iuxta
37 illud Propertii: † omnis amor ma-
gnus, sed apertè in coniuge maior.
Sanfelic.decis.26.num. 11. adscri-
bi oportet coęquatio operarum
quandoquidem plura iure ordina-
rio neganda consequitur affectio. l.
exigendi 12. cod. de procurat. Al-
tamiran. de filiis afficial. cap. 19.
num.21. Quapropter dicendum est
non leoninam, sed legitimam so-
cietatem resultantem inter mulie-
rem pauperem, & diuitem virum
esse Molin. de ritu nuptiar. lib. 3.
cap.69. num.5. conducit sanè, quia
38 † vt plurimum mulier inops non
durę ceruicis, nec viriles crestas in-
duere adsolet, faciliori negocio ge-
nio viri accomodatur, nam teste
Iuuenal. satyr. 12. prout refert Ca-
brer. de metu lib. 2. cap. 19. num.
53.

*Intollerabilius nihil est, quàm fæ-
mina diues.*

Opinionem hanc, quod mulier
inops nubens cum viro diuite con-
trahat societatem in ordine ad lu-
cra obuenientia, constante matri-
monio, fiatquè particeps ratione
coniugalis societatis illorum do-
cent Pechius de testament. coniug.
39 lib.2. cap. 3. à num. 1. † Roderic.
Xuar. in l. 1. titul. de las ganancias
in 39. Pro qua opinione adduco
textum in l. sicut de opere liber-
tor. vbi Patronus ab exactione ca-
dit, si liberta matrimonio se collo-
cat, rationem affert iuriconsultus:
ibi. *Nam hæc, cuius matrimonio con-
sensit in officio mariti debet esse*: quod
officii verbum importat seruitium
& operas quas mulier debet im-
pendere erga maritum ratione co-
niugalis societatis, quæ cùm sit of-
ficiosa in operibus, & lucrum per-
cipere oportet ex aquęstibus Ve-
lasc. de priuileg. pauper. 1. part.
quæst. 19. Molin. de ritu nuptiar.
cum aliis, quæst. 69. lib.3.num.4.
Olea. de cession. iur. titul.4.quæst.
8. num.1. in fin.

Antifactum vero, quod præ-
tium sanguinis à Mastrill. decis.
112. apellatur non competit mu-
lieri inopi in bonis prædefuncti vi-
ri, quam doctrinam obserua in or-

dine ad statutum nostrum Turritanum, pro singulari illam repu-
40 ta inter classicos, ✝ huius Regni, vel etiam si dotem promissam non soluerit, & est ratio, quia antifactum, non ratione matrimonii, vel societatis coniugalis per statutum impartitur, sed ratione dotis solutæ, sicquè in statuto Turritano de dotib. & antifacto hoc taxatur iuxta quantitatem dotis, quæ si nõ afferatur, antifactum non debetur, nec in matrimonio ad vsum Sardoum celebrato, si mulier inops appareat, quam doctrinam tenent Iason. de antifacto in pragmatic. 4. Verric. 4. obseruat. 4. fol. mihi 307. Gramat. decis. 97. Ioan. Anton. de Nigris in cap. mulier. dotari num. 86. Sesse decis. 404. num. 76. vol. 4. Thesaur. qq. forens. lib. 2. quæst. 9. num. 14. quidquid dicat Viricau. Girochi discept. 35. num. 27. docens lucrum dotis deberi viro, vel vxori pauperi, quia statutum nostrum Turritanum, & prout, & alia, quæ comemorant præfati DD. non inspexerunt in concessione huius lucri matrimonium prout est voluptum in se, sed dotis quãtitatem, & illius retributionem, qua cessante, cessare etiam debet effectus. Primam nostram conclusionem tenent Franc. Mari de Prato discept. forens. tom. 2. cap. 36. num. 3. tom. 2. Marin. resol. 16. tom. 1.

Vides nunc leoninã societatem, vel fenore imbibitam haud coniugalẽ inter diuitem, & pauperẽ initam esse, nam operę coniugis affectionis pondere constipatæ capitali bonorum æquiualent, & staterę bilancem adęquant, & casu, quo aliqua inęqualitas intercederet, supprimitur amoris scrineo, & laborum baratro, quo in affactibus ma-
41 trimonii vxoris imerguntur, ✝ pręcipuè respectu filiorum, exclamat Quintilian. declamat 334. *Alia est videlicet ratio horum, quos breuis transitus voluptatis fecit parentes, qucs liberis suis extraposita voluptatis conciliant; alter amat, qua peperit, qua memoriam decem mensium: qua tot periculorum, tot sollicitudinum recordationes ad vos iudices affert, numeratè huius adolescentis annos si breue testimonium videatur numeratè eius dies singula tempora, menta tandiu mater testimonium dicit.* Hæc Quintiliã. labores hi alliciunt immensum amorem, quo matres ęstuare solent
42 & illas ancillant, ✝ tam fortiori nexu, vt obliuioni locum haud indulgeat. Hinc Isaia cap. 49. *nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui*. Valencuel. consl. 169. num. 121. & mater, quę hoc amore non prosequitur filios non præsumitur mater capit affertè mihi gladium de præsumption. Carol marant. re. spons. 13. num. 32. tom. 5. ex Zeferini Papæ responso relato in cap. ad Romanorum 8. 2. quæst. 6. Rursus labores hi adęquant societatis
43 pondus, constituunt æqualitatẽ, ✝ lucraquè comuni fortunæ adscribunt.

Superest nunc nobis obicem ex text. §. fin. auth. de non eligend. secund. nubent. collat. 1. di-
44 manantem tollere, ✝ qui inextricabi-

cabilis viſus fuit Caſian. in conſue-
tud. Burgund. rubric. 4. verbo mu-
lier, & difficultatis pondere perter-
ritus, ſolùm pro reſpenſione dixit,
quod aliquando bonus dormitat
Homerus, & quod aliquando iuris
conſultus Papinianus variauit ex l.
manifeſtiſſimi cod. de furt. qua
reſponſione etiã pertranſiuit Mo-
lin. de ritu nuptiar. loc. cit. obex
hic refelli queit doctrina gloſæ ini.
bi in hoc textu relatę, quæ mihi ar-
ridet, & eſt eadem, quam docui-
mus ſupra num. 40. in ordine ad
ſtatutum Turritanum de dotib. &
antifacto, nempè non deberi mu-
lieri dotem non conferenti, vel
promiſſam non ſoluenti, hoc ver-
ſatur in diſpoſitione huius textus
loquentis non de comunicatione
lucrorum reſpectu coniugalis ſo-
cietatis, ſed de donatione propter
45 nuptias, vel antifacto, ✝ quæ do-
natio propter nuptias, ſiuè antifa-
ctum minimè debetur mulieri,
quæ nihil ad matrimonium con-
duxit, prout DD. præfato nume-
ro comprænhenſi ſectati fuere. Ad-
do Ranchin part. 2. deciſ. 466. &
part. 3. deciſ. 221. Guid. Pap. deciſ.
274. Surd. de alim. tit. 1. quæſt.
47. num. 56. Ricio. in addit. afflict.
242. Ferrer. 3. part. var. obſeruat.
cap. 49. Cancer. var. cap. 9. part.
1. num. 146. vbi dote non ſoluta,
donatio propter nuptias, vel aug-
mentum dotis non debetur, & idẽ
in antifacto, quod promiſquè in
aliquibus prouinciis idem ſonat, &
reputatur. Vico in pragmatic. cap.
3. tit. 40. num. 1. Ceorg. allegat. 45
Rouit. pragmatic. de titul. abuſ. n.

153. quod in Ciuitate Saſſaris v-
xori non debetur, niſi ſuperuiuat,
prout eſt in Regno Neapolis, &
aliis in locis refert Fontan. de pact.
nuptial. clauſ. 7. gloſ. 1. part. 1. n.
46 60 ✝ Hoc igitur antifactũ, vel do-
natio propter nuptias mulieri do-
tem promiſſam non ſolueuti, vel
nihil ad matrimonium conferenti
non debetur, de qua hypotheſi lo-
quutus eſt textus authenticæ, prout
ſat docto calamo eam ſic interpe-
tratur, & exarauit Prato cap. 36.
num. 4. ſicquè noſtræ concluſioni
haud nocere queit, iuxta quam
fuit obtentum in Regia guberna-
tione anno 1658. actuario Fran.
Imponti.

Debetur tamen antifactum hoc
47 ✝ ſi maritus dilationem ad ſibi
ſoluendũ dotem impartiatur, quia
tunc ſibi imputet, cum per mulie-
rem non ſtet, quin illa ſoluatur,
qua hypotheſi dos promiſſa non
ſoluta, quoad repectionem iurium
doti adſcriptorum pro ſoluta habe-
tur. Sic Prato cum aliis loc. cit. n.
7. Thoro in cõpend. deciſ. p. 1. verbo
antifactũ §. antefactũ an debeatur
mulieri pag. 40. col. 1. niſi mulier
48 cõſtituta eſſet in mora, ✝ etiã nul-
la præuia interpellatione interce-
dente, quia tunc antefactum, vel
exgrex non deberetur, vt fuit de-
ciſum in Regia noſtra Audientia
teſte don. Ioan. Dexart. deciſ. 8.
num. 2.

AR-

ARGVMENTVM.

Promissio soluendi quolibet anno in perpetuum cuilibet canonico chatredalis Ecclesiæ in limine contractus existentibus, & in posterum subrogandis tot modios salis, vtrum se extendeat ad canonicos de iure patronatus, tractu temporis auctos. Et vtrum per deffitientiam, vel absentiam vnius, respectu præsentium, intret ius acrescendi quo ad portionem salis cuilibet canonico stipulatam soluì.

SVMMARIVM.

1 *Baronia de la Nurra per Reges Aragonum in remunerationem seruitiorum ciuitatis Saceris fuit elargita.*

2 *Intra ambitum præfacta Baronia dissolunntur quædam salinaria, sat afluentia.*

3 *Regalia nullo modo directò possunt præscribi, incorporata vero Regio patrimonio possunt vtiliter? nec possunt à priuatis possideri absque speciali concessione 6.*

4 *Salinę inter regalia conumerantur; & sunt in duplici differentia 5.*

8 *Consuetudo habet priuilegij vires.*

9 *Salis indigentia dicitur dulcis 25.*

10 *Capitulum Turritanum salinas quas possidebat in territorio dela Nurra cedit ad fauorem Regij patrimonij, & in actu cessionis plurimas conditiones afixit. 12.*

11 *Qualibet res facilè ad suum antiquũ statum relabitur.*

13 *Contentio mota inter capitulum Turritanum, & Regium fiscum super contributione salis canonicis iuris patronatus auctis post primam institutionem refertur.*

14 *Vniuersitas est eadem, licet tractu temporis augmentum recipiat, vel diminuatur 15. 17.*

16 *Grex licet mutationem patiatur idem est, & pecora quæ super venerunt ad legatarum pertinent.*

18 *Futurum comprehenditur in dispositione quę ex voluntate concedentis dependet.*

19 *Præsumitur quilibet sibi prospexisse, & suis succesoribus.*

20 *Seruitute constituta ne luminibus officiatur, intelligitur de præsentibus et futuris.*

21 *Fornarius panem cõquens alicui familiæ procerto salario, siue augeatur, siue diminuatur, non poterit petere augmentum salarij.*

22 *Iniuria, vel lęsio non cadit in his quę dependent à futuro euentu, nec competit restitutio in integrum, nec ex capite lęsionis potest rescindi contractus 23. 24.*

26 *Legatum anniuersarij relictum pro canonicis debetur illis qui tempore legati reperiuntur, & eorum successoribus, non vero auctis tractu temporis 29. 33. 39.*

27 *Procurator obligatus procurationem præstare pro aliquo conuentu, si hic augeatur poterit augmentum salarij repetere.*

28 *Seruitus debita predijs si hæc augeatur non debet augeri modus aquæ ducendę.*

29 *Obligatus soluere certam pitanciam fratribus alicuius conuentus non tenetur contribuere auctis tractu tem-*

temporis.

30 *Promissio restringitur ad numerum existentium tempore promissionis.*

31 *Contractus omnis intelligitur rebus sic stantibus.*

32 *Absoluta obligatio continet in se conditiones quę de iure tacitè insunt.*

34 *Promissio soluendi certam alemosinam cuilibet alicuius conuentus si numerus fratrum augeatur, vtrum promissor respectu supernumerariorum teneatur, affertur admirabilis distinctio 35. 36.*

39 *Nomen vniuersitatis, & singulorum realiter inter se distinguntur, & singulorum expressione vniuersitas non cadit 38.*

40 *Fortuna sua quisque debet esse contentus.*

41 *Ius accrescendi non datur inter canonicos, quando aliqua elemosina vel portio illis relicta apparet diuisim, & sub nomine singulorum 42.*

43 *Gloriosum victoriæ genus est arma sumere ab eo cum quo decertatur.*

44 *Canonici adiuncti non gaudent præteritis emolumentis, & mortuarijs relictis capiitulo, ante eorum institutionem, secus de relictis postea, licet essent recepti cum clausula absque preiuditio 45. 46.*

47 *Exitus causæ refertur.*

CAPVT SECVNDVM.

INTRA ambitum Baroniæ dela Nurra in remunerationem ingentium ob. sequiorū erga præstantissimos Reges Aragonum præstitorum patriæ meę Saceris elapsis sęculis elargitę,
1 † sat affluentia dissoluuntur salinaria, cuius sipido & albo fructu, fere capitis Logudori vniuersa gens a-
2 bundat & fluitur. † Salinæ hæ ex immemoriali tēpore sub illustris capituli Turritani dominio iacebāt non obstante de regalibus sint & inter regalia connumerentur; quāuis enim regalia, quæ arrident regibus in signum & recognitionem supremæ potestatis, nullo modo possint directò prescribi, tamen quę solum Principum patrimo-
3 nio incorporatę sunt, † vt salinę, & alia queunt immemoriali prescriptione adquiri quod ad fructus: est text. in cap. super quibusdam 20. §. pręterea de v.s. ibi. *Salinaria quę non apparent imperatorum, vel Regum vel lateranensis concilij largitione concessa, vel ex antiqua consuetudine à tempore, cuius non extat memoria introducta.* Hanc distinctionem ex Couar. Gregor. Lopes Didac. Peres Ioanne Garz. Mier. Barbos. & aliis probauit Castill. de tertiis cap. 27. num. 67. sectatur Larrea allegat. fiscal. 77. tom. 2. num. 8.
Et quod salinę siue salinaria sint de regalibus earum quę fructus
4 Regio ęrario, siue patrimonio debeant

beant

beant aplicari, probatur ex diuina Pagina lib. 1. Machabęorum cap. 10. verſ. 29. vbi Demetrius Iudeis indulſit prętia ſalis, & cap. 11. verſic. 35. vbi areas ſalinarum ad Reges pertinere traditur de iur. ciuil. l. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomin. l. liber homo §. 1. ff. de hęred. inſt. l. ſed & ſi de public. & Vectigal. l. inter publica §. 1. de v. s. l. ſi quis cod. de vectigalib. cap. 1. quę ſint regal. docent Bernard. Gomez in tract. de ſale Carol. de Graſſal. de regalib. Franc. lib. 1. inſt. 20. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 19. Montan. de regalib. cap. 20. Larrea loc. cit. num. 7. Ripoll. de regalib. cap. 16. num. 18. infinitis laudatis Solorzan. de iure indiar. 2. tom. lib. 5. cap. vnic. num. 19. & 34 vbi reſpondet dubio, quod in hac materia ſolet ſuſcitari ex text. l. forma §. ſalinę ff. de cenſib. vbi apparet Romanos habuiſſe ſalinas priuatas; illum repete quando difficultas vrgebit; ex quibus alię in venis terrę conſiſtunt, prout etiam metalla quę imbibuntur, & recluduntur in viſceribus illius; alia ab induſtria hominis dependent, vt ſunt hę quarum ſermo habetur, quę ex fructibus ſpumoſis Æquoris, cum ſudore, & apparatu hominum coaleſcunt ad fructum. Huius duplici ſpeciei memor fuit Plinius de natural. hiſtor. lib. 32. cap. 7. Sixtin. de regalib. loc. cit. Salinaria hæc ad litus telluris Nurrenſis ſita licet ex ſuorum naſcenti exordio intra regalia repoſita luſtrentur, & ſic ad eorum acquiſitionem videbatur neceſſaria largi-
6 tio, & conceſſio principis. † Lucas de Penn. in l. quicumque num. 2. cod. de fundis Limitrophis lib. 11. vbi Regalia non poſſeà priuatis poſſideri, abſque ſpeciali regia gitione docet Sixtin. de regalib. lib. 1. cap. 5. num. 1. Capic. deciſ. 77. num. 2. ad fin. Cabed. deciſ. 2. p. deciſ. 41. num. 3. Capic. Latro. conſ. 2. num. 3. Arias de Meſa var. reſol. lib. 2. cap. 17. num. 22. Fab. Capic. Galeot. reſponſ. Fiſcal. 28. num. 65. immemoriali tamen preſcriptione per illuſtre capitulum fuere acquiſita magno
7 temporum curſu poſſeſſa, legitimæque olim ſub hoc titulo reponebantur ſub dominio, & directione illius, ea ratione, quia præſcriptio, & immemorialis conſuetudo vim priuilegii ſortitur, & virtute illius poſſidens dicitur, & eſt poſſeſſor legitimus tanquam ſi ex priuilegio poſſideret arripimus hanc veritatem ex Solorzan. Larrea, & aliis loc. cit. ſupra addo textum in lege hoc iure 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſtiua. Carol. Marant. reſponſ. 47. part. 4. nu. 31.
8 vbi conſuetudini, † & præſcriptioni robur priuilegii tribuit, poſtea vel quia capitulum apparatu
9 neceſſario ad ſalis † fabricationem indigeret, cuius indigentia populi exardeſcunt, pro vt plurima teſtimonia confert Larrea allegat. 77. num. 34. 5. vel quia illi vtilitatis non eſſet ſalinarum retentio, eas ad
10 fauorem inuictiſſimi † noſtri Regis, annis elapſis, & eius Cameræ cedit, ſicque iterum fuere incorporatæ regio patrimonio, à quo ſeparatæ

ratæ

ratæ extiterant, cuius reintegrationis actus à naturali propensione, & effectu videtur pendere, cum facilè quælibet res ad suum antiquum
11 statum † relabatur. cap. quælibet res de regulis iuris in 6. Narbon. in 6. Narbon. in l. 20. tit. 1. lib. 4. recop. glos. 22. num. 112. ego ipse dissert. 20. num. 82.

In actu relaxationis salinarum affixæ fuere conditiones plures, præcipuè vt omnibus, & singulis canonicis, qui illo tunc in humanis agebant, † & in futurum essent
12 successuri tot hostioria, siue mensuræ salis quolibet anno soluerentur in perpetuum, pro vt ex contextu pactati instrumenti in archiuiis turritanensis Ecclesiæ repositi liquet. Temporum inter capedine canonicorum numerus auctus extitit, plures de iure patronatus canonicatus à diuersis patronis con-
13 diti acreuerunt; † hi super numerum primæ institutionis capituli adiuncti salis portionem pro vt cæteris Canonici solui, & contribui studuerunt. Salinarum conductor D. Gauinus Fundoni conatui huic haud acquieuit, recalcitrauit, renuens contributionem, & ad contentionis asylum se contulit, firmans ius, & de iure coram Tribunali Regiæ Gubernationis, ad hoc vt Regius Fiscus pro tuitione Regii patrimonii tutamini incumberet. Fungebar ego illo tunc anno 1657. aduocati fisci munere, quando cōtentio hæc suscitata extitit, in cuius progressu multa ad exclusionem Capituli prætensionis exaraui. Fundamēta pro vtraque parte digesta, currenti, & breui calamo huic paginæ affigam.

Pactum hoc soluendi tot modios salis singulis annis Capitulo Turritano initum fuit ad fauorem vniuersitatis Capituli, cum quo est
14 ad fauorem cuius, † contributio ad modum ephyteusis extitit promissa: sed sic est quod eadem est hæc vniuersitas, nunc pro vt fuit tempore interpositæ promissionis, licet numerico in computo extiterit aucta, cum hoc augmentum substantiam, & formam vniuersitatis non percutiat: igitur omnium canonicorum cætui indistinctè, tamquam idem constituenti successiuo cursu corpus cōtribui oportet, idem emolumentum ad fauorem Capituli in ventre salinarum cessionis stipulatum. Argumentum claudicare haud videtur: nam
15 corpus vniuersitatis, † siue diminutionem patiatur, siue sub augmento reponatur identitatem constitutiuam formæ, & substantiæ sortitur, nec licet accidentia mutationis numericæ subeat à suo intrinseco esse cadit, idem quod fuit, est, semperque reputabitur. l. proponebatur 76. de iudic. l. si quid 18. de ædelict. edict. l. sicut §. vlt. ff. quod cuiusque vniuers. & alii in corpore iuris dispersi, qui constituunt brocardicum hoc, auctam, vel diminutam vniuersitatem eādem remanere, non adscribi mutationi ex volubili numerici computi mutatione illius comprobant Arias de mesa. var. resolut. lib. 2. cap. 33. nu. fin. Franc. Mar. de pract. obseru. practicar. cap. 8. n. 27.

quę ex cauſa de præſenti l. ſi ita ſcripſiſſet 47. de legat. 2. Barboſ. l. ſi cum dotem in princip. num. 40. ſolut. matrim. nec querelas capitulum poterit formare, ſub prætextu quod pacta illi non ſeruentur in ſoluenda portione ſalis promiſſa cuilibet canonico, cum talis obligatio percuſſerit tempus præſens, & non futurum, reſtrictaquè fuerit ad canonicos illo tunc exiſtentes, inter quos aucti ſucceſſu temporis recludi haud valent, tum ex dictis, tum ex axiomate vulgari, quod omnis contractus intelligatur
31 rebus, ✝ ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, quæ conditio ineſt ſemper in illo ex ſui natura intrinſeca l. cum quis ff. de ſolut. l. quod ſeruus ff. de conditionibus cauſ. dat. l. continuus 130. §. cum quis de V. O. cap. quemadmodum de iur. iurand. nec requirebatur expreſſio iſtius conditionis, quia vt
32 dixi ✝ abſoluta & indefinita obligatio ſemper in ſe continet conditiones, quæ de ſe tacitè in ventre contractus imbibuntur l. quod ſi maritus ff. ſolut. matrim. Sanfelic. deciſ. 212. num. 10.

Noſtræ opinioni, quod aucti canonici non debeant gaudere iure anniuerſarii, pitantiæ, vel cuiuſlibet emolumenti legati, relicti, vel
33 promiſſi canonicis, ✝ ſed tantum numericè, hi qui tempore obligationis exiſtebant, & qui in loco eorum ſucceſſerunt, adhęrent. Albert. Brun. de augm. concluſ. 10. Tyraqnel. de retract. lignag. §. 34 gloſ. 1. num. 5. Padill. in l. non modus cod. de ſeruit. Theſaur. deciſ. 226. Marin. quotidian. reſol. tom. 1 cap. 227. n. fin.

Ad hoc, vt fundamenta capituli opinionis ſuperiori cera digeſta euaquentur debemus recurrere ad Cepoll. tract. de ſeruitut. vrban. prędior. cap. 50. de furno num. 21. vbi ſuſcitauit hoc dubium, noſtrę que-
34 ſtioni ſuppoſitum, & diſtinguit, vel obligatio fuit concepta ſub nomine vniuerſali, veluti promito ſoluere familiæ tuæ capitulo, vniuerſitati vel alias, & tunc reſoluit obligatum teneri pro augmento: vel promiſſio fuit facta nomine indefinito, veluti canonicis, liberis meis, ciuibus alicuius ciuitatis, vel alias, & tunc dicit tacitè cenſeri actum de canonicis exiſtētibus tempore contractus per l. ſi ſeruitus de ſeruit. vrban. prædior. quam diſtintionem, ſat admirabilem amplexatus fuit Alex. conſ. 178. vol. 2. Ripa tract. de peſt. tit. de remed. præſeruat. nnm. 201. Auendan. cap. 19. num. 35. ver. *prauiſo prator.* Mexia de pane concluſ. 1. num. 41. & concluſ. 4. num. 21. & 25. Bouadill. in politic. lib. 3 cap. 4. num. 30. ibi. *la deſtincion que en eſto ſe deue de hazer es, ò ſe hizo la obligacion de palabras vniuerſales y collectiuas de abaſtezer à tal Ciutad ò pueblo ò por palabras particulares de abaſtazer à los vecinos y gente del; en el primer caſo, obligado eſtara el baſtecedor à proueher la gente que ſobre veniere, ſegun la ſegunda opinion, y en el ſegundo, cūplira con baſtezer ſolamente à los vecinos y moradores.* Sequitur Peres de Lara de aniuerſ. dict. cap. 16. num.
36 11. diſtinctione hac prælibata, ✝ certe totum negotium corruit, ſi attendamus ad obligationem ad

fauorem capituli adhibitam per patrimonium Regium circa contributionem modiorum salis, nam hæc nullatenus sub verbis vniuersalibus fuit celebrata, sed indeffinitis; vno ore peragamus negotiũ, Patrimonium Regium solum se obligauit ad solutionem mensurarum salis, respectu canonicorum non vero capituli, & sic solum de existentibus illo tunc debet intelligi, secus si esset dictum ad fauorem capituli, quia tunc aucti canonici includerentur, tanquam formantes idem corpus in forma & substantia, recipiens augmentum, & diminutionem; sub hac distinctione, iura pro parte altera dispuncta intelliges, hac forma apensa & capta facili labore, illa cum hic perpensis germanabis, & sub fœdere repones.

Distinctionem hanc haud diiudices formalem per oculum intellectus solum cognitam, realis est
37 nam nomen singulorum, † & vniuersitatis realiter, & à parte rei sunt inter se diuersa, & disiuncta l. municipes ff. quod cuiusque vniuers. nomin. ibi. *hic enim pro republica, vel vniuersitate interuenit, non pro singulis*. Valencuel. tom. 2. cons. 167. num. 4.

Concessio salinarum ad fauorẽ Regii Ærarii concepta pendebat sane à voluntate, & nutu capituli, cui fas erat quas maluisset conditiones affigere, tanquam propriam
38 rem moderanti, † restrinxit cõtributionem portionis salis sibi reseruatę persoluendę non respectu corporis capituli; sub cuius dictione si reposita lustraretur obligatio, præsentes, & futuri compræhenderentur l. forma ff. quamquam de censib. sed restrictiuè ad canonicos; quorum nomine vniuersalitas non compræhenditur, quia percutit singulos, augmentum, & diminutio non cadit. Larrea. allegat. fiscal. 90. num. 17. nec argumentum euentus lucri, & damni adaptari potest hypothesi nostri casus; canonicorum numerus tempore adhibitæ obligationis existentium
39 certus erat, & est, † variationi haud adscribi potest, tot tempora quæ effluxa sunt immunia diminutione illorum hanc veritatem fatentur, augmentum contingit, de quo sermo versatur, & exclusum tot rationibus superius digestis iacet. imputent sibi qui dilucidius sibi, & successoribus comunitatis per viã augmenti non prospexerunt; acquiescant iuris patronatus canonici suæ fortunæ lucris, illam transcendere, nisi meliorem frugem sortiantur, declinent: haud Horatii votum Satyra 1. sectentur pro-
40 ut exortatur Carol. Marant. † respon. 59. n. 5. tom. 5.

> .... *nemo quam sibi sortem*
> *Seu ratio dederit, seu fors concesserit illa*
> *Contentus viuat*.

Et casu quo aliquis ex canonicis de numero qui existebant tempore celebrationis contractus dimissionis salinarum, qui dicuntur de massa comuni, deficeret per ac-
41 cidens per aliquod tempus, † vt in dies contingit portio salis eum tangens quodam modo in distributio-

ff. de verbor. ſignificat. Couar. lib. 1. var. cap. 13. num. 9. vvrſ. ſeptimo.

Confirmatur ex traditis à Paulo de Caſtro conſ. 17. incipienti *cauſa quæ vertitur* in fin. & Abbat. in cap. quanto de cenſib. qui te-
21 nent, † quod ſi fornarius ſe obſtrinxit coquere panem alicuius familiæ pro decem in anno, & augeatur familia, quod teneatur adhuc coquere pro auctis, nec poſſit petere maius ſalarium, quod etiam tenet Hypolit. ſingular. 134. vbi affigit rationem ſat ponderis, nempè, quod ſi familia ad pautiores deueniſſet, & eſſet diminuta per mortem vel abſentiam, fornarius non deberet minus ſalarium percipere, & ſic tanquam pendens à fortuna in caſu quo augeatur non poterit conqueri; in his enim quæ pendent à futuro euentu, nulli fit iniuria, nec queit venari lęſio.

Perpendatur quæsò ratio hæc quia conatum capituli conſtringit: augmentum, ac diminutio canonicorum temporis eventuri ad-
22 ſcribitur, † poteſt eorum numerus ad reſtrictum computum compræhendi, poteſt in ampliorem metam diſſolui, quæ reſtrictio vel diſſolutio à temporis intercapedine auſpicatur, facta hypotheſi de caſu reſtrictionis, tunc Regium patrimoniũ lucratur diminutionem retributionis ſalis, cũ ſolum præſentibus de iure vel de facto debeatur illius portio tanquam in corpus diſtributionum quotidianarum refuſa; ſi ergo gaudet diminutione canonicorum, & illorum augmento debet grauari, cum hę ſe habeant à futuro temporis euentu, ſub quo nec iniuria nec querela, nec lęſio cadit.

Vltimam hanc concluſionem, quod in his quæ dependent à futu-
23 ro euentu non conſideretur læſio, † minoribus reſtitutio in integrum non arrideat, nec adſit locus querelæ, vel reciſcioni contractus ex capite læſionis, comprobant text. in l. verum §. ſciendum ff. de minoribus ibi, *neque enim euentus damni reſtitutionem indulget, ſed inconſulta facilitas* l. iactum retiſ. ff. de actionibus empt. docent Giurba deciſ. 77. num. 8. Muta. deciſ. 84. num. 44. Fontan. deciſ. 171. num. 19. Lara. de anniuerſar. cap. num. 61. poſt Tyraq. Decian. & alios Gratian. tom. 3. cap. 435. num. 16. Larrea allegat. 17. ferè per tot. & deciſ. 68. Guſman. de euict. quæſt. 21 à num. 33. Noguerol. allegat. 37. num. 63. ex Surdo Ponte. Mantic. & aliis Nyger Cyriac. controu. 325. num. 27. tom. 2. Leotard. de vſur. quæſt. 49. ferè per totam Sy-
24 † tii italici carmen hoc delineat.

.... noſtros fortuna labores.
Verſat adhuc, caſuſque iubet neſcire futuros.

Incertitudo damni, vel lucri, dubietas euentus temporis, pendere ab illius intercapedine, ac volubi-
25 li rota, † excludunt prorſus omnem quęrelę locum in quo contractu expoſito lucro, & damno conſiderari nullatenus læſio poteſt iuxta iura allegata; & eſt texſt. in l. 1. cod. de pact. docent DechKer diſſert. 1. num. 6. & 7. lib. 2. Hermo.

nes quotidianas incorporata non in totum earum naturam participans, non accresceret per ius accrescendi aliis inter essentibus, sed ad fauorem regii patrimonii canonici absentia cederet ratio auspicatur ex illa met cui principalis conclusio inhæret, quia pactum soluendi hanc portionem salis, non extitit ad fauorem capituli, sed singulorum canonicorum celebratum, & quando quis se abstringit, legat, vel mandat, vt beneficiatis, vel canonicis soluatur aliqua quantitas pro anniuersario, pitantia vel alias
42 † tunc quilibet illorum particulariter videtur promissa, seu relicta sua portio diuisim adeo, vt inter illos ius accrescendi non possit arridere propter difficientiam aliorũ. Sic in terminis Peres de Lara de anniuers. cap. lib. cap. 17. num. 3. Paul. Rube tom. 2. decis. 32. num. 12.

43 † Gloriosum victoriæ genus inter antiquorum monumenta, arma ab eo cum quo contenditur arripere decantatur, Iustus Lipsius aduersus dialogistam. Don Iuan. Solorzan de iur. indiar. lib. 3. num. 13. hanc gloriam mihi è contraria parte in hac iudiciaria palestra adscripsi. Canonici de iure patronatus supernumerarii respectu eorũ qui sub massa comuni incorporati
44 repeiuntur, neutiquam participant, seu lucrantur distributiones quotidianas de comuni massa, mortuaria, & alia emolumenta relicta capitulo ante nouam illorum fundationem, cum fuerint recepti sub protestatione absque præiuditio iurium suorum in limine receptionis adhibita prout est de iure sic Castrens. cons. 170. num. 1 lib. 1. versic. hæc omnia. Rationem reddens, quia antiqui canoni-
45 ci † de adiunctione modernorum non debent tristari & dolere, ne pro laudibus decantandis, canant illud, *multiplicasti gentem, & non magnificasti lætitiam*. Noui vero canonici, etiam absque præiuditio rerum admissi, licet non participent de mortuariis præteritis reli-
46 ctis capitulo, † tamen participare debent de mortuariis futuris capitulo relictis post eorum fundationem; quia ipsi sunt de capitulo, & & vt tales subeunt onera illi annexa. Sic Petrus Tondut tom. 1. q. beneficiar. cap. 68. num. 15.

Sic ergo adiuncti canonici non gaudent emolumentis præteritis relictis capitulo, iuxta constitutiones, styllum, & consuecudines ca-
47 pituli Turritani, † quæ causa adhuc indecisa dormit, salua in omnibus censura melioris iudicii; hæc est sententia mea, hanc sisci munere decoratur rationibus hic exaratis protegi.

AR-

ARGVMENTVM.

In contentionibus quæ inter curias ecclesiasticam, & secularem reuolui solent, vtrum ministri Regii sub titulo illustrissimæ dominationis teneantur Episcopis rescribere. Afferuntur literę domini nostri Regis super hoc incidenti emanatæ.

SVMMARIVM.

1 *Discordia erunt in hoc mundo, quoties homines erunt. Refertur causa num. 2. & semper ab initio regnauere num. 4.*

3 *Discordia nihil aliud est, quam recedere ab alterius voluntate.*

5 *Natura humana est prona ad discētiendum.*

6 *Multa disona sequuntur ex discordijs, quæ fouentur inter tribunalia.*

7 *Author passus fuit exilium à propria patria, propter Ecclesiæ tutamen, dum muenīebatur fungens officio Assessoris in tribunali Ecclesiastico.*

8 *Laudatur illustrissimus dominus* D. *Ignatius Royo Archiepiscopus Turritanus.*

9 *Persequtio dicitur fælix, quando est propter minima.*

10 *Refertur casus huius disertationis.*

11 *Diuersus fuit rescribendi & salutandi mos intes Romanos, & episcopis plures honorificentia titulos adhibuerunt 12.*

13 *Episcopi dicuntur sanctissimi: Reuerendissimi 14. Serenissimi 15. illustres 16. & Illustrissimi 17. 19.*

18 *Illustrissimum cognomen, olim solum Regibus arridebat, nunc vilescit in ore omnium.*

20 *Episcopos, regius Propheta, principes esse dixit. Et Rex debet eis præbere honorem, assurgendo in eorum aduentu num. 21.*

22 *Possessio attenditur in materia honorificentię, & præstantioris tituli, licet esset iuri comuni obstatiua num. 23. veluti vt minus dignus præferatur digniori num. 24. & sufficit decemnalis præscriptio n. 25 & ex vnico actu acquiritur n. 26.*

27 *Gubernator Saceris sub titulo de* Segnoria Illustrissima, *solet Archiepiscopo Turritano, & alijs episcopis rescribere in exortatorijs.*

28 *Nouitates dicuntur nouerca quietis, nocumentum Reipublicæ, & nutritiua scandali, & sepè numero mutatio in melius, maiorum malorum consueuit esse principium num. 29.*

30 *Maiorum semitas sectari obstringimur.*

31 *Iudex obstringitur Principi veritatem patefacere, sed pauci huic præcepto obtemperant; & admonet Author ab ore Principis pendentes, quod veritatem illi certiorent, quia maiori in pratio postea habentur n. 32.*

33 *Inanem titulorum pompam Episcopi tenentur efugere.*

34 *Homo homini anteferri studet ex instinctu naturę.*

35 *Præstatio debitę vrbanitatis propriū honorem tangit.*

36 *Ad defensionē proprij honoris, vnusquisque ex instinctu naturali mouetur, & probatur exemplo diui Pauli num. 37.*

38 *Pragmatica Sardoa, quæ præscribit titulum paternitatis Episcopis, non comprahendit Gubernatorem Saceris.*

ceris.

39 *Monſtruoſum eſt in vno corpore duo capita dari.*

40 *Litera Regię qua emanatę fuere in hoc caſu,referuntur.*

CAPVT TERTIVM.

1 QVOTIES erunt homines, teſte Philoſopho politicor.lib. 2. cap. 3. diſcordiæ erunt, quæ ex ingeniorũ oppoſito genio, vel venantur, cum rotent iſta ſub diuerſitatis rota. Perſius Satyr. 1.

2 *Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus.*
Velle ſuum cuique eſt nec voto viuitur vno.

Et iuxta adagium Terentii in Phormione, quo homines, tot ſẽtentiæ. Laurent. Matheu. de Regim. Regni Valent.cap. 1. §. 2. n. 19. vel ex voluntatum diſcordi ligamine fouentur, diſcordare enim teſte diuo Thoma 22. quæſt. 37. art. 1. Petro Gregor. Syntaxeon artis mirabilis comentar. lib.3.c.2.
3 §. *diſcordias* † nihil eſt aliud,quam recedere ab alterius voluntate,ſicut & concordia dicitur vnio voluntatum, quæ vtique inter homines, priſcis temporibus,firmitatem haud obtinuit, illos ſub fraterno fædere colligans; quinimmò diſcordiæ, ac rixæ ſemper regnauere.
4 † Iuuenal. ſatyr. 15.

Inter finitimos, vetus atque antiqua ſimultas,
Immortale odium,& nunquam ſanabile vulnus.

Nec mirum, natura ſi quidem humana prona eſt ad diſcentien-
5 dum, † & impingendum hæc in ſcopula vincent. Turret.in paralel. Ethic. & Iuridic. diſert. 1. Regens Vico tit. 7. cap. 7. num. 30. eſt text. in l. penul.de acq.rer. dom. hodiern. controuerſ. 37. num. 13. vbi varia eſſe hominum ingenia, quibus nihil magis innatum, quã diſcentiendi facilitas, refert diſcordiæ hę multo ſibi alliciunt diſona placida otia diſoluentes in confuſionis chaos: dicebat Laert. Philoſoph. lib. 8. *vnitatem bonorum, dualitatem malorum eſſe exordium.* Iulius Cęſar. lib. 7. Tiraquel. di primog. quæſt. 4. num. 16. Molin. de primog. cap. 11. num. 5. quod fortiori nexu procedit inter tribunalia, vt adnimaduertit Bouadilla in politic. lib. 1.cap. 16. n.
6 14. concitantur, † crede mihi diſcordiæ in Regno hoc inter tribunalia ex contentionibus, quæ inter illa reuolui ſolent, prout eſt text.in cap. illud quodque 71. diſtinct. ex concilio Sardicenſi deducto, vbi Patres vetuerunt clericum vnius Ciuitatis ſolicitari poſſe,vt ordinetur in alia, rationem reddentes, quia ex his contentionibus ſolent diſcordiæ naſci. Marant. tom. 3. reſp. 86. num. 11. & ſi cauſam no-
7 ſcere ſatagis † hanc radicari in improbitate aliquorum iudicum crede, qui rationis ſtimulo compulſi ad iurgia partium, & illarum diſſipationem iuriſditionalia dubia diſoluunt. Teſtis huius rei ſum,& cum experientia loquor; tempore

D quo

quo contentiones reuoluebantur, quas referam, Assessoris officio, in mensa Turritana Illustrissimi Domini Don Ignatii Royo Aragonensis sub perpetuo encomio ob animi integritatem, admirandam doctrinam, inexplicabilem in negotiis peragendis solertiam, morum probitatem, & acerrimam suæ Ecclesiæ, & iurisditionis defensionem, reponendi fungebar, ex quibus exilium octo mensium
8 à propria patria deduxi, ✠ iacturam non tenuis ponderis passus; hi sunt fructus, vt plurimum quos in hoc Regno ministri laici iurisdictioni Ecclesiasticæ adsistentes, & suo oneri incumbentes auriunt, & sibi alliciunt. Quando suo Marte negotia haud militant, sed dirupto rectę directionis tramite vel franguntur, vel vim patiuntur, persequtio passa pro fęlici habita fuit, non solum, quia Ecclesiasticæ iurisdictionis tutamen in causa fuit,
9 ✠ sed quia propter minima, dicebat Orat. *vitijs sine nemo nascitur, optimus ille est qui minimis vrgetur.* Nycol. Vernul. instut. politicar. lib. 1. tit. 17. cap. 8. vereor contentiones huius temporis deffinire, verbis Diui Ambrosii in lib. de Patriarch. ibi: *Contentio est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris.* Quæ deffinitio, vtrum aliquibus contentionibus, motis inter tribunalia concineat, tui iudicio mitto.

Anno 1659. alluuio iurisdictionalium contentionum suscitata fuit, quæ vigesimi numeri metam excedebant, inter quas reuoluta fuit super modo rescribendi Illustrissimo Archiepiscopo Turritano contentio; pretendebatur pro parte spectabilis Gubernatoris Saceris illi solum debitum esse Pater-
10 nitatis titulum, ✠ Virtute Regiæ pragmaticæ, quam tibi referam, per quam præscripti lustrantur tituli, sub quibus excellentissimus Prorex per cancellariam loquens rescribi debet Archiepiscopis, & Episcopis huius Regni; exarata per me tanquam arbitram, & iurisdictionis Ecclesiasticæ Assessorem proponam, & decisionem Domini nostri Regis referam subsequtam.

Episcopalis dignitatis immensum oceanum tranare, illius encomia à iure prescripta triturare,
11 ✠ & diuersos titulos ei atributos deliniare mihi in corde haud residet; insurgeret enim millesima pagina illustrissimæ dominationis titulũ de *segnoria illustrissima*, illi adscriptum esse, diuersa iuris rescripta tam Pontificia, quam Cęsarea proclamant. Romani, inter quos diuersus fuit salutandi, & rescribendi mos Plutar. in Artaxerx. & Lipsius lib. 1. Elect. cap. 23. non solũ contenti fuere eam, quam decet reuerentiam Episcopis adhibere, sed eos quoque diuersis honorificentiæ titulis cohonestandos esse
12 dignos putarunt. Horum memor est Eusebius in hystoria Ecclesiastic. lib. 10. cap. 8. qui consulendus, pro hoc & aliis honoris titulis Episcopali dignitati arridentibus.

Iustinianus Imperator in L. 7. cod de summa Trinit. & fide chattolica Ioanni Papę rescribens illos beatis-

13 tiſſimos vocat : † *properauimus*, inquit, *hęc ad notitiam deferre veſtra ſā. ctitatis per hypartiam, & Demetrium beatiſsimos Epiſcopos.* Sanctiſſimi per Arcadiū in l. 25. cod. de Epiſc. & cleric. vocantur, quo titulo honorā. tur in nouell. de ſanctiſſim. Epiſcop. & per Clement. quint in Clement. 1. §. nec ſuper de poeniſ. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. tit. 1. cap. 2. num. 7. maxima enim ſanctitate perfulgere debet, qui velut ſanctitatis Phębus in alios virtutis radios ſpargere, & comunicare tenetur, iuxta illud Gregor. Mon. lib. 7. *manus ſordida aliam non lauat, & oculus plenus puluere, maculam non conſiderat, ita mundus debet eſſe qui vult aliena corrigere.*

Reuerendiſſimi dicti ſunt ab Honorio, & Theodoſio in l. 6. cod.
14 de ſacroſ. Eccleſ. ibi: *non abſque ſententia, viri Reuerendiſsimi ſacroſanctę legis antiſtetis* idem in l. 18. cod. de Epiſcop. & cleric. ibi: *per arbitrium reuerendiſsimi antiſtetis vrbis.* Refert Caſiodor. lib. 11. epiſtol. 3. gloſ. Cardinal. & alii in cap. pleriſque de electionibus, ſub inſcriptione, ſereniſſimi reponunt Epiſcopalem dignitatem, tali honorificà nomenclatura colendam eſſe
15 docentes. Addo Viui. deciſ. 230. num. 33. Ghaſan. in chatal. glor. mundi. 7. part. conſiderat. 25.

Illuſtres ſunt Epiſcopi, de iure quæ illuſtris titulus illis arridet, vt firmauit Bartol. in l. omnes populi num. 8. & 10. ff. de iuſtit. & iure. Bald. in l. nullus cod. de decurſ.
16 lib. 10. vbi illuſtres epiſcopos eſſe, † & nuncupari debere defendit ſectantur hanc opinionem Chaſan. loco cit. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. tit. 1. cap. 2. num. 12. Anaſtaſ. Germon de immunitatib. lib. 2. cap. 2. num. 3. & 4. Sperel. deciſ. 122. n. 13. in fin. tom. 2. & eo ipſo, quod ſunt creati Epiſcopi dicuntur, & ſunt Regii Conciliari Fab. de an. conſ. 122. num. 30. lib. 2. Taſſon. de Antefact. verſic. 3. obſeruat. 2. num. 33.

Dominationis illuſtriſſimæ nūcupatio, ad epiſcopos, ac Archiepiſ. ſpectat de iure, & conſuetudine in hoc Regno, qui reſcribēdi titulus in ore omniū priſcis tēporibus verſa-
17 batur, † nec in dubiū vſque ad recentem ætatem reuocatus apparet. Hic titulus, illuſtriſſimi, olim magno grauabatur pondere, & ſolum Regibus arridebat, qui ſub hac denominatione à ſuis vaſallis, & cæteris ſalutabantur, pro vt comemorat nouiſſimè Franc. Scaglione ſuper pramac. Regni Neapolitan. in ragionamento di titoli pag. 275.
18 verbo, † illuſtriſſima; qui mos nuncupandi Reges ſub titulo, *de ſignoria illuſtriſsima*, in hac Sardoa Inſula verſabatur ſæculis præteritis, pro vt ex monumentis antiquis capitulorum curiarum apparet. Hodie vileſcit, cuilibet adſcribitur, vt ratiocinatur Scaglioni loco cit. alias rixæ, & tumultus ſequntur, hæcquè vrbanitas cum perſonis inferiori dignitate fruentibus pręſtetur, non videtur conſonum, denegandam eſſe tam ſublimi dignitati, pro vt eſt Epiſcopalis, quę culmen dignitatum decantatur. Carol. Marant. reſponſ. 84. num.

30. tom. 3. nam teste Anastas. Germonii loc. cit. num. 15. si pro secularibus, & profanis hominibus, tam ampla, & splendida adinuenta, & fabricata sunt cognomina, vt nihil supra quare non debent sacerdotum dignitates illustrioribus titulis fulciri, atque consignari?

Et quod per illustris, siue illustrissima, quod idem sonat, sit persona Episcopi, cognominequè il-
19 lustrissimo fulciatur, est punctualis doctrina Iason. in l. 1. num. 15. ff. de iustit. & iure docent Bertachin in tract. de Episcop. in praeludio Sperel. dict. decis. 122. n. 13. rationem afferunt, quia Episcopi aequiparantur praefectò praetorio, cui proreges, & senatus supremus ęquiparatur. Solorzan de iure Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 3. num. 3. dicuntur principes cap. si quis de mayorit. & obedient. glos. in Cle-
20 ment. 1. de Baptism. † viuius decis. 230. Marant. tom. 3. respons. 88. num. 3. de quibus loqutus fuit Propheta, dum dixit: *constitues eos principes super omnem terram*, pro vt explicat Belarm. de Roman. Pontifie. lib. 1. cap. 9. Rursus honorantur sub titulo ducis, Marchionis, & Regis. Chasan. cum aliis in chatalog. glor. mundi 3. part. consider. 25. vbi etiam dicit, quod Rex debeat prębere eis honorem adsurgēdo in aduentu illorum, † & iuxta
21 eum venerabilem sedem adsignare. Ita dicunt Panorm. & Ioan. Andreas in cap. solita. de moioritat. & obedient. Corset. de potest. Regia quęst. 57. Carol. Marant. respons. 76. num. 13. tom. 5. nec mirum cum iuxta Ignatii, Ioannis discipuli, in epistola ad Smirnenses definiens Episcopum, dixerit esse, *qui omni principatui, & potestati supereminet, et quo ad homini licet, imitator Christi veri Dei, princeps sacerdotum, imaginem Dei referens, Dei quidem propter principatum, Christi verò propter sacerdotium* Barbos. de potest. Episcop. tit. 1. cap. 2. num. 21. Gracian. discept. forens. cap. 282. ex num. 8. tom. 1. Alced. de praecellent. Episcop. cap. 1. de Episcop. orig. num. 41. part. 1.

En arripis ex praescriptis vtriusque iuris dogmatibus Episcopis illustre, ac illustrissimum cognomē deberi, quę honorifica nomenclatura dignitatis illorū fastigio praescribitur, & si in corpore iuris haud praescriberetur forma, sub hoc illustrissimo titulo illis rescribendi, & salutandi ad consuetudinem vtique recurrendum erat, in materia enim praecedentiae, & honorificentiae tituli, consuetudo est quae prebet normā, ac formam, cuius defert, principem locum sibi vendicat, dicitur lumen, sidus, & regula horum dubiorum, quae iuxta illam discernuntur, regulantur, & componuntur. Ex textus in l. fin. cod. de praefect. vrbis l. obseruare 4. §. ingressum de officio legat. in 6. vbi in praestatione honorifici tituli, vel praecedentię attendendam esse consuetudinem statutis antiquioribus rellatis hanc conclusionem sectantur Gamma decis. 1. num. 31. Capanil. in diuers. iur. canonic. rubric. 12. capit. 12. num. 5. Penna decis. 283. num. 1. tom. 1.

p. 2.

p. 2. Macerat. reſol.lib. 1. reſol.81 num. 5. Ponte deciſ. 8. collateral. concilii Rouit. deciſ. 65. Salgad.de Reg. Proſt. tom.1.p.7. cap.9.num. 18. Sanfelic. deciſ. 140. num. 9. tom.1.Poſtio de manut. deciſ.594. num.3.vbi hoc procedere deciſum
23 fuit,† etiam ſi conſuetudo iuris communis diſpoſitioni eſſet obſtatiua, veluti vt minus dignus digniori præfferatur Cyriac. controu. 101. num. 168. Rouit deciſ. 77. num.7 qui huic vltimę concluſioni etiam adhærent. Carol. Marant. reſponſ. 52. num. 55. tom. 3. Rurſus Cyriac. controu. 201. num. 165. & controu. 202. n. 39. in fin. in quo
25 caſu ſufficit decemnalis præſcriptio, vt plures in Rota Romana extitit deciſum quarum memor apparet. Sperel. deciſ.179. num.2 tom.2. ad quam conſuetudinem introducendam ſufficiunt duo actus poſſeſſorii nouiſſimè Petrus Tondut in qq. beneficialib. part.3. cap.173. num. 7.vbi etiam,in materia honorifica ad tendendum eſſe vſum etiam non præſcriptum,
26 teneti † & quod plus eſt ex vnico actu, dumodo non dederit cauſam liti, poſſeſſio introducitur, & conſuetudo in hac materia, tenet aliis laudatis. Poſtio de manuten. obſeruat. 18. num.9. & 10.

Non vnicus, ſed plures actus reſcribendi ſub honorificentia illuſtriſſimę dominationis, ex exortatoriis expeditis à tribunali Regiæ Gubernationis ciuitatis Saceris Archiepiſcopo Turritano præcipuè illuſtriſſimo Domino don Iacobo Paſſamar patruo vxoris meę ſanctitatis, & litterarum ſpeculo, & aliis Epiſcopis ſuffraganeis directis apparuerant, quæ vtique pa-
28 catum animum conſtituere poterant,& non nouitates venerari permittere, quæ quietis nouerca, nocumentum Reipublicæ,& ſcandali nutriue fuere appellatæ,per Leonē Papā lib. 12. Epiſt.82.de quibus Luciā.var.hiſtor.lib. 1. loquens dixit, *ſæpe numero etiā mutatio in melius maiorū malorū conſueuit,eſſe principium*. Contra quas acriter inuehunt Valencuel. conſ. 24. à num.1 Salgado cum in fin. de retent. bullar. 1. p. cap.6. num. 3. Bouadill.in politic. lib.2. cap. 10. num. 49. & cap. 18. num. 288. Maſtrill. de magiſtrat. lib.1. cap. 14. num. 1. Hermoſill. in annot.ad gloſ. 2.pro leg.part. 5.num. 102. ſuſcitatio dubij præſentis effugi poterat ſi moderantes illo tunc Regiæ Gubernationis tribunal. à ſemitis prædeceſſorum non aberraſſent, quas ſectari obſtringebantur. Audiant
30 diuinam paginam apud Iob.c.8.† *interroga enim generationem priſtinam et diligenter inueſtiga patruum memoriam*. Rurſus apud Hieremiam docentem cap.6. *State ſuper vias, et videte, et interrogate de ſemitis,quæ ſit via bona et ambulate in ea*. Solorzan. de iure Indiar. lib.2.cap. 16. num. 73. Eraſmus al Ochier.in Theſaur. politic. 1. p.lib. 1. cap. 5. *ibi maiorum enim inſtituta tueri, ſacriſque ceremonijs retinendis ſapientis eſt*.

Cenſura hæc per reſponſionem reuolutionem huius lapidis ex mādato Domini Pro Regis originem duxiſſe non euaquatur,cui veritas,

&

& consuetudo erat enarranda, quibus certioratis (nî fallor) contentio conquiesceret. Iudex obstrin-
31 gitur Principi veritatē rei † absque figmenti fuco patefacere, alias grauiter peccat, quæ veritas liberè non hæsitanter, sicut & consiliū exhibenda est ex Plinio epistol. 9. lib. 3. Cornel. Tacit. lib. 4. & 11. Annal. tradit. Lel. Zechi. lib. 2. de princ. cap. 1. num. 8. fusè Valencuel. consl. 162. num. 51. cum seq. tom. 2. pauci tamen hoc sectantur documentum. Audi Senec. lib. 6. de benefic. cap. 30. *monstrabo tibi cuius inopia laborant magna fastigia, quid omnia possidentibus desit? scilicet ille qui verum dicat*. admonitum te cupio ab ore pendentem. Quod licet aliquando Princeps escandescat veritate, vt licet, illi delata, peracto tamen negotio ad trutinā ingenii reflexam illud reducens, & veritatem colet, & magistrum illam edocentem sub prætio ma-
32 gnō habebit. † Theodosius Imperator. de Diuo Ambrosio, à quo acriter, & verè admonebatur, dicere solebat, *ægre tandem se veritatis magistrum reperisse*. Vernul. institut. politicar. lib. 2. cap. 1. titul. 2.

Muscitabāt Iudices moderationem animi in clericis præcipuæ
33 Ecclesiæ antistibus, principatum obtinere debere, titulorum pompam parui pendendam adinstar Summi Pontificis, qui serui seruorum Dei cognomine gloriatur, inanem, & effusam honorum lauream conculcandam esse, & humilitatem ambire obstrictos esse: pro cuius obiectionis tutamine affero Gregorium Magnum tumidam titulorum honorificentiam; quam prosternens Eulogio Patriarchæ Alexandrino rescribens lib. 7. epistol. 30. relatus in cap. vltim. distinct. 99. dixit, *ego non verbis quæro prosperari, sed moribus*. Proclamat hinc Germon lib. 2. cap. 10. n. 10. *præclara, & salubris res foret præsertim vniuerso ordini sacro, si hæc animi moderatio, & verbis, & factis retineretur, si homines non immodice sibi placerent, si non inaniter, & effuse huiusmodi rebus exultaret animus, si supercilium demitteretur, & ad imitationem Gregorij titulorum, & honorum pompam recusarent*.

Susurratio hæc facilem repulsam fuit passa: nam teste Franc. Maria de Prat. practicar. obseruat. cap. 75. num. 1. naturali quadam instinctu ab humani generis ortu
34 instito, † homo homini anteferrī cum studeat nulla præter mittitur occasio, omnis mouetur lapis, vt in præcedendo quis vincat, & sublimiori cognomine fulciatur, nemini cedit, nihil relinquit intentatum quò minus victor euadat, omnia sibi vult homo ex naturali genio esse subiecta, & à nullo operæ quantumuis arduo prohiberi quæ contentio si desit: cessat mentis omne studiū omnium rerum, ait Plinius secundus cupido languescit cum facilis est occasio Turret. in paralel. differt. 13. num. 157. nec mirum cū dignitate nominis imperantis honestemur; & honoremur. Lucas de Penna in l. vnica cod. de cap. ciu. cen. lib. 11. Nouissimè Bernardin. Greci. glos. in prag-

pragmatic. de litter. forma num. 48. apud Ioan. Franc. Scaglioli.
35 fol. 245. vnde prouenit, † quod pręſtatio debitæ vrbanitatis, dignitati inhęrentis proprium honorem tangat, & percutiat; ad cuius conbutionis aras honoris holocauſtũ imolatur, concinit Poeta.

Semper honore meo, ſemper celebrare donis.

Et ipſamet dignitas, & officcii exercitium honor raputatur. Hinc ius honorarium, ius prętorium fuit dictum, vt in l. curiales cod. de cu-
36 rionib. lib. 10. † Ouid. lib. 1 faſtorũ. *verbaq; honoratus libera prætor habet.*

Hac ratione perpenſa inter plures deffinitiones, quibus honor iuxta effectus quibus humana cupiditas ſibi gratulatur deffinitur, hęc eſt, quod ſit præſtatio alicuius pręheminentiæ in aliqua exhibitione illi, qui honoratur. Chaſan. in chatalog. glor. mundi 1. part. conſiderat. 1. infin. ſi ergo dignitas, & redibitio præheminentiæ illam tangentis, honorem tangit, quid miraris? ſi ad illius propugnaculũ quis eſcandeſcat, & acriter contendat; ipſa namque natura in ſuo naſcenti exordio in homine propenſionem afixit ad honoris tuitionẽ
37 † Lelio Altograd. conſ. 102. num. 12. tom. 2. Et cum ſanguis in illum delibauit, pinſuit inter præcordia honoris propugnandi incitamenta quæ veritas exemplis, & dogmatibus pluribus poſſet exornari, ſed ne tempus conteramus, audi Apoſtolum, cuius poteſtas cum negaretur acriter illam protegentem, hæcque prorumpentem in verba 1. ad Chorint. *Non ſum Apoſtolus? nonne Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum vidi? non ne opus meum vos eſtis in dominio?* interroga illum cur eſcandeſcat, & has querulas dimittat voces, ibique tibi rationem afferet. *Bonum eſt mihi mori, quam vt gloriam meam quis euacuet.*

Rurſus licet toto vitæ curſu, ſcemate ſub miſeriæ illam reſtrinxerit; at vero authoritate, & Apoſtolatu eius conuulſo eſcandeſcere viſus fuit, & concitari vehementer ad illius tuitionem 2. ad Chorint. 12. *factus ſum (loquitur Apoſtolus) inſipiens, vos me coegiſtis, ego enim à vobis debui comendari, nihil enim minus fui ab iis, qui ſunt ſupra modum Apoſtoli, tamen ſi nihil ſim, ſigna tamen Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni potentia, in ſignis, et prodigijs, et virtutibus.* Veſtigia exempli huius, Epiſcopi ſectantes poterint pro tuitione dignitatis, & redditionis vrbanitatis, tanquampr o proprio honore protegendo remediis iuris vti arridentibus; exemplo Apoſtoli ratiocinatur Germõ. loquens de detrahentibus Epiſcopis debitos titulos loc. cit. num. 14. optimoque iure poſſunt Epiſcopi, & alii Eccleſiaſtici ordinis Sacerdotes eſcandeſcere cum ſibi detrahitur, quod debetur diuino iure, & imperatorum ſanctionibus per tot ſęcula, per quas & ipſi principes ſe ipos & alios regunt.

Regia pragmatica titulum, paternitatis, pręſcribens, iuxta mo-
38 rem huius regni, † & Chataloniæ Dexart. in capitul. curiar. lib. 3. tit. 1. de offici. prorreg. fol. 490. n. 14.

14. excellentissimos Pro reges per modum chancellariæ Episcopis rescribit tangit, illarum dispositio, non solum quia rigurosa, & odiosa non extendenda de casu ad casum, & de persona ad personam. Nouissimè Viuian. Girochi discept. 38. num. 26. sed quia daretur duplex Chancellaria in hoc Regno, sicque duo capita in vno corpore, quod sanè monstruosum est. Damaud de renuntiat. cap. 48. n. 14.

40 Litteræ, † quæ super hac contentione, in Regno non decisa, per dominum nostrum Regem, semper inuictum, fuere impartitæ, primæ illustrissimo D. Onophrio Girona Calaritano, & posteriores illustrissimo Don Ignatio Royo Aragonensi Archiepiscopis Turritanis directę, sunt tenoris sequentis, quæ posterior resolutio per supremum Concilium Aragonum interposita remanet intexta inter quam plurimas alias super iurisdictionalia cætera, quorum in prima cera huius quæstionis memor fui, dissidia emanata inter vtramque curiam adhibitas, & apud Regiam Audientiam, ac curiã Turritanam conquiescentes, & extitit impartita, attento, quod Tribunal Regium rescripto primo haud acquieuerat, consuetudinis per existentiam inibi suppositam in dubium appellare intenderat, secundis litteris Regiis herbam porrexit ac collum submissit illustrissimæ dominationis vrbanitatẽ Archiepiscopo præstans, sat vniformi imposterum voluntatum ligamine, sopitis dissidiis interposito.

El Rey.

Ill. Marques de Castel Rodrigo Primo Gentil hombre demì Camara, y mi Lugartiniẽte, y Capitan General. de D. Onofrio Giruña Arcobispò de Sacer se ha receuido vna carta de 29. de Octubre de el anno passado 1659. cuia copia se os remìte con esta en que da quenta de que mìs reales ministros tienen de ordinario con los Eclesiasticos algunos encuentros, y contenciones que se oponen ala Liuertad, y exempcion Eclesiastica, y que allandose el Arcobispo de aquella Iglesia en possession de que en los actos Iudiciales el tribunal dela Gouernacion de Saçer le de titulo de Segnoria Illustrissima innouando en esta costumbre le han dado de Paternidad, suplicandome mande probeher en todo del remedio conueniente, y hauiendose visto en este mi conseyo supremo ha parecido encargar, y mandaros (como lo hago) hagais que se guarde la costumbre en dar al Arçobispo de Sacer el titulo Sue le tocarle, y de derecho se le debiere en todos los actos iudiciales, y extraiudiciales que assi es mi volantad. Dat. en Madrid. 26. di Febrero. 1660.

Vidit D. Christ. Crespi Viceç.
Vidit Com de Robres Reg.
Vidit D. Petr. Villacampa Reg.
Vidit Marta Reg.
Vidit Comes de Albatera.
Vidit Don Georg. de Castelui
Vidit D. Pasch. ab Arag. Reg.
Vidit. D. Ioseph.

Petrus Carolus Zoalli Secretar.

Du-

Duda diez, y siete.

Si el Tribunal dela Gouernacion de Sacerdeue llamar, Illustrissima, al Arcobispo.

Resolucion.

Que con carta de su Magstad de 26. de Febrero de 1660. se mādò que se guardase lo acostumbrado, y que por hauer constado que lo vsar deste tratamiento, se le deue dar, que enesta conformidad se escriua que lo hagan.

Pedro Carolos Zoalli Segr.

ARGVMENTVM.

Vtrum pastores, vel comuitates tenèantur pro delicto intra eius confinia patrato, si corpus delicti inueniatur in illis iacens, non vero probetur inibi comissum fuisse. Pulchra & vtilis quæstio decisione Regiæ Audientiæ fusulta pro exonerandi pastoribus, & comunitatibus à refectione damnorum, ad quam obnoxi reperiuntur ex ui legis municipalis.

SVMMARIVM.

1 *Auctores delicti panę debent sequi. Quę regula in pracepto diuino, et naturali stabilitur 2.3. et etiam respectu filiorum in delictis paternis 4. 5.6.8.9.*

7 *Delictum extinguitur morte delinquentis.*

10 *Pastores iacent obnoxij ad refectionem damni passi intra eorum ambitum cubilium.*

11 *Pragmatica Sardiniæ licet nullam pęnam imponat contra viciniores pro immissione ignis esse solita imponi quindecim librarum.*

12 *Lex si aliquid prohibet, et panā nō ad hibet sequitur panā extraordinaria.*

13 *Pęna si nemini per legem aplicatūr, fisco debetur; et tunc dicitur causa criminalis.*

14 *Durities legis Sardoa circa caput de* las encarregas *exaratur.*

15 *Viciniores per legem possunt obstringi ad refectionem damni in vicinio emergentis.*

16 *Laudatur dominus Regens vico Sassarensis.*

17 *Illustriū nomen post cinera illustrius decantatur.*

18 *Magistratum memoria veneranda est, et ab iniuria lathea deffensanda.*

19 *Lex pro lege non esset sancita, nisi aquitatem contineret.*

20 *Alius pro alio in panis spiritualibus non debet puniri, secus in temporalibus 21.*

23 *Subasiationis terminus potest prorogari.*

24 *Comanitates et pastores liberāntur à refectione damni, si in fortias curia adducunt malefactorem.*

25 *Comunitas si ad refectionem damni obstringitur, et damnum passus sit ex illa debet concurrere pro sua rata.*

26 *Probatio delicti incusati comunitatibus per viam* de encarrega *prasumptionibus nititur.*

37 *Vicinos presumitur comisisse delictū quorū authores ignorantur 28.32.*

29 *Res plus valet ratione bonę vecinitatis, et quantum intersit bonum vicinum habere 30. quia est maximum malum habere malum vicinum 31*

33 *Delicta si non puniuntur, prabetur ansa ad delinquendum, recensetur necessitas sontes puniendi 35. & pana in delictis non tam ad vindictam, quam ad exemplum deseruit 36. 37.*

34 *Pracepta legum aliquando transgrediuntur ob frequentiam delictorum.*

38 *Deplorat auctor frequentiam delictorum Regni Sardinie.*

39 *Recensetur exitus cauie.*

40 *Corpus delicti si reperiatur in vno loco non sufficit, vt communitates vel pastores teneantur ad emendationem damni, requiritur probatio inibi patratum fuisse, & ratio huius conclusionis adsignatur num. 44.*

41 *Specialitas duplex non potest concurrere ad productionem actus.*

42 *Malitijs hominum obuiandum est non indulgendum; & vijs omnibus insudandum, vt opera non mandentur 44.*

CAPVT QVARTVM.

ADEST Regia sanctio in cap. 1. tit. 21. Regiar. pragmaticar. damnũ in Regiis itineribus à communitatibus, & extra pratum in confinibus cubiliũ pastorum ab istis reficiendum esse
1 disponens, quæ lex satis dura obgicitur, ab erransque à recto rationis perpendiculo constituitur *anima quę peccauit ipsa morietur*, decantauit diuinum verbum Ezechiel. 18. 20. & Apostolus ad galatas. 6. 5. *vnusquisque onus suum portabit*, quippe norma diuinæ, & humanæ drouidentiæ postulat, vt pœnæ delicti authores suos debeant sequi
2 non ab illis egredi, ✝ & ad alios protrahi. l. Sãcimus cod. de pœnis Valencuel. consf. 91. nu. 38. Giurb. consf. 36. num. 36. Farinc. quæst. 24. num. 2. & 3. Amaia. obseruat. lib. 2. cap. 6. à num. 50. Peres de Lara in compend. vitę homin. cap: 1. num. 20. Thom. Sanch. in pręcept. decalog. lib. 2. cap. 27. num. 14. hinc Ouid. lib. 1. tristium eleg. 2.

Fingite me dignum tali nece, non ego solus
Hic vehor, immeritos cur mea pœna trahit.

Quod dogma in præcepto diuino præscribi, & in naturali stabiliri doctorũ placita diffusis in locis,
3 ✝ quæ sigillatim exhibere non solum sat laboris, sed nausæ esset, demonstrãt, prout est videre penes Flamin. Chartar. in tract. de exeq. sentent. capt. bannit. in præfat. n. 7. Surd. decis. 340. Amaia. in codic. tit. 31. l. 23. lib. 10. num. 27. Escobar. de purit. sanguin. cum in fin. q. 4. §. 4. de pęn. defunct. ab sent. num. 62. Cabrer. de metu. lib. 2. cap. 2. nu. 10. pęna enim esse non debet vbi nulla culpa pręcessit Cęsar. Afflict. Controu. 45. n. 8.

Et licet inter patrem, & filium vincula gordialibus, ac indisolubilibus, nexibus ✝ per intexta
4 appareant, de quorum effectibus, & põdere ad longum verba faciunt Seneca. in Consolot. ad Albin. Laurent. Matheu. de Regim. Regni Valent. tom. 1. cap. 4. §. 6. nu. 45. attamen

tamen filius nõ portabit iniquitatem patris, nec † eius pęnas lueti
5 dictũ eſt Deutheron. 24. 16. *non occidẽtur patres pro filijs, nec filij pro patribus, ſed vnuſquiſq; in peccato ſuo morietur*; ordo diuinę, & humanę prouidentiæ poſtulat; vt quilibet pro delicto reus pęnæ efficiatur, iſtam quæ ſequi ſuos patratòres, itaut fili j pro facinoribus paternis ſuplicio non afficiantur, Couar. var. lib. 2. cap. 8. num. 1. Ciganſ. de Crimin. Leſæ Maieſtat. lib. 3. tit. de pænis quas fili j incurrunt. qu. 1. num. 1. Salas de legib. diſpot. 5. Oliyues & Reges vico ambo conciues mei ſaſſarenſes ad præfectam regiam pragmaticam vbi in gloſa olyues per Regẽtem † Vico laudatur. Eſ-
6 cobar. loc. cit. num. 133. Ottero de Iur. paſcend. cap. 14. nu. 3. Cicer. in Epiſtol. ad Brutum acerbum eſſe de cantauit parentum ſcelera filiorũ pęnis puniri. Orat. lib. 3. ode. 6. & dixit Caliſtratus. in l. Crim. 16. ff. de pęnis, neminem ſucceſſorem conſtitui alieni delicti, quod exſtinguitur delinquentis morte, l. 1. D. de priuat. delic. l. defuncto. 6. de publich. Iudic. vbi omnia Crimina morte extinqui, & pęnas corporales & pecuniarias ceſſare, in hæredes, quæ non transfundi, habe-
7 tur ſunt textus in l. 51. pæna 20. ff. de pænis, l. Conſtitutinibus 33. D. de obligat. & actionib. l. ſicut. 38. l. pupillum, 111. D. de regul. iur. Cum ſimilibus, exornãt hanc certam regulam, Farinac. q. 10. n. 36. Peregrin. de Iure Fiſci, lib. 4. tit. 5. Gail lib. 1. de pace public. cap. 10. Criuel. deciſ. 6. Schifordegher. li. 2. ad. Anton. Fabr. tract. 10. & lib. 2. tract. 1. q. 9. & 10. niſi lis conteſtata cum deſruto fuerit; qua hypotheſi pro pæna pecuniaria contra
8 hæredes † agi poſſet, l. vnic. cod. ex delict. defunct. l. ex iudiciorum, 20. D. de accuſat. l. ſciendum, 57. de obligat. & actionib. Auendar. reſp. 3. num. 1. Guazin. ad deffenſ. reor. tit. 2. deffenſ. 23. nu. 2. cum Caball. Valencuel. Suarez. gomes. Farinac. & ali js Amaia. in codic. tit. de Iure Fiſci, l. eorum. 10. nũ. 10.

Nemo igitur propter delictum alterius puniendus venit, alias ſontium ſcelera onerofa in sõtibus fierent, & inſons, non præuia culpa plecteretur, quod fateri, aut ample-
9 xari † eſſet ſumma iniq uitas: cum Franch. Rouit. & ali js, Franc. Maria de practic. obſeru. cap. 79. n. 11. & reſ ponſ. Crimin. 14. nu. 19. hinc dictum fuit apud. Cornel. Tacit. 13 Amali fol. mihi 322. *paucorum culpa ipſis Exitioſa debet eſſe, nihil vniuerſorum iuri derogandum*. Cenſal. Rot. gen. voto. 17. n. 42.
10 Paſtores & communitates per viam *de encarrega* in hoc regno ex duplici patria lege, nempe chartæ localis, & Regiæ pracmaticæ ad refectionem damnorum ex delicto pululantium ob noxi iacent, ſi illa intra eius confinia ſuo caſu patrentur, quod etiam ampliatur ad immiſſionem ignis factam ante
11 diem † ſeptimum Menſis Septẽbris, pro qua pęna quindecim librarum per conſultores baronales imponi ſolet pro maquicia, licet nulla pæna hac in hypotheſi inflicta appareat in præfaſtis ſanctio-

12 nibus de consuetudine tamē† quidecim librarū multa persoluitur,& est ratio quia quando aliquid lex prohibet fieri,& vltra non progreditur ad pænæ certæ inflictionem tunc si contrafactum fuerit,delinquentes pæna extraordinaria afficiendi veniunt Barbos. in l. nemo 3. cod. de sacrosanct. Eccles. licet Tertulian. lib. 1. contra Marcion. cap.26. dixerit,*tacite permissum videri,quod sine vltione prohibetur*; quod in sanctionibus pænalibus Claudicat. & cum hæc pæna,sit pecuniaria & lex non exprimat cui applicanda sit, Fisco applicari debet
13 Olea de Cession.Iur.titul.2.quæst. 4.num. 31. & dummodo pæna Fisco explicatur semper Iuditium criminale iudicatur Farinac. cons. 83.nu.39.lib.2. Cancer. p. 3. var. cap.17.ex.num.4.56. Sarauia. in tract. de iurisdict.ad iunct. cap.18. num.26.Barbos. in prax.exigend. pencion. quæst.6.ex nu.41.Chartar. decis.130. ex.num.18. Marin. quotidian. resol.cap.183. ex. n.4. Nouar. de grauamen. Vassalor. to. 2. grauam.30.Grauet.de homicid. p.8. num.67.

Dura sanè videtur lex patria pastores & communitates insontes ad refectionem damnorum oprimens præcipuè contra communitates,quæ solum habent cor-
14 pus repræsentatum† in quo culpa non cadit Franc. Maria de prato discept. 2. num. 44. tom.1. quam duritiem fassus apparet Dominus Regens vico in allato loco cum Farinac. Osasc. & Franch. quibus addo Otter.de Iur.pascendi cap.14 num.3.Amai. in codic. lib.10. tit. 3.lib.23. num.27. illa tamen non
15 obstāte tamquam valida amplexanda venit, probat pluribus rationibus glosator, quas hic calamo haud mitto, ne videar eius laboribus gloriari, quod absit, poteram tamen gloriabundus illis sufultus constitui, nam doctrina eius magno in pondere apud me habetur, & nunc apud omnes, licet dum
16 vitali† aura flueretur author iste, opera eius parui appensa extitere, illo cineribus tradito,sub non parua æstimatione coluntur; illustriū nomen post cinera illustrius dècantatur teste Senec. lib. 7. de benefic. cap. 8. *rationem reddit*, *vivos*
17 *interdum fortuna sæpè inuidia fatigat, vbi omnia naturæ cessit demptis obtrectatoribus, ipsa seruitus magis,magisque extollit*, hinc propertius.

Omnia post obitum fingit maiora vetustas.

Maius ab exequis nomen in ora venit.

In hoc meo muneri in cūbo; ma-
18 gistratuum enim† memoria veneranda est, & ab iniuria læthea vindicanda Marques de gubernat.Christian.lib.1. cap.15. Altamir.ad l.3. cap.17. num.8. cod. de filiis official. qui in bell. moriunt.

Nec Regnicola lex pro bono publi-
19 co sancita pro lege haberetur, & vt talis condita esset, quod non est credendum,nisi,æque esset,& sanctibilis Solorzano de Iur. indiar. to.2.lib.3.cap.10m.n.82.fragos. de Regim.Reipublic.part.1.li.1.disp. 2.§.4. n.160.& 161.

Nec

Nec obicis apparet ratio in capite queſtionis affixa, neminem pro delicto alterius puniendum eſſe,
20 nec filium pro patre; quia in pœnis ſpiritualibus regula illa abſolutè procedit, in temporalibus aliquando claudicat. videmus plurimos pęnas luiſſe alieni delicti, vt populus Dauidicus propter Regis peccatum 2. Reg. 24. reffertur in cap. Eccleſia 1. quæſ. 4. ob Pharaonis peccatum primogeniti Ægiptiorum captiui, & carcerati percuſſi euerunt exod. 12. nu. 21. ob peccatum yorãm non ſolum eius filij, ſed & vxores, & populus puniti
21 extitere paralip. 2. cap. 21. 14. & 17 alia exempla delineant. Valent. 2. p. diſp. q. 17. punit. 1. Martin. Beccan tract. 2. cap. 8. q. 3. Eſcobar. de punit. ſanguin. q. 4. §. 4. n. 133.

Hęc quæ norma reficiẽdi dãna extra ciuitates paſſa antiquis tẽporibus apparet actu exercita, teſtis
22 eſt Ariſtotil. lib. de mirabilib. vbi in via herculea, quæ ducit ad Hiſpaniam eam legem fuiſſe adhibitã vt ſi viator qualiſcunq; eſſet aliquid damni pateretur, ad incolarũ damnũ pertineret refert: defendũt has leges patrias circa refectionem damnorum contra Paſtores, & villas interpoſitas eſſe æquas, ob temperandas quæ Eſcob. Ottero loc. cit. addo hodiern. vbi graciam, & alii ad Surd. deciſ. 340. Laurent. Vrſell. concluſ. legal. tom. 2. concl. 108. verbo animalia nu. 57. Olea. de ceſſ. iur. tit. 5. quæſt. 6. num. 29.

Aduerte quod communitates, & Paſtores tunc ad refectionẽ damni
23 obnoxii conſtituuntur, † quãdo in termino per regiam pragmaticã præfixo malefactorem in fortias curiæ non deduxerunt qui terminus poterit per Iudicem prorrogari quando illi videbitur, prout cõtingit in termino ſubaſtationis, qui etiam valet prorogari, & teſtãte Eſcobar. de ractiot. cap. 16. n. 15. vſque ad annum, quidquid dicat Mangil. de ſubaſtat. quæſt. 11. n. 1. quæ prorogatio tam longi temporis per me neutiquam amplexaretur, bene terminum legalem prolongarem vſque ad menſem, prout ſic in facto contingenti obſeruaui & obtinui; igitur ſi communitates delinquẽtem in carce-
24 rem adducant, periculo omni vocant & à refectione damni liberãtur, prout Olyues loc. ſupra citato docet. nemp. in cãp. 33. addo Farin. quæſt. 24. num. 211. hodiern. ad Surd. deciſ. 340. num. 2. Coſta. de remed. ſubſidiar. remed. 51. num. 4 & in caſu quo vniuerſitas teneatur & obſtringatur ad emendationem
25 damni, tunc debet damnum, quoque paſſus concurrere pro ſua rata cum aliis de vniuerſitate, & debet participare tamquam vnus de populo Magen. deciſ. Florent. 24. nu. 13. cum Afflict. hodiern. loc. cit. n. 5. Cancer. var. p. 2. cap. 6. num. 167. tit. de ſolut.

Cardo diſertationis huius ſtabiliebatur in eo vtrum encarregæ in cauſatæ per D. Auguſtinum Satta opidi de tempio ſubitanea faxit Deus, nõ improuiſa morte defunctum poſtea, tamquam adminiſtratorem econtratæ de gallura cõtra Vaſſallos opidi de calangianos

nos, nempè quia intra confinia præfacti opidi quam plurima corpora maleficiorum scilicet cadauerum hominum equorum, & aliorum animalium inuenta essent legitimè accusatæ extiterint, quo circa hi vasalli tenerentur ad emendationem damnorum, & solutionem maquiciarum, & multarum per viam *de Encarega* inflictarum in regia pracmatica, dubium versatur vtrum sat sit reperiri corpus delicti facti permanētis, vel desideretur probatio, quod in tali loco sit patratum delictum, ad hoc vt intret hæc pœna, & persequutio illius.

Et quod sat sit inuenisse corpus delicti intra cōfinia opidi ad hoc vt sub intret emēdatio dāni; puta,
26 inuenire hominem mortuum, equm, vel aliud animal, probatur nam huius delicti probatio tantummodo præsumptionibus nititur, nullam exactionem probationem requirit, prout vt in terminis docent Gratian.cap.33.num.55. & 56.Laurent.Vrsell.concl.108.n.55 præsumitur per vicinos hæc delicta patrari, tenentur hi ratione huius præsumptionis, ad emendationem damnorum; & quod delictū in Iure quando ignoratur eius author, præsumatur commissum à viciniorибus loci commissi delicti, est text.in l. Dominus horreorum
27 D. locat. quem ad † hunc effectū expendit. Menoch. de arbitr. casu, 222.& de presumpt.lib. 1. quæst.89 num.8.& lib.5.præsumpt. 31. nu. 18. Farinac.de indic. & tortur. qu. 52. num. 127. vbi quoties damni, & furti patratores ignorantur, illa à vicinis fuisse commissa præsumptio vrget. Domin. Regens Vico tit.21.cap.6. nu.2.præcipuè quan-
28 do vicinus † est peruersæ opinionis Ottero de Iure pascendi cap.14 num.2. quod procedit in ordine ad pastores, qui vt plurimum malæ indolis & ad delicta perpensi sunt prout in deduxi ad longum in alia Controuersia.

Prouenit hinc quod ratione bonæ vicinitatis res plus valeat, & in maiori æstimatione habeatur,
29 Gail.practic. † obseruat. lib.2.obseruat.69.num.20. Carol.Marant. respons.35.nu.5.tom.5. quia Iuxta Demosthenes sententiam, *nihil molestius esse potest quam vicinus malus*; rationem reddit Ehucidides, *ex vicinis*, aiens, *malum vel bonum proficiscitur*, qua propter Plinius admonebat emptores prædiorum, primum vicinos bonos habere quærere, audi illum lib.18. 5.cap.
30 *agrum paraturos ante omnia intueri opportere aquarum vim & vicinum*; & Themistocles apud Plutarchū in apogthegmat, refert, quod obstringebatur prędiū vendens proclamare bonum habere vicinum, quia Iuxta paladium lib.1.cap.6 tria mala equè nocent, sterilitas, morbus, & vicinus; respicit hinc quod Caius lib. 10. ad edict. prouinciale in l.quod sæpè 35 §. fin.ff. de contrahend. empt. dixit, ibi, *si quis in vendendo prædio confinem celauerit, quem emptor si audisset, empturus non esset teneri venditorem dicimus*; quia vt ibi dicit Glos. & docent, Ottero loc.cit. & Carol. Marant.

rant. minus æſtimationis res lucratur ex malo vicino, cui in du-
31 bijs attribuitur† patratio damni, & eſt maximum damnum habere malum vicinum Thoro. voto.7 num.41. Virgil. à Fabre loquitur eglog.1.

Nec mala vicini pecoris contagia lædent.

Et alibi

Mantua ve miſera nimium vicina Cremona.

Mart.lib.8. epigram.55.

Iugera perdiderat miſera vicina Cremona.

Quæ præſumptio in cauſa conſtituitur vt vicinus Iuxta has leges obſtringatur ad emendationem damni, non ſolum vt delicta coer-
32 ceantur, † & in tuto ſit hominum comertium, ſed quia præſumitur damna, & delicta à vicinioribus patrari ſic Carrer. in prax.crimin. in 2. tract. de indit. §. 13. num.5. Matheus de Afflict. in Conſtit.Siciliæ incipit quæſtionibus columin. vltim. prout damnum præſumitur factum ab animalibus vicinis. Merend. conſ.13.num.7.p.1. Nouar.cum alijs de grauamin.16. Vaſſallor.grauam.44. num.4. to.1 facit illud Heſiod.

Nec bos intereret, vicinus si improbus abſit.

Vrget pro hac concluſione amplexanda, quia ſi ad inflictionem multæ & emendationem damni à viatoribus paſſi, non eſſet ſat cor-
33 pus delicti in territorio inueniri, puta cadauer hominis, vel bouis occiſi, ſed inibi hominem occiſum fuiſſe probatio deſideraretur, vtiq; quam plurima delicta impunita, & miſerorū damna haud refecta remanerent, cum qui peccat. odit. lucē, & delicta in nemore, & rure patrata dicātur, & ſint difficilis probationis, præcipuè in hoc Regno propter latitudinem loci, & viduitatem gentium, maxime in encontrata galluræ de geminis de qua queſtio verſatur, vbi propter extenſionem, loci, & peruerſam vndequaque gentis indolem abſque loro, quotidie hotrenda facinora patrantur, teſtes ſunt huius veritatis, & præterita, & præſens tempus anni 1662. in quo verſamur, & in quo partialitates de Richo, & del Sardo magna hominū caterua reciproce ſuſultæ & aſſociatę Æſtuāt vindictis homicidiis & odiis graſſantur, abſurditas hinc eueniret, præberetur anſa ad maiora facinora patranda, vt dicebat Senec. in med. periclitaret quæ innocētium ſalus iuxta ſtratulis ſententiam, ibi, *ignoſcendo nocentibus innocentium ſalutem cuſtodiri non poſſe.* Paul.Rub. pract. cap.18.nu.561 præſcriptæ regulæ Iuris qua prop-
34 ter aliquando † transgrediuntur vt delictis hominum obuietur, & res publica in tuto conſtituatur Fragos. de Regim.Reipublic. to.1 part.1.lib.1 diſp.1.num.45.Nicol. Vernul.inſtit.polit.lib.2. cap.8.tit. 17. Laurent. Matheu. de Regim. Regni Valent. tom.2. cap.8. §.10. num. 167. & delictorum punitio
35 à Deo ſub tali ſat†tremendo præcepto præſcribitur, vt ex ipſis verbis diuinę paginę demonſtratur Reg. lib.3. 161. *quia deriliquiſti hominem*

minē dignū morte de manu tua, erit anima a pro anima illius; Horrescast Christianus animus, & cōtrimiscat ad conspectū huius sententiæ, quæ infallibilis tamquā procedēs ex verbo Dei constituitur; quæ leges eo prętextu decernuntur vt earum metu humana coerceatur au-
36 dacia, † tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato suplitio refrenetur nocendi facultas cap. factæ autem leges. 1. distinct. 4. Carol. Marant. respons. 43. p. 4. num. 60. iste est scopus punitionis; nemo prudens, dixit Senec. lib. 1. de Clement. cap. 21. punit, quia peccatum est, sed ne peccetur, ego disert. 18. num. 15 hinc dictnm fuit pęnam in deli-
37 ctis imponi † non tam ad vindictma, quam ad exemplum, vt nō tam pęna quam medicina videatur Aul. Gelio. noctium acticar. lib. 10. c. 8. Fragos. de Regim. Reipublic. tom. 1. disp. 11. part. 1. lib. 4. num. 242. in fin. Laurent. Matheu. de Regim Regni Valent. tom. 2. cap. 8. §. 8. nu. 107. Nicol. Vernul. instit. politicar. lib. 1. cap. 8. tit. 17. Plato in gorgia. vbi dixit scopum, & finem pænarum esse, vt reus puniatur, & cæteri de terreantur Tiraquell. in l. 9. Conubial. num. 224. Anton. pichard. in rubric. instit. de public. Iudic. ex num. 1. Amaia lib. 2. obseruat. cap. 4. num. 1. & in codic. tit. 10. de Iur. fisci l. eorum 10. num. 7. & 8. Solorzan. de parricid. lib. 1. cap. 1. & 2. Ioseph Facessa de recta administrat. Iustit. tract. 3. titul. de virtutib. princip. cap. 7. ex num. 1. [illegible]

Cunctata hæc ratio & magno pondere susulta vtiq; videtur amplexabilis ob frequentiam deli-
38 ctorum in hoc regno, † aprime per me in dies exaratam sed lacrimis recensendam, pro qua recensenda cū Cyprian. de lapsis posset, dici, *Lacrimis magis quā verbis opus est ad exprimendum dolorem, & hanc calamitatem narrandam*; pudet dicere, quod sententia nycetas Choniates lib. 2. hystoriar. in vita Manuelis Comeni cōueniat huic nostro Regno; *omnes ad nocendum sunt procliuiores*, nihilque *tam sanctum est, quod calumnia tentaret non audeat.* reffert. Valencuel. cons. 110. num. 3.

Pænam criminalem non deberi, nec damna refficiendi obliga-
39 tionem adesse † Regia Aula criminalis decidit; actuario carboni; me fouēte partes Procuratoris opidi de calangianos.

Sententia hæc pro fundamento vnico, sed singulari habuit doctri-
40 nā † Regentis Vico cap. 6. tit. 21. nu. fin. vbi huius lapidis dubium reuoluit, & concludit ad inflictionem harum pænarum, & emendationem damni per viam *de Encarrega*, non sat esse corpus delicti inuenire, sed requiri probationem inibi patratū fuisse: Admirabilis satis doctrina per authorem autem parum vestita; ratio quæ mihi obgicitur ad illam muniendam, videtur esse, quia ad inclusionem harum pęnarum, & ad obtinendam emendationem damni præsumptionibus proceditur, quia vt vidisti pręsumit lex delictum à vicinioribus

nioribus fuiſſe patratum, quo circa ſpecialitas concurrit in hac hypotheſi ad inflictionem pęnæ vt ſolum hęc præſumptio ſufficiat, modo ſic ſi pertreperturam corporis delicti in aliquo territorio poſſet contra viciniores procedi ad inflictionem pęnæ, & emendationem damni, pręſumeretur inibi commiſſum fuiſſe ſicque hæc eſſet alia ſpecialitas, vnde concurrerent duæ ſpecialitates, prima quod per pręſumptionem ad pænam procedatur, ſecundo,
41 † quod ſit præſumptio delictū inibi tatratum fuiſſe, vbi iacens corpus ſeu cadauer reperitur, at duæ ſpecialitates nō poſſunt coaleſieri in eadem re, igitur, concluſio regię audientiæ tuta nititur anchora; & quod duę ſpecialitates non poſſint coniunctim concurrere, & earum ſimultaneus concurſus non ſit admiſibilis, docent Melin, controu. forenſ. tom. 1. cap. 78. num. 12. Mathias Berlinch. practic. cōcluſ. 8. nū. 197 Arias de Meſa var. reſolut. lib. 2. cap 27. ſub nu. 37. Galeot. cap. 48. num. 4. tom. 1. contru. ego diſert. 19. num. 69. Claperiſ. cauſ. 5. q. 2. n 7. bene inde infertur argumentū quod nō ſi ſat reperire corpus delicti quin probetur inibi commiſſum fuiſſe ad hoc vt ſub inter diſpoſitio lægis noſtræ Sardoæ.

Coaleſcit reſolutio hæc cum rationibus ſuperius perpenſis, nam, & pręſumptionibus probatio huius delicti fulcitur,
42 † & ad punitiōem delictorum proceditur, ſed ſimultaneus cōcurſus duplicis pręſumptionis duplicem ſpecialitatē producentis reſſelitur; præcipuè mouet me pro hac opinione ſectāda, quia his temporibus malignitas hominum ſub incremento de paſcitur, quorum malitiis obuiandum eſt non indulgendum l. in fundo 39. ff. de rei vindicat. Ioan. de Amicis conſ. 104. n. 9. Cabedo deciſ. 152. num. 1. & 2. p. 1. Gomeſ. in l. 46. Tauri num. 8. verſic. Adde tamen, Rouit. pracmatic. 3. nom. 1. de monialib. Laurent. Vrſell. cōcl. 42. num. 742. quinimo viis omnibus, viribus, & poſſe ſtudendum vt hominum technæ, & malitiæ
43 oporę non mandentur, † optatum quę pertingāt finem ex cap. Sedes Apoſtolica 15. de reſcript. cap 1. ff. nos igitur depoſtul. prælat. Sanctarell. de hęretic. tract. de Apoſtaſia cap. 6. dub. 1. num. 1. Lezana in ſumm. qq. regular. p. 1. cap. 23. nu. 11. & 12. aliis laudatis Marant. reſp. 57. tom. 3. nu. 7. hoc perpenſo ratio ex poſtulat vt in hac præſenti hypotheſi nulla pęna ſubſequatur, nec emendatio damni, licet corpus delicti reperiatur iacens in aliquo loco, niſi ibi pa-
44 tratum fuiſſe probetur, † quia faccilè eſt conductoribus Iurium baronalium malam conſcientiā nutrientibus, vt plurimum contingit, ducere de loco ad locum corpus delicti ad hoc vt communitates, vel paſtores viciniores obnoxij conſtituantur ad refectionē horum damnorum, & iterū facilè eſt ipſis paſtoribus, vel communitatibus hęc tranſportatio prout perpendit Reges Vico loc. cit. ad hoc vt ipſi liberi cōſtituantur, alii

vero oneretur, quibus malitiis obuiandum ſi ſit, vt decet, pernecesſe concluſio noſtra firmanda, & regiæ Audientiæ deciſio venit ſectanda,

ARGVMENTVM.

Sodalis alicuius Confraternitatis Laicorum, vtrum per ſtrepitum iudicii ad elemoſinam inibi aſſuetam fieri elargiendam, pluſari queat. Recenſetur cauſa à qua exordium duxit feſtiuitas baiulandi depictas columnas, vulgo Candelabra, in vigilia Aſumptionis, ad Eccleſiam Deiparæ de Bethlem in Ciuitate Saceris.

SVMMARIVM

1 *Ciuitas Saceris anno 1580. & 1652 paſſa fuit peſtis flagellum Diuinũ.*

2 *Mala præſentia tollunt memoriam præteritorum.*

3 *Infęlicitas quæ in ſe conſcribitur eſt minor, maior quæ poſt ſe relinquit veſtigia.*

4 *Peſtis dicitur flagellum Diuinum.*

5 *Morbus vbi a ſuperiori cauſa prouenire pręſumitur, ſecurius pharmacum ab ipſo numine eſt exigendum*

6 *In vigilia Deiparæ Aſſumptę, columnæ depictæ, vulgo Candelabra, ad conuentum Deiparæ de Bethlem in ciuitate ſaceris baiulantur: referetur cauſa huius feſtiuitatis.*

7 *Die prima Iannarij dona apud Romanos Imperatori mittebantur, & ſtrenæ dabantur*

8 *Mos oblationis cereorum & ductilis columnarũ auratarum in prædicta ciuitate ſingularis & admirabilis: & in qualibet regione inuęnitur diuerſus mos: & parentum mores in filios transfunduntur.*

9 *Elemoſina non eſt triſtitia, & ex neceſitate eroganda, & quid dicendũ in ſuperfluuis naturæ & ſtatus num. 10.*

11 *Sodalis Confraternitatis licitè ab ea poteſt reſilire.*

12 *Votum ingrediendi Religionem, non obligat ad perſeuerantiam.*

13 *Milites voluntarios, non neceſſarios Chriſtus Dominus ſibi aſſumit.*

14 *Clericus in minoribus, liberè poteſt habitum deſerere.*

15 *Referetur ſententia in hac hypotheſi obtenta.*

16 *Vouens conſtituitur debitor Deo.*

17 *Votum aliud eſt perſonale, mixtum aliud, & reale & communitatis aliud, votum reale, et communitatis habens tractum ſucceſſiuum, obligat hęredes, ſucceſſores tam in bonis quam officio num. 18.*

CAPVT QVINTVM.

1 PASSA fuit Patria mea nobiliſſima ac vndique pręclariſſima Saceris anno 1680. Epidemiæ flagellum, cuius læthale vulnus obliuioni ad ſcriptum propter temporis lapſum, tanquam rerum voracis prout dicit Franc. Marta de Prato obſeruat. cap. 49. num. 4. in memoriam non reuoco, ne in-

2 cicatricem refricetur, † præcipue quia mala præſentia ex peſtifera lue anni 1652. contracta præteritorum tollunt memoriam, vt dicebat

cebat Filon. lib. 1. de vita Moiſis
refert Marques de Gubernat. Chri-
ſtian. lib. 1. cap. 15. §. 2. quæ die. 4.
Maii exordium duxit, in qua etiã
verſor anno 1662. dum hęc cala-
mo mitto, ſitque mihi cum Ænea
Æneid. 5. verſic. 49. conſonum cla-
mitare.

Iamque dies, ni fallor, adeſt, quem ſemper acerbum,
Semper honoratum, sic Dij voluiſtis, habebo.

Et decima Auguſti finis appo-
ſitus, vtinam eius veſtigiis, ſaxit
3 Deus, ✝ quæ adhuc obiiciuntur
oculis, ſicque manet dilapſæ fæli-
citatis memoria, quo nullus gra-
uior cruciatus, minima eſt infęli-
citas, quæ in ſe ipſa conſcribitur,
maxima quæ fortunatioris olim
ſtatus conſcia veſtigia ſuæ infeli-
citatis edocet Altamiran. l. 3. cod.
de filiis official. qui in bello mo-
riunt. cap. 15. n. 19.

Flagellum hoc [illegible] antetur
4 diuinum ✝ prout in [illegible] a di-
ſertatione deguſ [illegible]
docent Andrea [illegible]
cod. ſi quis imp [illegible]
Laurent. Matheu [illegible] Va-
lent. tom. 2. cap. 8. §. 10. e[illegible] nu. 130.
ad illius molliendum percuſſum
diuinæ medellæ implorarunt au-
xilium Turritani ciues, in quo à
5 recto ſcopo non aberrarunt; vbi
enim morbus à ſuperiori cauſa pro
uenire præſumitur ſecurius phar-
macum ab ipſo numine eſt exi-
gendum; quam veritatem nouerat
ethnicus Hypocrates in lib. præ-
ſagior. text. 4. dum hæc verba fe-
cit, *ſi quid eſt in morbis diuinum, oportet huius quoque addicere prouidentiam*, referunt Matheu. loc. cit. nu.
135. Marques de Gubernatore lib.
1. cap. 24. pręcipuè mediante voto,
Iob. 22. *rogabis eum et exaudiet te, et vota tua reddes*, hoc altamente re-
poſito Opifices Deo ſe obſtrinxerũt
in Vigilia Deiparæ Aſſumptæ ca-
6 dentibus annis ſeptem ✝ cereos, ſat
ponderis & valoris, ſub totidem
candelabris intextos, ad conuentũ
Deiparæ de Bethlem ducere, offer-
re, ac donare; votum hoc tempo-
rum intercapedine, non ſolum in
oblatione cereorũ robur obtinuit,
ſed candelabra ipſa in quibus ve-
hebantur, nuuc in columnas aura-
tas diuerſis coloribus veſtitas, au-
reiſque vexillis coronatas transfu-
ſa apparent magnitudinis quator
cubitorum, quarum oblatio & du-
ctio, ad quam ſexdecim homines
propter grauitatem ponderis deſi-
derantur, cum ſolemni pompa,
faſtu, & populari applauſu colitur,
prout Calendæ Ianuari apud Ro-
manos antiquitus celebrabantur,
quæ dies Auſpicalis dicta fuit, in
7 qua vota communia fiebant, ✝ &
ſtrenę, ſeu munera Imperatori mit
tebantur ſub magna pompa & fe-
ſtiuo apparatu prout referunt Sy-
manch. lib. 10. epiſt. 28. Hiſtor. 8
Marcell. Donat. ad Sueton. in Ti-
ber. cap. 34. Bullenger. lib. 2. de Im-
peratorib. Roman. cap. 27. Martin
del Rio diſquiſit. magicar. 2. par.
quęſt. 4. ſec. 5. Vuolfgang. lib. 10.
com. Reipub. Rom. cap. 9. audi
Corrip. African. lib. 4. de laudibus
Iuſtin. num. 2. referentem ductio-
nem votorum, & ſtrenarum, quę

F 2 ferè

33 *Delicta si non puniuntur, praebetur ansa ad delinquendum, recensetur necessitas sontes puniendi 35. & pœna in delictis non tam ad vindictam, quam ad exemplum deseruit 36. 37.*

34 *Praecepta legum aliquando transgrediuntur ob frequentiam delictorum.*

38 *Deplorat auctor frequentiam delictorum Regni Sardiniæ.*

39 *Recensetur exitus cauiæ.*

40 *Corpus delicti si reperiatur in vno loco non sufficit, vt communitates vel pastores teneantur ad emendationem damni, requiritur probatio inibi patratum fuisse, & ratio huius conclusionis adsignatur num. 44.*

41 *Specialitas duplex non potest concurrere ad productionem actus.*

42 *Malitijs hominum obuiandum est non indulgendum; & vijs omnibus insudandum, vt opera non mandentur 44.*

CAPVT QVARTVM.

ADEST Regia sanctio in cap. 1. tit. 21. Regiar. pragmaticar. damnũ in Regiis itineribus à communitatibus, & extra pratum in confinibus cubiliũ pastorum ab istis reficiendum esse
1 disponens, quæ lex satis dura obgicitur, ab erransque à recto rationis perpendiculo constituitur *anima quæ peccauit ipsa morietur*, decantauit diuinum verbum Ezechiel. 18. 20. & Apostolus ad galatas. 6. 5. *vnusquisque onus suum portabit*, quipp- norma diuinæ, & humanæ drouidentiæ postulat, vt pænæ delicti authores suos debeant sequi
2 non ab illis egredi, † & ad alios protrahi. l. Sãcimus cod. de pænis Valencuel. cons. 91. nu. 38. Giurb. cons. 36. num. 36. Farinc. quæst. 24. num. 2. & 3. Amaia. obseruat. lib. 2. cap. 6. à num. 50. Peres de Lara in compend. vitę homin. cap: 1. num. 20. Thom. Sanch. in pręcept. decalog. lib. 2. cap. 27. num. 14. hinc Ouid. lib. 1. tristium eleg. 2.

Fingite me dignum tali nece, non ego solus
Hic vehor, immeritos cur mea pæna trahit.

Quod dogma in præcepto diuino præscribi, & in naturali stabiliri doctorũ placita diffusis in locis,
3 † quæ sigillatim exhibere non solum sat laboris, sed nausæ esset, demonstrãt, prout est videre penes Flamin. Chartar. in tract. de exeq. sentent. capt. bannit. in præfat. n. 7. Surd. decis. 340. Amaia. in codic. tit. 31. l. 23. lib. 10. num. 27. Escobar. de purit. sanguin. cum in fin. q. 4. §. 4. de pęn. defunct. ab sent. num. 62. Cabrer. de metu. lib. 2. cap. 2. nu. 10. pęna enim esse non debet vbi nulla culpa pręcessit Cęsar. Afflict. Controu. 45. n. 8.

Et licet inter patrem, & filium vincula gordialibus, ac indisolubi-
4 libus, nexibus † per intexta appareant, de quorum effectibus, & põdere ad longum verba faciunt Seneca. in Consolot. ad Albin. Laurent. Matheu. de Regim. Regni Valent. tom. 1. cap. 4. §. 6. nu. 45. attamen

tamen filius nõ portabit iniquita-
tem patris, nec ✝ eius pęnas luet;
5 dictũ eſt Deutheron. 24. 16. *non oc-
cidẽtur patres pro filijs, nec filij pro pa-
tribus, ſed vnuſquiſq; in peccato ſuo mo-
rietur*; ordo diuinę, & humanę pro-
uidentiæ poſtulat; vt quilibet pro
delicto reus pęnæ efficiatur, iſtam
quæ ſequi ſuos patratòres, itaut filij
pro facinoribus paternis ſuplicio
non afficiantur, Couar. var. lib. 2.
cap. 8. num. 1. Ciganſ. de Crimin.
Leſæ Maieſtat. lib. 3. tit. de pænis
quas filij incurrunt. qu. 1. num. 1.
Salas de legib. diſpot. 5. Oliyues &
Reges vico ambo conciues mei
ſaſlarenſes ad præfectam regiam
pragmaticam vbi inglosa olyues
per Regẽtem ✝ Vico laudatur. Eſ-
6 cobar. loc. cit. num. 133. Ottero de
Iur. paſcend. cap. 14. nu. 3. Cicer. in
Epiſtol, ad Brutum acerbum eſſe
decantauit parentum ſcelera filio-
rũ pęnis puniri. Orat. lib. 3. ode. 6.
& dixit Caliſtratus. in l. Crim. 16.
ff. de pęnis, neminem ſucceſſorem
conſtitui alieni delicti, quod ex-
ſtinguitur delinquentis morte, l. 1.
D. de priuat. delic. l. defuncto. 6. de
publich. Iudic. vbi omnia Crimi-
na morte extinqui, & pęnas corpo-
rales & pecuniarias ceſſare, in hæ-
redes, quæ non transfundi, habe-
7 tur ſunt textus in l. 51. pæna 20. ff.
de pænis, l. Conſtitutinibus 33. D.
de obligat. & actionib. l. ſicut. 38.
l. pupillum, 111. D. de regul. iur.
Cum ſimilibus, exornãt hanc cer-
tam regulam, Farinac. q. 10. n. 36.
Peregrin. de Iure Fiſci, lib. 4. tit. 5.
Gail lib. 1. de pace public. cap. 10.
Criuel. deciſ. 6. Schifordegher. li. 2.
ad. Anton. Fabr. tract. 10. & lib. 2.
tract. 1. q. 9. & 10. niſi lis conteſta-
ta cum defruto fuerit; qua hypo-
theſi pro pæna pecuniaria contra
8 hæredes ✝ agi poſſet, l. vnic. cod. ex
delict. defunct. l. ex iudiciorum, 20.
D. de accuſat. l. ſciendum, 57. de
obligat. & actionib. Auendar. reſp.
3. num. 1. Guazin. ad deffenſ. reor.
tit. 2. deffenſ. 23. nu. 2. cum Caball.
Valencuel. Suarez. gomes. Farinac.
& alijs Amaia. in codic. tit. de Iu-
re Fiſci, l. eorum. 10. nu. 10.

Nemo igitur propter delictum
alterius puniendus venit, alias ſon-
tium ſcelera oneroſa in sõtibus fie-
rent, & inſons, non præuia culpa
plecteretur, quod fateri, aut amplé-
9 xari ✝ eſſet ſumma iniquitas cum
Franch. Rouit. & alijs, Franc. Ma-
ria de practic. obſeru. cap. 79. n. 11.
& reſponſ. Crimin. 14. nu. 19. hinc
dictum fuit apud. Cornel. Tacit. 13
Amali fol. mihi 322. *paucorum cul-
pa ipſis Exitioſa debet eſſe, nihil vni-
uerſorum iuri derogandum*. Cenſal.
Rot. gen. voto. 17. n. 42.
10 Paſtores & communitates per
viam *de encarrega* in hoc regno ex
duplici patria lege, nempe chartæ
localis, & Regiæ pracmaticæ ad
refectionem damnorum ex deli-
cto pululantium ob noxi iacent, ſi
illa intra eius conſinia ſuo caſu pa-
trentur, quod etiam ampliatur ad
immiſſionem ignis factam ante
11 diem ✝ ſeptimum Menſis Septẽ-
bris, pro qua pęna quindecim li-
brarum per conſultores baronales
imponi ſolet pro maquicia, licet
nulla pæna hac in hypotheſi infli-
cta appareat in præfaſtis ſanctio-

12 nibus de consuetudine tamẽ† quidecim librarũ multa persoluitur,& est ratio quia quando aliquid lex prohibet fieri,& vltra non progreditur ad pœnæ certæ inflictionem tunc si contrafactum fuerit, delinquentes pæna extraordinaria afficiendi veniunt Barbos. in l. nemo 3. cod. de sacrosanct. Eccles. licet Tertulian. lib. 1. contra Marcion. cap. 26. dixerit, *tacite permissum videri, quod sine vltione prohibetur*; quod in sanctionibus pœnalibus Claudicat. & cum hæc pœna, sit pecuniaria & lex non exprimat cui applicanda sit, Fisco applicari debet
13 Olea de Cession. Iur. titul. 2. quæst. 4. num. 31. & dummodo pœna Fisco explicatur semper Iuditium criminale iudicatur Farinac. cons. 83. nu. 39. lib. 2. Cancer. p. 3. var. cap. 17. ex. num. 4. 56. Sarauia. in tract. de iurisdict. ad iunct. cap. 18. num. 26. Barbos. in prax. exigend. pencion. quæst. 6. ex nu. 41. Chartar. decis. 130. ex num. 18. Marin. quotidian. resol. cap. 183. ex. n. 4. Nouar. de grauamen. Vassalor. to. 2. grauam. 30. Grauet. de homicid. p. 8. num. 67.

Dura sanè videtur lex patria pastores & communitates insontes ad refectionem damnorum oprimens præcipuè contra communitates, quæ solum habent cor-
14 pus repræsentatum† in quo culpa non cadit Franc. Maria de prato discept. 2. num. 44. tom. 1. quam duritiem fassus apparet Dominus Regens vico in allato loco cum Farinac. Osacc. & Franch. quibus addo Otter. de Iur. pascendi cap. 14 num. 3. Amai. in codic. lib. 10. tit. 3. lib. 23. num. 27. illa tamen non
15 obstãte tamquam valida amplexanda venit, probat. pluribus rationibus glosator, quas hic calamo haud mitto, ne videar eius laboribus gloriari, quod absit, poteram tamen gloriabundus illis sufultus constitui, nam doctrina eius magno in pondere apud me habetur, & nunc apud omnes, licet dum
16 vitali† aura flueretur author iste, opera eius parui appensa extitere, illo cineribus tradito, sub non parua æstimatione coluntur; illustriũ nomen post cinera illustrius decantatur teste Senec. lib. 7. de benefic. cap. 8. *rationem reddit, viuos*
17 *interdum fortuna sæpè inuidia fatigat, vbi omnia naturæ cessit demptis obtrectratoribus, ipsa seruitus magis, magisque extollit*, hinc propertius.

Omnia post obitum fingit maiora vetustas.
Maius ab exequis nomen in ora venit.

In hoc meo muneri in cũbo; ma-
18 gistratuum enim† memoria veneranda est, & ab iniuria læthea vindicanda Marques de gubernat. Christian. lib. 1. cap. 15. Altamir. ad l. 3. cap. 17. num. 8. cod. de filiis official. qui in bell. moriunt.

Nec Regnicola lex pro bono publi-
19 co sancita pro lege haberetur, & vt talis condita esset, quod non est credendum, nisi, æquæ esset, & sanctibilis Solorzano de Iur. indiar. to. 2. lib. 3. cap. 10m. n. 82. fragos. de Regim. Reipublic. part. 1. li. 1. disp. 2. §. 4. n. 160. & 161.

Nec

Nec obicis apparet ratio in capite queſtionis affixa, neminem pro delicto alterius puniendum eſſe,
20 nec filium pro patre; quia in pænis ſpiritualibus regula illa abſolutè procedit, in temporalibus aliquando claudicat. videmus plurimos pęnas luiſſe alieni delicti, vt populus Dauidicus propter Regis peccatum 2. Reg. 24. reffertur in cap. Eccleſia 1. quæſ. 4. ob Pharaonis peccatum primogeniti Ægiptiorum captiui, & carcerati percuſſi euerunt exod. 12. nu. 21. ob peccatum yorām non ſolum eius filij, ſed & vxores, & populus puniti
21 extitere paralip. 2. cap. 21. 14. & 17 alia exempla delineant. Valent. 2. p. diſp. q. 17. punit. 1. Martin: Beccan tract. 2. cap. 8. q. 3. Eſcobar. de punit. ſanguin. q. 4. §. 4. n. 133.

Hęc quæ norma reficiēdi dāna extra ciuitates paſſa antiquis tēporibus apparet actu exercita, teſtis
22 eſt Ariſtotil. lib. de mirabilib. vbi in via herculea, quæ ducit ad Hiſpaniam eam legem fuiſſe adhibitā vt ſi viator qualiſcunq; eſſet aliquid damni pateretur, ad incolarū damnū pertineret refert: defendūt has leges patrias circa reſectionem damnorum contra Paſtores, & villas interpoſitas eſſe æquas, ob temperandas quæ Eſcob. Ottero loc. cit. addo hodiern. vbi graciam, & alii ad Surd. deciſ. 340. Laurent. Vrſell. concluſ. legal. tom. 2. concl. 108. verbo animalia nu. 57. Olca. de ceſſ. iur. tit. 5. quæſt. 6. num. 29.

Aduerte quod communitates, & Paſtores tunc ad refectionē damni
23 obnoxii conſtituuntur, † quādo in termino per regiam pragmaticā præfixo malefactorem in fortias curiæ non deduaerunt qui terminus poterit per Iudicem prorrogari quando illi videbitur, prout cōtingit in termino ſubaſtationis; qui etiam valet prorogari, & teſtāte Eſcobar. de ractiot. cap. 16. n. 15. vſque ad annum, quidquid dicat Mangil. de ſubaſtat. quæſt. 11. n. 1. quæ prorogatio tam longi temporis per me neutiquam amplectaretur, bene terminum legalem prolongarem vſque ad menſem, prout ſic in facto contingenti obſeruaui & obtinui; igitur ſi communitates delinquētem in carce-
24 rem adducant, periculo omni vocant & à refectione damni liberātur, prout Olyues loc. ſupra citato docet. nemp. in cāp. 33. addo Farin. quæſt. 24. num. 211. hodiern. ad Surd. deciſ. 340. num. 2. Coſta. de remed. ſubſidiar. remed. 51. num. 4 & in caſu quo vniuerſitas teneatur & obſtringatur ad emendationem
25 damni, tunc debet damnum, quoque paſſus concurrere pro ſua rata cum aliis de vniuerſitate, & debet participare tamquam vnus de populo Magen. deciſ. Florent. 24. nu. 13. cum Afflict. hodiern. loc. cit. n. 5. Cancer. var. p. 2. cap. 6. num. 167. tit. de ſolut.

Cardo diſertationis huius ſtabiliebatur in eo vtrum encarregæ in cauſatæ per D. Auguſtinum Satta opidi de tempio ſubitanea ſaxit Deus, nō improuiſa morte defunctum poſtea, tamquam adminiſtratorem econtratæ de gallura cōtra Vaſſallos opidi de calangianos

nos, nempè quia intra confinia præfacti opidi quam plurima corpora maleficiorum scilicet cadauerum hominum equorum, & aliorum animalium inuenta essent legitimè accusatæ extiterint, quo circa hi vasalli tenerentur ad emendationem damnorum, & solutionem maquiciarum, & multarum per viam *de Encarega* inflictarum in regia præmatica, dubium versatur vtrum sat sit reperiri corpus delicti facti permanẽtis, vel desideretur probatio, quod in tali loco sit patratum delictum, ad hoc vt intret hæc pœna, & persequutio illius.

Et quod sat sit inuenisse corpus delicti intra cõfinia opidi ad hoc vt sub intret emẽdatio dãni; puta,
26 inuenire hominem mortuum, equm, vel aliud animal, probatur nam huius delicti probatio tantummodo præsumptionibus nititur, nullam exactionem probationem requirit, prout vt in terminis docent Gratian. cap. 33. num. 55. & 56. Laurent. Vrsell. concl. 108. n. 55 præsumitur per vicinos hæc delicta patrari, tenentur hi ratione huius præsumptionis, ad emendationem damnorum; & quod delictũ in Iure quando ignoratur eius author, præsumatur commissum à vicinioribus loci commissi delicti, est text. in l. Dominus horreorum
27 D. locat. quem ad † hunc effectũ expendit. Menoch. de arbitr. casu, 222. & de presumpt. lib. 1. quæst. 89 num. 8. & lib. 5. præsumpt. 31. nu. 18. Farinac. de indic. & tortur. qu. 52. num. 127. vbi quoties damni, & furti patratores ignorantur, illa à vicinis fuisse commissa præsumptio vrget. Domin. Regens Vico tit. 21. cap. 6. nu. 2. præcipuè quan-
28 do vicinus † est peruersæ opinionis Ottero de Iure pascendi cap. 14 num. 2. quod procedit in ordine ad pastores qui vt plurimum malæ indolis & ad delicta perpensi sunt prout in deduxi ad longum in alia Controuersia.

Prouenit hinc quod ratione bonæ vicinitatis res plus valeat, & in maiori æstimatione habeatur,
29 Gail. practic. † obseruat. lib. 2. obseruat. 69. num. 20. Carol. Marant. respons. 35. nu. 5. tom. 5. quia Iuxta Demosthenes sententiam, *nihil molestius esse potest quam vicinus malus*; rationem reddit Ehucidides, *ex vicinis*, aiens, *malum vel bonum proficiscitur*, qua propter Plinius admonebat emptores prædiorum, primum vicinos bonos habere quærere, audi illum lib. 18. 5. cap.
30 *agrum paraturos ante omnia intueri opportere aquarum vim & vicinum*; & Themistocles apud Plutarchũ in apogthegmat, refert, quod obstringebatur prędiũ vendens proclamare bonum habere vicinum, quia Iuxta paladium lib. 1. cap. 6 tria mala equè nocent, sterilitas, morbus, & vicinus; respicit hinc quod Caius lib. 10. ad edict. prouinciale in l. quod sæpè 35 §. fin. ff. de contrahend. empt. dixit, ibi, *si quis in vendendo prædio confinem celauerit, quem emptor si audisset, empturus non esset teneri venditorem dicimus*; quia vt ibi dicit Glos. & docent, Ottero loc. cit. & Carol. Marant.

rant. minus æſtimationis res lucratur ex malo vicino, cui in du-
31 bijs attribuitur† patratio damni, & eſt maximum damnum habere malum vicinum Thoro. voto.7 num.41. Virgil. à Fabre loquitur eglog.1.

Nec mala vicini pecoris contagia lædent.

Et alibi

Mantua ve miſera nimium vicina Cremonæ.

Mart.lib.8. epigram.55.

Iugera perdiderat miſera vicina Cremona.

Quæ præſumptio in cauſa conſtituitur vt vicinus Iuxta has leges obſtringatur ad emendationem damni, non ſolum vt delicta coer-
32 ceantur, † & in tuto ſit hominum comertium, ſed quia præſumitur damna, & delicta à vicinioribus patrari ſic Carrer. in prax.crimin. in 2. tract. de indit. §. 13. num.5. Matheus de Afflict. in Conſtit.Siciliæ incipit quæſtionibus colu-min. vltim. prout damnum præſumitur factum ab animalibus vicinis.Merend. conſ.13.num.7.p.1. Nouar.cum alijs de grauamin.16. Vaſſallor.grauam.44. num.4. to.1 facit illud Heſiod.

Nec bos intereret, vicinus si improbus absit.

Vrget pro hac concluſione amplexanda, quia ſi ad inflictionem multæ & emendationem damni à viatoribus paſſi, non eſſet ſat cor-
33 pus delicti in territorio inueniri, puta cadauer hominis, vel bouis occiſi, ſed inibi hominem occiſum fuiſſe probatio deſideraretur, vtiq; quam plurima delicta impunita, & miſerorũ damna haud refecta remanerent, cum qui peccat. odit. lucẽ, & delicta in nemore, & rure patrata dicãtur, & ſint difficilis probationis, præcipuè in hoc Regno propter latitudinem loci, & viduitatem gentium, maxime in encontrata gallaræ de geminis de qua queſtio verſatur, vbi propter extenſionem, loci, & peruerſam vndequaque gentis indolem abſque loro, quotidie horrenda facinora patrantur, teſtes ſunt huius veritatis, & præterita, & præſens tempus anni 1662. in quo verſamur, & in quo partialitates de Richo, & del Sardo magna hominũ caterua reciproce ſuſultæ & aſſociatę Æſtuãt vindictis homicidiis & odiis graſſantur, abſurditas hinc eueniret, præberetur anſa ad maiora facinora patranda, vt dicebat Senec.in med. periclitaret quæ innocẽtium ſalus iuxta ſtratulis ſententiam, ibi, *ignoſcendo nocentibus innocentium ſalutem cuſtodiri non poſſe.* Paul.Rub. pract. cap.18.nu.561 præſcriptæ regulæ Iuris qua prop-
34 ter aliquando † transgrediuntur vt delictis hominum obuietur, & res publica in tuto conſtituatur Fragos. de Regim.Reipublic. to.1. part.1.lib.1 diſp.1.num.45.Nicol. Vernul.inſtit.polit.lib.2. cap.8.tit. 17. Laurent. Matheu. de Regim. Regni Valent. tom.2. cap.8. §.10. num. 167. & delictorum punitio
35 à Deo ſub tali ſat† tremendo præcepto præſcribitur, vt ex ipſis verbis diuinę paginę demonſtratur Reg. lib.3. 161. *quia deriliquiſti hominem*

minē dignū morte de manu tua, erit anima a pro anima illius; Horrescast
Christianus animus, & cōtrimiscat ad conspectū huius sententiæ,
quæ infallibilis tamquā procedēs
ex verbo Dei constituitur; quæ leges eo prętextu decernuntur vt earum metu humana coerceatur au-
36 dacia, † tutaque sit inter improbos
innocentia, & in ipsis improbis
formidato suplitio refrenetur nocendi facultas cap. factæ autem leges. 1. distinct. 4. Carol. Marant.
respons. 43. p. 4. num. 60. iste est
scopus punitionis; nemo prudens,
dixit Senec. lib. 1. de Clement. cap.
21. punit, quia peccatum est, sed
ne peccetur, ego disert. 18. num. 15
hinc dictnm fuit pęnam in deli-
37 ctis imponi † non tam ad vindictma, quam ad exemplum, vt nō
tam pęna quam medicina videatur Aul. Gelio. noctium acticar.
lib. 10. c. 8. Fragos. de Regim. Reipublic. tom. 1. disp. 11. part. 1. lib. 4.
num. 242. in fin. Laurent. Matheu.
de Regim Regni Valent. tom. 2.
cap. 8. §. 8. nu. 107. Nicol. Vernul.
instit. politicar. lib. 1. cap. 8. tit. 17.
Plato in gorgia. vbi dixit scopum,
& finem pænarum esse, vt reus puniatur, & cæteri de terreantur Tiraquell. in l. 9. Conubial. num. 224.
Anton. pichard. in rubric. instit. de
public. Iudic. ex num. 1. Amaia
lib. 2. obseruat. cap. 4. num. 1. & in
codic. tit. 10. de Iur. fisci l. eorum
10. num. 7. & 8. Solorzan. de parricid. lib. 1. cap. 1. & 2. Ioseph Facessa
de recta administrat. Iustit. tract. 3.
titul. de virtutib. princip. cap. 7. ex
num. 1.

Cunctata hæc ratio & magno
pondere sufulta vtiq; videtur amplexabilis ob frequentiam deli-
38 ctorum in hoc regno, † aprime
per me in dies exaratam sed lacrimis recensendam, pro qua recensenda cū Cyprian. de lapsis posset
dici, *Lacrimis magis quā verbis opus est ad exprimendum dolorem, & hanc calamitatem narrandam*; pudet dicere, quod sententia nycetas Choniates lib. 2. hystoriar. in vita Manuelis Comeni cōueniat huic nostro Regno; *omnes ad nocendum sunt procliuiores*, nihilque *tam sanctum est, quod calumnia tentaret non audeat*. reffert. Valencuel. cons. 110.
num. 3.

Pænam criminalem non deberi, nec damna refficiendi obliga-
39 tionem adesse † Regia Aula criminalis decidit; actuario carboni;
me fouēte partes Procuratoris opidi de calangianos.

Sententia hæc pro fundamento
vnico, sed singulari habuit doctri-
40 nā † Regentis Vico cap. 6. tit. 21.
nu. fin. vbi huius lapidis dubium
reuoluit, & concludit ad inflictionem harum pænarum, & emendationem damni per viam *de Encarrega*, non sat esse corpus delicti
inuenire, sed requiri probationem
inibi patratū fuisse: Admirabilis
satis doctrina per authorem autem
parum vestita; ratio quæ mihi obgicitur ad illam muniendam, videtur esse, quia ad inclusionem harum pęnarum, & ad obtinendam
emendationem damni præsumptionibus proceditur, quia vt vidisti pręsumit lex delictum à viciniori-

nioribus fuiffe patratum, quo circa fpecialitas concurrit in hac hypothefi ad inflictionem pęnæ vt folum hęc præfumptio fufficiat, modo ficfi perreperturam corporis delicti in aliquo territorio poffet contra viciniores procedi ad inflictionem pęnæ, & emendationem damni, prefumeretur inibi commiffum fuiffe ficque hæc effet alia fpecielitas, vnde concurrerent duæ fpecialitates, prima quod per pręfumptionem ad pænam procedatur, fecundo, † quod fit præfumptio delictū inibi tatratum fuiffe, vbi iacens corpus feu cadauer reperitur, at duæ fpecialitates nō poffunt coalefieri in eadem re, igitur, conclufio regię audientiæ tuta nititur anchora; & quod duę fpecialitates non poffint coniunctim concurrere, & earum fimultaneus concurfus non fit admifibilis, docent Melin, controu. forenf. tom. 1. cap. 78. num. 12. Mathias Berlinch. practic. cōcluf. 8. nū. 197 Arias de Mefa var. refolut. lib. 2. cap 27. fub nu. 37. Galeot. cap. 48. num. 4. tom. 1. contru. ego difert. 19. num. 69. Claperif. cauf. 5. q. 2 n 7. bene inde infertur argumentū quod nō fi fat reperire corpus delicti quin probetur inibi commiffum fuiffe ad hoc vt fub inter difpofitio lægis noftræ Sardoæ.

41

Coalefcit refolutio hæc cum rationibus fuperius perpenfis, nam, & prefumptionibus probatio huius delicti fulcitur, † & ad punitiōem delictorum proceditur, fed fimultaneus cōcurfus duplicis pręfumptionis duplicem fpecialitatē

42

producentis reffelitur; præcipuè mouet me pro hac opinione fectā da, quia his temporibus malignitas hominum fub incremento de pafcitur, quorum malitiis obuiandum eft non indulgendum l. in fundo 39. ff. de rei vindicat Ioan. de Amicis conf. 104. n. 9. Cabedo decif. 152. num. 1. & 2. p. 1. Gomef. in l. 46. Tauri. num. 8. verfic. Adde tamen, Rouit. pracmatic. 3. nom. 1. de monialib. Laurent. Vrfell. cōcl. 42. num. 7 42. quinimo viis omnibus, viribus, & poffe ftudendum vt hominum technæ, & malitiæ

43 porę non mandentur, † optatum quę pertingāt finem ex cap. Sedes Apoftolica 15. de refcript. cap 1. ff. nos igitur depoftul. prælat. Sanctarell. de heretic. tract. de Apoftafia cap. 6. dub. 1. num. 1. Lezana in fumm. qq. regular. p. 1. cap. 23. nu. 11. & 12. aliis laudatis Marant. refp. 57. tom. 3 nu. 7. hoc perpenfo ratio ex poftulat vt in hac præfenti hypothefi nulla pena fubfequatur, nec emendatio damni, licet corpus delicti reperiatur iacens in aliquo loco, nifi ibi pa-

44 tratum fuiffe probetur, † quia faccilè eft conductoribus Iurium baronalium malam confcientiā nutrientibus, vt plurimum contingit, ducere de loco ad locum corpus delicti ad hoc vt communitates, vel paftores viciniores obnoxij conftituantur ad refectionē horum damnorum, & iterū facilè eft ipfis paftoribus, vel communitatibus hęc tranfportatio prout perpendit Reges Vico loc. cit. ad hoc vt ipfi liberi cōftituantur, alii

vero oneretur, quibus malitiis obuiandum si sit, vt decet, pernecesse conclusio nostra firmanda, & regiæ Audientiæ decisio venit spectanda,

ARGVMENTVM.

Sodalis alicuius Confraternitatis Laicorum, vtrum per strepitum iudicii ad elemosinam inibi assuetam fieri elargiendam, plusari queat. Recensetur causa à qua exordium duxit festiuitas baiulandi depictas columnas, vulgo Candelabra, in vigilia Asumptionis ad Ecclesiam Deiparæ de Bethlem in Ciuitate Saceris.

SVMMARIVM

1 *Ciuitas Saceris anno 1580. & 1652 passa fuit pestis flagellum Diuinũ.*
2 *Mala presentia tollunt memoriam præteritorum.*
3 *Infęlicitas quæ in se conscribitur est minor, maior quæ post se relinquit vestigia.*
4 *Pestis dicitur flagellum Diuinum.*
5 *Morbus vbi a superiori causa prouenire pręsumitur, securius pharmacum ab ipso numine est exigendum*
6 *In vigilia Deiparæ Assumptę, columnæ depictæ, vulgo Candelabra, ad conuentum Deiparæ de Bethlem in ciuitate saceris baiulantur: referetur causa huius festiuitatis.*
7 *Die prima Iannarij dona apud Romanos Imperatori mittebantur, & strenæ dabantur*
8 *Mos oblationis cereorum & ductilis columnarũ auratarum in predicta ciuitate singularis & admirabilis, & in qualibet regione inuenitur diuersus mos; & parentum mores in filios transfunduntur.*
9 *Elemosina non est tristitia, & ex necesitate eroganda, & quid dicendũ in superfluuis natura & status num. 10.*
11 *Sodalis Confraternitatis licitè ab ea potest resilire.*
12 *Votum ingrediendi Religionem, non obligat ad perseuerantiam.*
13 *Milites voluntarios, non necessarios Christus Dominus sibi assumit.*
14 *Clericus in minoribus, liberè potest habitum deserere.*
15 *Referetur sententia in hac hypothesi obtenta.*
16 *Vouens constituitur debitor Deo.*
17 *Votum aliud est personale, mixtum aliud, & reale & communitatis aliud, votum reale, et communitatis habens tractum successiuum, obligat heredes, successores tam in bonis quam officio num. 18.*

CAPVT QVINTVM.

1 PASSA fuit Patria mea nobilissima ac vndique pręclarissima Saceris anno 1680. Epidemiæ flagellum, cuius læthale vulnus obliuioni ad scriptum propter temporis lapsum, tanquam rerum voracis prout dicit Franc. Marta de Prato obseruat. cap. 49. num. 4. in memoriam non reuoco, ne in cicatricem refricetur, † præcipue
2 quia mala præsentia ex pestifera lue anni 1652. contracta præteritorum tollunt memoriam, vt dicebat

cebat Filon. lib. 1. de vita Moiſis
refert Marques de Gubernat. Chri-
ſtian. lib. 1. cap. 15. ʃ. 2. quæ die. 4.
Maii exordium duxit, in qua etiã
verſor anno 1662. dum hęc cala-
mo mitto, ſitque mihi cum Ænea
Æneid. 5. verſic. 49. conſonum cla-
mitare.

Iamque dies, ni fallor, adeſt, quem
ſemper acerbum,
Semper honoratum, sic Dij volui-
ſtis, habebo.

Et decima Auguſti finis appo-
ſitus, vtinam eius veſtigiis, faxit
3 Deus, ✝ quæ adhuc obiiciuntur
oculis, ſicque manet dilapſæ fæli-
citatis memoria, quo nullus gra-
uior cruciatus, minima eſt inſęli-
citas, quæ in ſe ipſa conſcribitur,
maxima quæ fortunatioris olim
ſtatus conſcia veſtigia ſuæ infeli-
citatis edocet Altamiran. l. 3. cod.
de filiis official. qui in bello mo-
riunt. cap. 15. n. 19.

Flagellum hoc cum decantetur
4 diuinum ✝ prout in prima mea di-
ſertatione deguſtaui, & nouiſſimè
docent Andreas cenſal. ad l. vnic.
cod. ſi quis imperat. maledix. ʃ. 14.
Laurent. Matheu. de Regim. Va-
lent. tom. 2. cap. 8. ʃ. 10. ex nũ. 130.
ad illius molliendum percuſſum
diuinæ medellæ implorarunt au-
xilium Turritani ciues; in quo à
5 recto ſcopo non aberrarunt; vbi
ènim morbus à ſuperiori cauſa pro
uénire præſumitur ſecurius phar-
macum ab ipſo numine eſt exi-
gendum; quam veritatem nouerat
ethnicus Hypocrates in lib. præ-
ſagior. text. 4. dum hæc verba fe-
cit, *si quid èſt in morbis diuinum, op-*
portet huius quoque addicere prouiden-
tiam, referunt Matheu. loc. cit. nu.
135. Marques de Gubernatore lib.
1. cap. 24. precipuè mediante voto,
Iob. 22. *rogabis eum et exaudiet te, et*
vota tua reddes, hoc altamente re-
poſito Opifices Deo ſe obſtrinxerũt
in Vigilia Deiparæ Aſſumptæ ca-
6 dentibus annis ſeptem ✝ cereos, ſat
ponderis & valoris, ſub totidem
candelabris intextos, ad conuentũ
Deiparæ de Bethlem ducere, offer-
re, ac donare; votum hoc tempo-
rum intercapedine, non ſolum in
oblatione cereorũ robur obtinuit,
ſed candelabra ipſa in quibus ve-
hebantur, nuuc in columnas aura-
tas diuerſis coloribus veſtitas, au-
reiſque vexillis coronatas transfu-
ſa apparent magnitudinis quator
cubitorum, quarum oblatio & du-
ctio, ad quam ſexdecim homines
propter grauitatem ponderis deſi-
derantur, cum ſolemni pompa
faſtu, & populari applauſu colitur,
prout Calendæ Ianuari apud Ro-
manos antiquitus celebrabantur,
quæ dies Auſpicalis dicta fuit, in
7 qua vota communia fiebant, ✝ &
ſtrenę, ſeu munera Imperatori mit
tebantur ſub magna pompa & fe-
ſtiuo apparatu prout referunt Sy-
manch. lib. 10. epiſt. 28. Hiſtor.
Marcell. Donat. ad Suetoni. in Ti-
ber. cap. 34. Bullenger. lib. 2. de Im-
peratorib. Roman. cap. 27. Martin
del Rio diſquiſit. magicar. 2. par.
queſt. 4. ſec. 5. Vuolfgang. lib. 10.
com. Reipub. Rom. cap. 9. audi
Corrip. African. lib. 4. de laudibus
Iuſtin. num. 2. referentem ductio-
nem votorum, & ſtrenarum, quę

ferè voto baiulationis columnarũ auratarum adſimilatur.

Dona calendarum quorum eſt ea cura parabant
Officia & turmis implent fœlicibus aulam
Conuectant rutilum ſportis capacibus aurum
Adcumulant, onerantque locos quibus altior ipſa,
Sella triumphalis forma ſtatione locata
Iam fuerat, non dum claro tunc conſule plena
Hinc vetus argentum, formas ſpecieſque nouatum
In varias preſſum titulis ſculptũque figuris
Excelſis portant humeris.

Ex optatione ominis amici ſolebant inſuper lætis præcationibus fauſta ſibi inuicem ominari illa prima die, quia initijs rerum omnium in eſſe omnia credebant, author eſt Plin. lib. 28. cap. 2. alijs ritibus & ſolemnitatibus dies hic colebatur, pro quibus conſulendus eſt Amaya in l. prima cod. de auro coronario li. 10. in vigilia Aſſumptæ in hac vrbe coronatæ columnæ, vulgo cadelabra, cum cereis ſeptem, comitante magna caterua,
8 & feſtiuo murmure †: pro adimplimento voti baiulantur ad prædictam eccleſiam, qui mos in toto Regno ſingularis reputatur, & admiratur vt talis, nec mirum cum apud diuerſas regiones diuerſus mos verſatur Carol. Marant. Reſponſ. 43. par. 4. num. 1. Ouidio 1. de Arte Amandi.

Pectoribus mores tot ſunt quot in orbe figuræ,
Qui ſapit inumeris moribus aptus erit.

Mos hic memoriæ Chartoſilatio repoſitus à parẽtibus noſtris ſub hac ſolemnitate, & feſtu votum adimplendi arreptus, in nos vſque ad hodiernam diem transfuſus apparet, à nobis, in filios, & poſteros, abſque deuotionis diſpendio, temporis curſu progredietur: regulare quippe eſt parentum mores in filios transfundi, Macrob. lib. 5. Saturnal. cap. 11. Aul. gell. li. 11. noct. acticar. cap. 1. Cabrer. de metu lib. 2. cap. 48. num. 4. Paul. Rubeus practicar. reſolut. cap. 75. num. 187. Ouid. 4. Metamor.

Et patrum in natos abeunt cum ſemine mores.

Artifices in diuerſas confraternitate remanent diſperſi, quorum oneri voti adimplementum & ſolemnitatis præſcribitur pro quacertam elemoſinam adſolent contribuere iuxta portionem per potiorem partem eorumdem ſignatam: quo in facto ſuppoſito dubitatum fuit in Regia Gubernatione anno 1662. vtrum Petrus Mariotu olitor, qui hanc elemoſinam ſoluere recuſabat, poſſet per ſtrepitũ Iudicii ad illam perſoluendam cogi.

Et quod iudicialiter nequeat pulſari ad hanc elemoſinam elargiendam ſuadetur primo, quia hæc non eſt neceſſitate aut triſtitia
9 facienda †: eſt Carol. Marant. reſponſ. 3. num. 30. tom. 5. dicente Apoſtolo 2. ad Chorint. 9. 3. *pro vt diſti-*

destinauit in corde suo non ex, tristitia aut necessitate dabit, quia hilarem datorem diligit Deus; cui arrident aliquorum doctorum placita, non cadere ælemosinam sub præcepto de superfluis naturæ & status, nisi
10 necessitas pauperis extrema sit docentium, nempè Sanch. cum aliis in opuscul. tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 5 num. 34. Diana moral. 1. p. tract. 2. resol. 28. non enim tenetur homo magis subuenire proximo quam sibi ipsi; sibi vero non obstringitur procurare nisi ad vitam necessaria, sique nec alter plus illi erogare; sed si quis non iacet in extrema necessitate, habet ad vitam necessaria: ergo nullus tenetur elargiri elemosinam, nisi ei qui est in extrema necessitate, quæ obligatio si procederet iuxta opinionem cõtrariam, quam sequitur idem met Diana sibi ipsi contrarius tom. 5. tract. de elemosina 8. resol. 14. non ex vi Iustitiæ, sed ex legibus misericordiæ dimanaret vt ipsemet Diana resolut. 27. fatetur, quæ hic non adaptatur, cum hæc festiuitas solum tangat cultum diuinum absque dispendio vel vtilitate alterius.

Secundo sodalis in matricula confraternitatis descriptus, licet vo-
11 uerit illius ✝ ingressum potest licitè ab ea recedere Lesius de Iust. & Iure lib. 2. cap. 4. dub. 6. num. 6. vbi tenet sodalem exeuntem à cõgregatione, vel confraternitate liberari ab illius obligatione, ad instar profitentis ingredi in aliquam religionem vel fieri religiosum, quia nihilominus voto satisfit per ingressum & postea potest ab ea recedere: aliud est promittere perseuerantiam in religionem aliud promittere ingredi in illam; quo ingressu promisso mediante voto, hoc adimpletur per simplicem ingressum, posteaque licita est pœnitentia & egressus. Couarr. in cap.
12 quamuis ✝ de pact. in 6. par. 1. §. 3. in fine Nauar. in sum. in 2. præcep. num. 42. & 49. in fine ex Diuo Th. 2. 2 quæst. 189. artic. 4. vbi vouentem ingredi in religionem non teneri ad perseuerantiam docet Sanch. lib. 4. oper. moral. cap. 16. num. 83. & 84. Azor instit. moral. lib. 11. 6. 22. quæst. 6. Gratian. decis. 42. ex num. 18. Trullench. lib. 2 cap. 2. dub. 20. num. 3. tom. 1. sicuti votum redeundi ad certam religionem à qua quis egressus fuit, non obligat nisi acceptetur per superiorem legitimum habentem potestatem ad illud Tondut post tract. de pensionib. decis. 13. n. 7.

Ratio horum est, quia Christus Dominus voluntarium sibi mili-
13 tem legit non sicuti ✝ seruum voluntarium sibi Diabolus auctionatur verba sunt Diui Abrosii in cap. non est 10. 15. quæst. 1. Paul. Rubeus pract. de testamen. cap. 5. num. 35. quam veritatem vt edoceret, idem met dominus stans in templo clamabat, Ioan. 7. 37. *Si quis sitit veniat ad me, et bibat*; in quibus verbis amoris pocula instillãtibus volontarios, ex aqua vitæ ad bibẽdũ alliciebat, nemini intulit vim, & dictum fuit Esther. 18. *vinum quoque vt magnificentia Regia dignũ erat abundans, et præcipuum ponebatur,*

tur, nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum, voluntariè, exclamabat Regius vates, Psalmo 138. *sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine quoniam bonum est.*

Quapropter Marcellus Papa in cap. illud autem 10. in fine 20.q.1 Clericum in minoribus ascitum militiæ cælesti, liberè ad sęculum posse redire decreuit: rationem af-
14 fert his verbis, ✝ *quia satis inutile est, vt coacta seruitia Domino præstentur*, docent Riciull. de iure person. lib.7. cap.12. num.15. Carol. Marant. resp.50. num.7. tom.5. Rocco responf.67. num.3. tom.1. Censal. Rotæ gen. voto. 9. numer. 29. pari passu in opifice adscripto regulæ confraternitatis ab illa posse recedere, vel eleemosinam tanquā non ex vi necessitatis prouenientem, haud obnoxium per strepitū iudicii iacere illam persoluere, est dicendum.

His non obstantibus sententia lata in Regia Gubernatione, rellatore Doctor Don Esteuane Aleman, assesore in criminalibus interim obtinente, viro omni literatura prædito, morumque probita-
15 te imbuto, condemnatus extitit Petrus Mariotu ad præstationem ratæ elemosinę, illum tangentis, iuxta taxationem per confraternitatem Olitorum dispunctam, cuius partes tanquam patronus fouebam, actuario Sebastiano Pinna.

Fundamentum vnicum istius resolutionis, siue obseruationis Gubernationis nititur, in huius festiuitatis celebratione, in sui nascenti Exodio voluntaria, semel vero iā promissa, & producta in vim voti, in necessariam transfusa; libera fuit voluntas, tam ante susceptionem officii, ingressum confraternitatis, & voti prolationem Deo non se obstringere ad huius festiuitatis celebrationem, & contributionem elemosinæ, nec per vim ad hæc suscipienda cogi poterant, iuxta superius allata in prima sententia, quibus in præsenti non repugnamus; sed semel Deo obstricti, mediante promissione, nefas
16 constituitur, ✝ resilire vel ab obligatione discedere, debitores remāsere ergà Deum voti & promissionis virtute ex S.Thoma 22. qu.88. art.1. cap. qui bona agunt. 4. 17. q.1 Marant. resp. 50. num. 14. tom.5. Thom. del Bene de immunit. Ecclesiar. tom.2. cap.15. dub.7. sect.2. fol.250. nu.21.

Voti vinculum causa efficiens, & formalis constituitur ad productionem effectus obligationis, cui subiugati iacent artifices per incorporationem in confraternitatē, huic operi pio, & festiuitati præscriptā; vinculum hoc in causa est,
17 vt elemosina quę antea volūtaria erat eroganda, nunc per strepitū iudicii sit exigenda, pro quo intelligendo, suppono iuxta Canonistas, & Theologos, votum esse in multiplici differentia: aliud personale, reale, aliud vero mixtum, & communitatis dicitur personale, morte personæ extinguitur; reale vero, & vniuersitatis, ad hæredes ac successores transit, & in ipsa vniuersitate radicatur, quod vnquam posse mutari dicitur ex

textu

textu in l. proponebatur ff. de Iudic. Arias de Mera var. reſol. lib. 2 cap. 33. n. fin Franc. Mar. de prato obſeruat. practic. cap. 8. n. 27. Hanc diſtinctionem docent Sayrus in Claui Regia lib. 6. cap. 2. Leſius de iuſt. & iur lib. 2. cap. 4. dub. 6. Villa lob. 2. part. trac. 34. differ. 3. trullench. cap. 6. 2. cap 4. dub. 6. Comitol in reſponſ. moral. lib. 2. q. 11. fol. 339. Azor. tom. 1. lib. 11. cap. 14. cum Sanch. & aliis Morot. reſponſ. 34. nu. 5. & 6. itaque ſucceſſores tenentur ad voti adimpletionem, quando habet tractum ſucceſſiuũ, & res promiſſa eſt realis ac vniuerſitatis, vt explicant præfact. Doctores plenè Marin. his nõ laudatis quotidian. reſol. tom. 1. cap. 165. n. 3.

Feſtiuitas offerendi ſeptem cereos mediante ſolemnitate relata tractum ſucceſſiuum, cum fuerit promiſſe in perpetuum, inducit, realem actum tangit, hinc obligatio, hinc coactio, vel per cenſuras Eccleſiaſticas, vel implorato officio iudicis adhibenda Morot. loc. cit. n. 15. vbi in n. 12. docet aliis laudatis votum communitatis tũc obligare ſucceſſores, quando confirmatum eſt ab Epiſcopo vt hic de Iure Ciuili eſt textus in l. 2. verſic. & ſi fortè ff. de policitatione, qui gladium ad radicem appoſuit, audi verba iuris conſulti. *ſi quis decimam vouit, & aduch voto non impleto deceſſerit, hæres ipſius, hæreditario nomine; decimæ obſtrictus eſt, voti enim obligationem ad hæredem transſire conſtat*. En arripis obligationem voti perpetuari in ſucceſſores, etiam de iure ciuili, qui ſi contrauenerint, & pænæ cõtrauenientium rei efficiuntur. Sanfelic deciſ. 215. n. 7. & ſeq. & cogendi ſunt, iudice pro tribunali ſedente, vel ad implementum momentaneum, vel ſucceſſiuũ iuxta qualitatem & naturam promiſſionis. Petrus Mariotus ſententiæ acquieuit, perſoluit elemoſinam in ſui commodum & exonerationẽ, & ad exemplum aliorum inſeruiat. Cuilibet licitum erat à confraternitate diſcedere, ſed non renuere contributionem elemoſinæ, cum hæc perſoluatur ratione officii, cui annexum hoc onus iacet, ratione voti communitatis artificium, nec quærere de hoc debet, nam qui ſuſcipit aliquem ſtatum, onera illi alligata ſubire debet, & videtur ipſemet ſe ad ſcribẽdo ſtatui, oneribus in illo imbibitis ſe adſcripſiſſe Trullench. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 1. nu. 6. fol. 440.

Sententia hæc gubernatiõis per Petrum Mariotum pænitentia ductum de acquieſcẽtia illius rurſus in dubium fuit appellata & ab Excellentiſſimo Domino pro Rege Principe Ludouiſio An. 1663. extit confirmata, vnde maiori auctoritate munitur præfacta ſententia tanquam à Principe approbata Graſſet. nouiſſimè de homicid. proditor p. 9. nu. 73.

AR-

ARGVMENTVM.

Vtrum recalcitrari possit Aduersus Calcolum intra priuatos parietes absque Iudicii strepitu dispunctũ, à partibus subscriptum, & iudicaliter recognitum, aduersus illud, vel nouas parcellas affigendo, vel de erore increpando, vel illi non acquiescẽdo, interimque vtrum debeat eius exequutio suspendi, & quid requiratur ad Constitutionem diuersitatis negotiationum, ad hoc non possit cõpensatio inter vnam, & aliam militare reuisio calculi nõ potest obtinere nisi restitutis scripturis in actu solidationis traditis.

SVMMARIVM.

1 *Maturo Concilio progrediendum est in rebus, ac negotijs pracipuè magni põderis quod comprobatur diuersis auctoritatibus.*

2 *In rebus arduis Concilia fortia laudanda, salutaria retinenda.*

3 *Antequã quis rationẽ reddat villicationis suę debet timere adinstar villici à Christo Domino interrogati.*

4 *Timor præsepe frugem allicere solet.*

5 *Computa priuatim dispuncta executioni mandandà sunt, quia habent vires priuatiChyrographi 6. virtute recognitionis transfusę in publicũ Instrumentum nu.* 13 14. 15.

7 *Chyrographum recognitum à parte habet vim publici instrumenti, eius vero recognitio non retro trahitur in praiudicium aliorum ad tempus cõfecti chyrographi n, 8. si habet solemnitates l. scripturas cod. qui petior. in pign. habeant non indiget retrotatione, sed antellationem obtinet, die confectionis* 10. *nisi debitor sibi reseruasset dominum rei venditę, quo casuo nibus esset præferendus.*

9 *Recognitio census non praiudicat creditoribus facta per debitorem.*

11 *Creditores chirographarij, Opifices, legatarij etiam speciei, hereditate existente non soluendo in eodem loco graduãtur, nisi vnus ex eis priùs ad fauorem sententiam reportauerit, quo casu omnibus esset præfertendus num.* 12.

13 *Sententia non tribuit titulum nisi sit mandata executioni, pracipuè in corporalibus.*

16 *Confessio iudicialis omninò est exequenda, et dicitur Regina in sphera probationum.*

17 *A solidatione calculi priuati tenetur appellari, alias executio venit decernenda nu.* 20. 50.

18 *Appellari potest in grauamine tributorum post duos menses.*

19 *Quando grauamen est successiuum, veluti in damnatione ad triremes, carceres perpetuos, et ad mortem licita est appellatio post decem dies.*

21 *Calcula priuatim dispũcta, à partibus subscripta, recognita in iudicio non possunt executioni mitti nisi accedat sententia Iudicis approbans & confirmans. Et sententia hęc nõ potest proferri nisi præuiè assignato partibus termino ad dicẽdum cõtra calculum nu.* 22. 24.

23 *Causæ magnatum euocantur ad regiam Audientiã, et refertur decessio regę Audientiæ super hoc habita.*

25 *Vltima miseria dant animum ad liberè loquendum.*

26 *Ho-*

26 *Honor calam. non vt triumpha militaris ex alienis ſpolijs componitur.*

27 *Reuidenter ſententia Præfecti Prætoris, & calculum prætextu erroris* 28. *ſi hic in iure, vel in mathematico numerc ſtabiliatur* 29. *Quod procedit in errore modico nu.* 30. *vel etiam ſi ſententia, & tranſatio ſubſequutæ ſint num.* 31. *& quo modo hoc intelligitur n.* 32.

33 *Error calculi ſpecificè debet deduci.* Impugnatur doctrina Fräciſci Mariæ *de prato contrarium ſectantis.*

34 D.D. *in hac Aetate plus habent ſciētiæ quam conſientiæ.*

35 *Reuiſio calculi non poteſt obtineri niſi reſtitutis ſcripturis in actu ſolidationis traditis.*

36 *Curator debet reddere rationem per librum adminiſtrationis, nec creditur ſi iuramento firmauerit illum perdidiſſe. Affertur deciſio Regiæ Audientiæ ſuper hoc dubio habita.*

37 *Aequitatis definitio offertur.* Iudicibus *comendatur n.* 38. *eſt à ſuperioribus amplexanda n.* 39.

40 *Reuiſio non intelligitur interdicta, prohibita appellatione.*

41 *Legem quærere vbi inſuflat ratio naturalis, eſt imbecillitas intellectus, eſt in dubijs ad illam, vel ad simil iam eſt recurrendum* 42.

43 *Reuiſionem computorum* Iudex *ex officio poteſt decernere etiam parte non inſtante, & vulnerat diem exequutiuam* 44. *præcipuè ſi adſit clauſula ſalua meliori reuiſione num.* 47.

45 *Tractu temporis leges mutantur, & in primo actu non acquieſcunt.*

46 *Laudis eſt tëtare res magnas felicem exitum ſortiri, ſorti adſcribitur.*

48 *Compenſatio non datur inter diuerſas adminiſtrationes, quando fallat, hac doctrina, præcipue ſi in eamdē perſonam recaderent diuerſa* Iura ex *diuerſis titulis coaleſacta* 49. 50. 51. 52. 53.

CAPVT SEXTVM.

1 Riuſquam incipies cōſulto; *vbi conſulueris maturo facto opus eſt*, dixit Saluſtius in Chathelim: nihil enim teſte Liuio lib. 31. magni diſcriminis Conciliis tam inimicum, quam celeritas, quàpropter exclamat Senec. 4. de vir. prudentis proprium eſſe examinare Concilia, & non citò fallaci credulitate ad falſa proabi. Idem habetur apud Ariſt. lib. 6. Ethic. cap. 7. proſiqua adamuſim diſciplina in peragendis maturādi Concilium, quæ inter mundi procellas, hominumque fallentia comercia ſat vtilitatis extorquent cunctādum venit in negotiis magni ponderis, nec concilium præceps nauſeam alliceat, & vt plurimum inexorabile vulnus; *Canis dum feſtinat cęcos parit Catulos*, prouerbium canit: pede tentim non alipedi paſſu, vt fuit ſymbolum Aurelii Comodi Imperatoris teſte Nycolao Vernul. politic. inſtit. lib. 1. tit. 17. cap. 9. progredi opportet, nam matura coaleſcunt dempta nimia celeritate, vel tarditate Vincent. Turret. in ſuis paralel. diſtinc. 7. nu. 25. poteſt non ſemel quis labi, ſed hic ſcopulus beneficio ambigui-

biguitatis declinatur, in quem impingeret quis si certum iudicium proferret. Concilium ex ipsismet temporibus capi opportet, quæ in dies mutari videmus, hocque prudentia duce, quæ si adsit nullum numen abest. Iuuen. Satir. 10. super rebus arduis itaque tardo passu est deliberandum Philosoph. Comin. lib. 8. non præcipitanter, sed maturè progrediendum, docent Nicol. Vernul. loc. citat. Turret. n. 26. Valencuel. conc. 162. num. 57. tom. 2. Andreas Censal nouissimè ad l. vnic. cod. si quis imperat. maledi. §. 15. nu. 4.

Salubris hæc disciplina maturū
2 amplexandi Concilium in rebus arduis, in quibus Consilia fortia laudanda salutaria retinenda. Cornel. Tacit. lib. 4. Histor. Martin. de Villar. pro defens. Regn. Aragon. fol. 174. num. 25. §. 4. haud amplexa fuit per Don Iosephum Nauarro in redditione rationis administrationis status de Oliua: intrà ambitum vnius noctis compucta priuatim fuere confecta, dispuncta, & ab illo subscripta, sed celeritatis huius criminis, si mihi fassit dicere, pęnas soluit, vtique si sibi tardius consularet, in hęc scopula non incideret, nam teste Ouid. *habent parua commoda magna moræ*; obstringebatur in rationibus reddendis villicationis suæ præuè illas animo resoluere, perpendere, ac
3 timere adinstar Villici illius, qui à Domino audiuit, *quid audio de te redde rationem villicationis tuæ*, at ille, *quid faciam, respondit*, perterritus rationis reddēdæ ancipiti Iudicio. Vt docet Carol. Marant. tom. 5. respons. 51. n. 37. frugē alliceret timor iste, Concilium pareret ad maturius procedendum vt dicebat Cornel. Tacit. & Scot. lib. 2. ibi: *sępè*
4 *ex aliqua re oritur metus, & ex metu Concilium manat*. Hinc vulgo dicitur: *rem ex re nasci*. Clientulus noster hęc haud perpendens computa subscripsit, debitoremque decē millium ducatorum se constituit ad calcem illorum quibus recognitis in Iudicio exequutionem pars aduersa procuratoris status de Oliua sequēti die intendit, ac repetiit.

Et quod computa hæc priuatim dispuncta, subscripta, & recogni-
5 ta à partibus exequutioni mandāda essent. Videtur Iuri Consonum iuxtà originalem doctrinam Bartol. in l. instar. num. 16. cod. de Iur. fisc. lib. 10. vbi docet, priuatas rationes subscriptas, & recognitas à partibus exequutioni esse mandandas doctrinam hāc sectati fuere Parlador. rer. quotidian. lib. 2. cap. fin. 1. part. §. 6. num. 1. Escob. de ratio. cap. 31. tom. 1. ex num. 1. Probatur hæc conclusio ex test. in l. si cui libertas 50. in fin. de condit. & demonstr. vbi calculator arbiter dicitur, & sententiam ferre in expungendis rationibus adhibitus. Idem probatur ex text. in l. si Pater 47. §. Sistcho. 2. de fidei com. libert. quæ iura robur sententiæ calculo tribuunt: calculatio inde tanquam sententia exequenda venit probat Amaia l. 2. n. 30. cod. de Iur. fisci.

6 Ratio huius conclusionis ea nititur Anchora, quia priuata calcula subscripta à partibus vim, & robur

bur inſtrumenti priuatiũ ſortitur. Auiles in cap. 301. gloſ. *faga pagar* Bouadill. in politic. lib. 5. cap 4. n. 48. priuata verò ſcriptura ſubſcripta, & recognita exequutionem meretur tanquam ſi eſſet inſtrumentum publicum quarentigium l. Scripturas cod. qui potior. in pig. habeant auth. ſi contra cod. de non numerat. pecun. Rebuf. cum Bart. Bald. & aliis tract. de chyrograp. recognit. in præfat. n. 25. 27. & 43. vbi ſchedulam à parte reco-
7 gnitam tali imbui probatione quę Iudicem ad exequutionem decernendam contra recognoſcentem tanquam cõtra cõfeſſum inducat, probat. Exornant hanc reſolutionem Pallador. rer. quotidianar. lib. 2. cap. fin. 1. part. ʃ. 5. n. 1. Mareſcot. var. lib. 1. cap. 79. Velaſc. conc. 164. & 107. à nu. 6. Magon. deciſ. 15. n. 30. Pereir. de empt. & vendit. cap. 6. n. 16. Larrea cum infinitis deciſ. 49. ex n. 1 Genua de ſcrip. priuat. lib. 1. q. 4. proemial. num. 36. lib. 3. quæſt. 1. n. 31. 59. & 61. Vela. diſert. 21. tom. 1. ex n 27. Acoſt. de priuileg. creditor. reg. 3. ampliat. 6. num. 26.

Huius recognitionis nullatenus fit retroctractio ad tempus confe-
8 cti chyrographi ✝ in præiudiciũ aliorũm creditorum, qui medio tempore debitum cum hypotheca in bonis debitoris obtinuerunt, ſolum ex die recognitionis prælatio attribuitur Fachin. lib. 3. conſil. 31. nu. 5. Genua deſcript. priuat. lib. 1. quæſt. 4. & lib. 2. quæſt. 1 ex n. 3 Morla in empor. iuriſ. de fid. inſtrum. quæſt. 5. nu. 11. Vela diſert. 21. nu. 22. Parexa de Inſtrum. edit. tit. 1 reſolut. 3. ʃ. 5. num. 77. Salgad. in laberint. credit. p. 2. cap. 21. nu. 27. Noguerol. cũ Tuſco, & aliis allegat. 36. & 37. vbi hanc recognitionem præiudicium non inferre prioribus creditoribus defendit, adinſtar recognitionis cõſenſus an-
9 tiqui, ✝ per quã quis de nouo recognoſcit illum, quæ aliis creditoribus nullatenus obeſt Purpurat. conſ. 402. nu. 7. & conſ. 579. num. 4. Valencuel. conſ. 178. n. fin. hæcque recognitio, & retrohactio non deſideratur quando chyrographum vallãtum reperitur tribus teſtibus, & aliis ſolemnitatibus requiſitis in l. ſcrip. 8. cod. qui potior. in pign. quo caſu ex die confecti chirographi antellatio arridet Salgad. cum
10 aliis ✝ n. 29. Gaito de credit. cap. 2. tit. 8. nu. 30. 43. Acoſta de priuileg. creditor. reg. 3. amp. 6. num. 1. & 2. Maqued. in l. priuilegia de priuileg. credit. ſed ſi in ſcriptura priuata vẽditor ſibi reſeruaſſet dominiũ rei venditæ eſſet potior omnibus, licet tribus teſtibus non eſſet munita Carol. Anton. mocia dec. 12.
11 Quibus ſolemnitatibus ✝ ſi vacẽt chyrographariæ obligationes, tunc inter ſe nullam prælationem ſortiuntur, ſed indiſtinctè nulla habita antellationis temporis conſideratione locantur in eadem cera, in eodem loco graduantur & in concurſu prorata admittuntur l. qnod autem ʃ. idemque verſic. eleganter ff. de donationibus inter l. ſi hominem ʃ. fin. ff. depoſit. Criuell. deciſ. Dolan. 27. Rouit. deciſ. 45. nu. 11. Franceſco Roco tom. 2.

resp. tit. de decot. mercat. num. 43 quod procedit etiam respectu depositariorũ inter quos nulla prioritas temporis arridet. dict. l. si hominem §. quoties ff. deposit. Gait. de credit. in appendic. 4. part. ex n. 124. cum Pichard. Amat. Rodric. & Castill. Salgad. in laberint. p. 2. cap. 4. num. 155. procedit etiam inter legatarios, qui si hæreditas non est soluenda pro rata admittuntur l. quærebatur, vbi DD. ff. ad leg. falcid. Escob. de ratio. cap. 10. num. 3. Acost. de priuil. credit. in præfat. ad regul. 5. num. 3. vbi cũ Gomes, & Sanch. consil. moral. lib. 4. cap. 2. dub. 11. num. 8. ampliat. etiam ad legatarios speciei, quibus nullam antellationem tribuit, sed hæreditate non soluendo existẽte, cum legatariis quantitatis pro rata omnes admittit. Pari passu omnes opifices, & famuli qui in domo Domini tempore obitus inseruiũt æqualiter in cõcursu admittuntur Mathias Berlich practic. conclus. tom. 1. conclus. 64. ex n. 75.

Reuoco in memoriam admira-
12 bilem limitationem † præfactorũ, quod licet nulla prioritas inter creditoris personales chyrographarios, depositarios, & alios in suis spheris non arrideat, prefertur tamen ex illis quis prius sententiam reportauerit, ac exequutionem petierit, quæ licet in actu non existat obtenta, facta condemnatione statim quantitas in sentẽtia comprehensa oculo intellectus à corpore totius hæreditatis intelligitur separata l. penult. de milit. testam. sicq; in re tanquam iam sibi addicta, & consignata virtute sententiæ, qui illam prius obtinuerit antellationem lucrabitur cum Gaito Rodrig. & aliis, Acosta de priuileg. creditor. in præfat. ad regul. 4. nũ. 27. quam limitationem pro admirabili reputa, quippè ex sentẽ-
13 tia non solet ius radicatum sed ad rem obtineri, hinc sententia tantũ præbet titulum quando mandata est exequutioni, & non alias l. 3. in fin. de public. in rem action. Gusman. de euict. quæst. 15. num. 51. quod procedit præcipuè in corporalibus l. 1. cod. de exeq. rei iudic. Garzia de nobilit. glos. 8. §. 1. n. 3.

Priuatum itaquè calculum subscriptum, & recognitum à parte
14 vires priuatæ scripturæ obtinens in formã instrumẽti publici propter recognitionẽ leuatum, & transfusum exequutionem meretur, vt & ipsummet instrumentum publicum, quę ratio sat efficax luctatur ad illam impartiendam pro quo confert ipsãmet confessio partis reliquatę, quæ subscribens cõpucta iam solidata videtur se confiteri partitæ reliquatæ & dispunctæ debitorẽ, ratiocinatur sic Valensuel. conc. 112. num. 2. Vela disert. 21. nu. 26. docentes, recognitionem habere vim confessionis, quæ confessio extraiudicialis in cõputis imbiaita virtute recognitionis in iudicialem transformata, vt publicum instrumentum exequutionem post se exposcit, hæcq;
15 per Iudicem venit decernenda. Probat optimè Amaia in cod. tit. de Iur. fisc. l. 2. num. 31. vbi calculationem virtute recognitionis, & con-

& confessionis partis reliquatę habere vim instrumenti quarentigii, & paratam, excequtionem habere probat. Gutier. l. 1. p. 1. q. 37. n. 2. cũ confessio iuditialis pro publico instrumento habeatur & reputetur ex l. 1. de cõfes. & ex duen. Pallador, Gregorio Lopes, & aliis
16 probat Rodrig. de exeq. 1. cap. art. 2. nu. 21. vbi sub nu. 23. rectè concludit, confessionem iudicialẽ omnino esse exequẽdam ex l. 1. §. pro inde ff. ad l. acquil. Larrea decis. 49. num. 6. Vela disert. 23. num. 4. Merlin. cap. 10. num. 8. in fin. præfertur instrumentis & quibuscunque depositionibus, vti Regina in probationum sphera primum locum obtinens cõfessio proprii oris. est text. in l. cum te cod. de transact. docent Valençuel. cons. 171. nu. 97. & seq. Rouit. cons. 11. nu. 5. Franc. Maria de prato disept. forens. tom. 1. cap. 22. num. 21. Paul. Rub. pract. resolut. cap. 22. num. 9. constituens rem manifestam & notoriam. Censal. Rotæ gen. voto 18. num. 4. nil inde mirum, si priuatæ rationes subscriptæ, & recognitæ exequendæ fiat, nõ viribus publici instrumẽti potiuntur, immo fortioribus respectu confessionis imbibitę in illis, quæ vt vidisti fortior est publico instrumento, sicque exequtioni demandi oportet publicum calculum, his solemnitatibus Vallatum Bouadill. in politic. lib. 5. cap. 8. n. 84.

Exequutio calculi effugi. non posse videbatur nam si Don Iosephus Nauarro grauatũ se sentiret ex solidatione & confectione illius
17 obstringebatur in actu recognitionis grauamen exprimere ab coque appellare, adinstar grauati in repartitione tributorum per equatores, *repartidores de pechos ò buenos hombres* celebrata in qua si quis
18 grauatum se autumnat, † prouocare debet intra duos menses à die notitiæ ex singulari priuilegio huic hypothesi elargito l. 1. de vacat. numer. vbi glos. Garzia de nobilit. glos. 5. à num. 11. Salga. cum aliis de Regia protect. p. 2. cap. 13. num. 26. cuius termini prorogatio ad appellandum prouenit ex grauamine successiuo, quod secum inuoluit collectarũ impositio, quod viribus scatet, & quis etiam post decem dies beneficio appellationis valeat muniri. Schader. de feud. p. 10. sect. 4. num. 43. Lancellot. de attent. cap. 12. limit. 50. num. 131. Farin. in fragment. crim. 1. p. ver-
19 bo † appellatio nu. 236. vbi tenet, posse appellari post decem dies ex grauamine successiuo veluti condẽnationis ad triremes vel carceres perpetuos Giurb. obseru. 114. num. 22. quę resolutio meo videri æquiori pondere procedit respectu damnationis ad mortem, quæ inexorabile, & successiuum vulnus inducit, & cunctationẽ magnam causę expostulat, de qua teste Chasoneo in chathalago gloriæ mundi 4. p. 6. consideratione versic. 4. nulla vnquam nimis longè cũctatio fuit.

Et quod pars, quæ se iudicat grauatam ex rationibus priuatim dispunctis obtringatur appellare ad effugiendam imminentem exequu-

30 quutionem est glosa admirabilis in auctentic.de Sanctiisi. Episcop. §. Econamus vbi praxim delineat appellandi à calculo priuato grauamen continente, quam longa manu sectatus extitit. Escob. de ratio. cap.31. à princip. & num.6. Guittier.practicar.qq.lib.1.cap.37 Salgal. de Reg. protect.p.2. cap.6. num.39.Portius decis.389.num.7. *ibi.cum à prædicta solidatione scilicet computorum non appellauerit à die noticię:* fuere ex hoc defectu in casu à Portio figurato mandata per Rotam computa exequutioni in præsentiarum appellatio nulla intercessit,frustraneus igitur videtur scopus ad elidendam exequutionem optatus.

Antequam pro tutamine Don Iosephi Nauarro exorata absque fruge in lucē ducam, quid ponderis habeo, supponere, quod ratio-
21 nes priuatim, ✝ & acer sitis Amicis intra priuatos parietes confectę absque iudiciali puluere, licet ex interuallo essent recognitę iudicialiter, attamen exequutioni mitti nequeunt, nisi accedat sententia, & placitum Iudicis illas approbās virtute cuius sententiæ exequutio decernenda venit, quæ locum obtinebit interposito decreto iudicis calculationem priuatam comprobante. Quam conclusionem probat text. in l Instar. 2.cod. de Iure fisci lib. 10. ibi *Instar rei Iudicatæ obtinere minimè poteſt computatio à tabullarijs facta, nisi sententia procuratoris fuerit comprobata* l.1. cod. de Apoch.public. eodem lib. *ibi vt descriptiones, si quę per singulos ordines cogentibus diuersis negocijs agitentur, non sumant ante principium, quam apud acta prouinciarum Rectoribus instimentur, & ex eorum fuerint recepta sententia.* Textus hi sanè comprobant hoc dicterium calculum priuatum recognitum à partibus exequutionem non mereri, nisi sententia Iudicis subsequatur illud approbans, confirmās, & comprobans in ventre seu calce illius virtute approbationis, vel separatim exequutionem decernens tenent Auil. in cap.30.glos. *faga pagar*, n. 3. titul.6. lib.3.nouæ recopilat.Gironđ.de gabell. 2. p.§. 1. num. 10. Amaia in l. Instar. 2. num.34.cod. de Iur. fisci lib.10. *vbi quando calculatores tanquam periti nominantur* (prout ad solet in Regno Sardoo) *tunc non tanquam Iudices, sed veluti testes adhibentur, & talis calculatio habet vim probationis, et ideo nisi Iudex confirmauerit exequutio non habet locum.* Verba sunt huius Authoris sequuntur Guiter. loc. citat. Escob. dict.ca p.31. num.8. & 9. Castill. in l.27. Taur. in tract. de Quentas lit.E.num.17.quæst.4.Manent.decis. Mantue 41.num.13.& 14. nouissime. Franc. Mar. de prato diserp.forens.tom.2.cap.49.num.42. Eamdem rationem adsignās.quia calculatoris officium ad rerum determinationem non spectat, adsistunt, tanquam periti non vt Iudices, sicque nisi sententia Iudicis subsequatur cōfirmans calculationem, exequutio non habebit locū, infertque ex hoc principio non deberi interesse etiam computo dispuncto tanquam ex re illiquida

da non sequuta sententia. Et & est text. pro conclusione prædicta, quam vsque adeo arripuerimus in l. sed & si 11. ff. si cum de hæreditate de Iure Iurand. sententia quæ calculum priuatum à probare de-
22 bet, non potest impartiri, † nisi adsignato per Iudicem termino competenti ad approbandum, vel infringendum præfatum calculũ huic Tholo appendebatur intẽtio clientuli nostri, illum pro clypeo sui tutaminis colebat; si hic terminus præfixus esset, vtique calculũ hoc pluribus exceptionibus affici, & vulnerari potuisset interim quæ exequutio esset retardãda, nec hic arreptus trames deuiat à semitis iuris; est doctrina expressa Gutier. practic. qq. lib. 1. q. 37. num. 3. ibi *quibus addendum est, quod quando calculatores sunt nominati à partibus, et faciunt calculationem, et computationem praxis procedendi eo casu hęc est vt Iudex statim cum sibi pręsentatur dicta calculatio à prædictis facta antequam eam approbet vel confirmat, recipit ab eis iuramentum super rectitudine atque fidelitate dictæ calculationis, postea præcipit copiam exhiberi eisdem partibus vt intra certum, breuem tamen terminum ab eodem adsignatum dicant aduersus eam si quid habent, quod si non dicatur approbatur à Iudice calculatio, & adsignat terminum ad soluendum reliquum*. Lapis huius praxis quem reprobauerunt factus est in caput Anguli, si hæc sectata esset, amaritudo exequutionis non esset degustata; per præfixionem termini ad dicẽdum contra calculum priuatum exequutiua via vulnerata iaceret, & poterat Don Iosephus Nauarro se munire exceptionibus pluribus, quæ adductæ fuere parte contradicente, & absque Iudicis præfixione termini, quo nullo impartito, affixio nouarum partitarum, error calculi, & aliæ exceptiones ad aliud Iudicium fuere reseruatæ, mandataq; extitit calculatio prædicta exequutioni mediante cautione per Regiam nostram Audientiam ad quam fuit euocata causa hæc prætextu quod agebatur de causa Magnatis, nempe Excellentissimi Marchionis delombay iuxta decissionem Don Geronimi Leon 168. n. 16. tom. 2. vbi Magnates, nempe Marchio-
23 nes in hoc Regno, † esse de iurisdictione Domini Regis, causasq; illorum tractandas esse in Regia Audientia fuit decisum, prout etiã in Senatu nostro decisum fuit; resolutio mihi satis perdura visa fuit, non solum illo tanquam patrono causam fauenti, sed nunc deposita affectionis veste, & maturiori Iudicio in meo litterarum Museo anno 1662. negotium trituranti iterum duritie imbibita apparet; votum ingenioli mei tanto patrio Senatui sub præcordiis meis magna in veneratione semper habito subiugans cum Fontanell. decis. 600. nu. 17. loquens dico illum motũ fuisse ex causis me latentibus, quæ si paterent herbam porrigerem, nollumq; subiicierem ad idem sectandum, interim fas sit proclamare cũ Valencuel. consi. 97. num. 169. *ingenuè fateor me non inue-*

inuenire quomodo hac sententia possit sanari.

Concordat cum Guitier. Aze-
24 bed. rellatus per eumdem, & concinit Salgad de Reg. protect. p. 2. cap. 6. num. 37. ibi, *in quo breuiter dicendum est, quod si priuatim, et per priuatos calculatores rationes dispungantur, et quantum sit reliquatum finale appareat, minimè exequutioni mandantur, nisi quando partes iam acquieuerint*, ly verbũ, *Acquieuerint* triturandum venit quod conuenit cum mente Gutier. & Aseclarum requirentium præfixionem præuiam termini ad approbandum, vel impugnandum priuatum calculum quod est idem quod docet Salgad. exequutionẽ non posse impartiri nisi partes acquiescant calculationi celebratæ; pars nobilis de Nauarro nullatenus acquisiuit, exceptionibus erroris, & nullitatis calculi, solutionis, & affixionis nouarum partitarum munitus recalcitrans, contra calculum dispũstum petiit, quæ cęlo aperto exequutionem illius percutiunt, & retardant, quod nemo sanus negauit vt loquitur Iurisconsultus in l. si ita quis stipulãti ff. de euict. succubui in facto non inde deficit Ius. l. duo sunt Titii ff. de testam. tutela.

25 Vltimæ miseriæ, † ac calamitates dicebat Titus Liuius lib. 97. decad. 3. animum dant ad liberè loquendum. Calamitas huius conflictus, acuit, & spiculauit labia ad laxiora verba facienda intra ambitum iuris, & honestatis, quod rationi consonum, honor calami, nõ vt triumphus militaris ex alienis spoliis coronatur propria gloria componitur sudore vultus constipatur Laur. Matheu. de regim. Regn. Valent. tom. 1 cap. 4. §. 3. n. 56. propter officii suscepti necessitatem subtrahere me nequiui cliẽtulo sarridentia supprimens teste enim Quintilian. lib. 4. inst. orat. cap. 2. quem refert nouissimè Cæsar de Afflict. controuers. 27. nu. 1.
26 superuacua tędio dicentur, † necessaria verò cum periculo subtrahuntur; clamabam ad reuisionem computorũ impetrandam nonne reuidentur sententiæ Iudicũ? reuidẽtur sẽtẽtiæ Pręfecti Pretoris Auth. quæ supplicatio cod. de pretib.
27 imperat. offerend. Principum placita si erroris labe affecta iacent re. uisionẽ patiũtur l. fin. l. præsumpt. l. si nõ cognitio cod. si const. ius, vel vtilit. public. cap. pręscript. 25. q. 2. c. 2. de pręscr. Valençuel. conf. 69. n. 90. li. 1. rationes ipsę nõ solũ priua-
28 tim, sed ex pręcepto Iudicis dispũctę si error cõtra illas angit, & obgetatur reuidẽdæ veniũt ex text. in l. 1 cod. error. calculi l. calculi 8. admin. rer. ad ciuit. docẽt Panciroł. conf. 173. nu. 11. Menoch. 22. cons. lib. 1. num. 10. Bouadill. in politic. lib. 5. cap. 4. num. 76. Tusch. pract. conclus. lit. E. conclus. 313. Escob. de ratiot. cap. 4. num. 8. Thor. in compen. decis. in suplem. verbo error calculi fol. 171. Ganauer. decis. 27. num. 4. quod procedit si error de iure procedat, vel in numero
29 mathematico Laurent. Vrsel. conclus. legal. verbo Adminastrator conclus. 56. nu. 204. & etiam prætextu modici erroris calculatio retra-

tractatur cum Valencuel. & aliis
Amaya ad l. 2. num 54. cod. de iur.
Fisci vbi respondet oppositum se-
ctantibus & rursus procedit hæc
30 reuisio licet post calculum tran-
sactio celebrata vel sententia se-
quta sit, quia nihilominus iterùm
reuidere debet Valencuel. ad l. 2
cod. de Iur. fisci num. 13. Castil. ad
l. 17. Taur. num. 17. Gutier. de iu-
ram. confirm. 1. p. cap. 40. num. 28.
Franc. Mar. de prato in respons. cri-
min. 19. num. 6. quæ retrohatio, ob
31 errorem non † habebit locum
quando calculatio facta à partibus
non solum continet computationẽ
sed etiam pactum, transactionem
generalem, vel specialem; nam
tunc firmitate calculatio Vallatur,
32 & erroris prætextu † non potest
pulsari ad nouã reuisionem Tren-
tacin. lib. 3. var. tit. de solut. resol.
7. n. 4. Amaia loc. citat. n. 50. nisi in
ventre transactionis error iaceret
expressus, quo casu retractatio ad-
mitteretur Amaia nu. 51. Gilchen.
in l. vnic. cod. de error. calcul. nu. fin.

Error tamen hic sigillatim spe-
cifice, & digito ostendi oportet, &
non sufficit illius † deductio in
33 genere quidquid minus dicat Pra-
to loc. cit. n. 12. in quo magnę litte-
raturæ vir & Neapolis decus se fe-
fellit; desideratur de iure obiectio
erroris specifica, & non sufficit in
genere prout docet Escob. de ratio.
cap. 41. num. 22. Gutier. de iuram.
confirm. 1. p. cap. 4. num. 15. Boua-
dill. loc. citat. num. 76. in fin. Tho-
ro. loc. cit. circa fin. & in compend.
p. 3. sec. 3. Verbo tutor qui semel
fol. 390. in medio quia alias in dies
fouea litibus veneretur vt ratioci-
34 tiocinatur † Amaia num. 45. præ-
cipuè in hac ætate, in qua teste
Schorbon lib. 7. politic. cap. 2. plus
scientiæ habent periti quam con-
scientiæ, inde ad conflatus litium
amputandos ad reuidenda iterum
computa iam dispuncta error in
specie debet deduci, qui si in ali-
qua parcella solum consistit, tunc
non tota ratio, sed solum de illa
reuisio est interponenda iuxta ad-
mirabilem limitationem Lauren.
Vrsel loc. citat. num. 203. vbi re-
fert Escob. nec hæc reuisio poterit
obtineri nisi restitutis scripturis
35 in actu solidationis traditis, taliter
vt locus non est præstationi iura-
menti scripturas, & parcellas in
computorũ dispunctione traditas
deperditas esse vtiq. eorũ restitutio
desideratur, ad hoc vt cõputorum
reuisionẽ desiderans, illã lucretur
Petrus tondut. q ciuil. 68. num. 29.
to. 1. quod etiã iuramentũ non con-
ceditur tutori circa productionem
libri administrationis quẽ produ-
cere debet ad rationẽ suæ villica-
tionis reddendę, nec valet dicere il-
lud perditũ fuisse, ptout hoc Anno
1662. decisum fuit per nostram
Regiam Audientiam Relatore
Doctore Don Gauino Liperi Pa-
liachio Viro non satis laudato sub
perpetua ad prototypum & patriæ
suæ Turritanę præcarissimum de-
cus memoria colendo, contra Ioan-
nem Sirchina Sassarensem, & ad
fauorem Illustris Capituli Turri-
tani ex singulari doctrina aliis
Auctoritatibus sufulta Andreoli
controuers. 35. num. 3. & quomodo

 absque

36 absque libro administrationis possit ratio reddi vide eumdem Andreol. controuer. 106. tom. 2. n. fin. Hyeronim. Palm. cons. 99. Gait. de credit. cap. 2. tit. 4. num. 885.

In præsenti hypothesi digito & specificè quã plurimi errores obiectati fuere plurimæ partitę prætermissę & alię indebitæ oneratę quibus nõ obstãtibus eo prętextu quod hæc omnia essẽt intricata, & altiorem requirerẽt indaginem, repulsã passus fuit cliẽtulus noster, & ad aliud Iudicium iura eius reseruata.

37 Quæ sententia animum haud peccatum, quinimo fluctuantem constituit, nam quando iura silerent, DD. haud clamitarent, legi expressę intentio reuisionem computorum obstans non inhæreret, æquitas ipsa, quæ iuxta Diuum Thomam 2. 2. quæst. 80. est iustitia dulcore misericordiæ temperata & iuxta Boetin. in topic. lect. 3. est quod naturalis ratio persuadet

38 sufficiens videbatur ad reuisionem hanc impartiendam, suspendendamque exequutiuam viam; cuius æquitatis inspectio, sub æquo libramine appendenda summopere iudicibus commendatur per Innocent. in cap. 1. de sentent. & re iudicat in 6. Marant. resp. 77. nu. 8. tom. 5. maximè in Concistorio Principis, in quo est, vtique amplexanda æquitas l. 1. §. si quis vltro ff. de quęstionib. Valencuel. cons. 75. num. 25. Fontanel. decis. 547. num. 19. quæ ius tribuit, quãdo ius deficit. l. in summa §. item Varius ff. de Aqua pluuial. arcend. Cęsar. de Afflic. Contro. 20. n. 1. in

39 qua capescẽda Senatores Amplissimi sẽper † studerũt iuxta illud Cic. 2. officior. *qui Rempublicã tuentur in primis operam dabunt, vt iuris, et iudiciorũ æquitate suũ quisq. teneat.*

40 Lege ergo apperta licet in hoc casu Vacaremus † ad reuisionem obtinendam, quæ in iure aliis in casibus tam priuilegiata apparet, vt non intelligatur inter dicta etiã prohibita appellatione Giurb. obseruat. 114. num. 28. ratione ęquitatis foret impartienda quæ in ratione naturali nititur, & hæc sufficiens ad decisionem causæ. Ganauer. decis. 5. nu. 51. Lelio Altograd. cons. 4. nu. 148. p. 2. hæc non scripta sed nata lex est, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, ausi-

41 mus ad quam non docti, sed facti non instituti, sed imbuti sumus clamante sententia Ciceroniana, hoc casu æquitas naturali dictamini inhærens fauebat, & fouebat conatum non inde lex querenda, cũ sit insuflante ratione naturali, legẽ quęrere infirmitas intellectus. Aristot. l. 8. physicor. c. 3 cap. consuetudo distinct. 1. Scaccia. de comert. & cambiis §. 7. glos. 2. nu. 35. Carol. Marant. tom. 4. respons. 24. nu. 19. cum Surdo & aliis Amat. var. resolut. cap. 10. nu. 100. Don Ioannes Maria de Aliuesi sassarensis controu. cap. 1. nu. 32. quinimmo quando de intellectu legis positiuę dubium voluitur tanquam ad sydus recurri oportet ad rationem naturalem sub cuius bilance ęquitas pendet, & hinc iustitia prouenit, idem Scaccia §. 1. q. 7. ampliat. 19. n. 15.

19. num. 15. confirm. 1. p. 2. vel etiam poteſt recurri ad caſus ſimiles,& ad ea quæ in paritate, vel ſimitudine caſuum lege latente ex-
42 tetit obſeruatum. Thomat. deciſ. 3. num. 16. Præſenti conflictu æquitas, ratio naturali, & ius appertè fouebant, clamitabant, & perſuadebant ad reuiſionem computorũ, illorumque retractationem obtinendam,compactorum tot erroribus, & ſub diminutis parcellis iacentiũ, quæ licet fuerint ſubſcripta, & recognita à parte, hæc illis non acquieuit legitimè clypeo tot exceptionum munitus recalcitrauit petiit, in ſudauit iudicialem diſpunctionem optans, ambiens, ſatagens, & hanc nouam reuiſionem requiſiuit,quam Iudices ampliſſimi denegare, mihi videtur, non potuiſſe,cum tota hæc machina niteretur in fundamento elidebili, nempè in computis priuatis quorum natura eſt vt non coaleſcant ex primo actu, ſed hic reite-
43 rabilis conſtituatur inſtante parte; quorſum plura? reuiſionem hanc licet partes nõ petiiſſent, Iudex ipſe ex officio poterat decernere. Thoro in ſupplement. Verbo error calculi circa finem cum Muſcatell.& Roland. à Valle conſ. 44. num. 49. lib. 1. morot. reſponſ. 58. num. 1. vbi ſubdit, reuiſionem hãc præcipuè eſſe impartiendã ſi calliditas interceſſerit in computorũ redditione, vel error apponatur, qui viam exequutiuam vulnerat. Eſcob. de ✝ ratioc. c. 38. in princip.
44 &n. 3. numnè queſo per confectionẽ primi actus ſecluſa ianua in æternũ ad vlteriorem progreſsũ remãſit? quid impingimus indiſcẽsũ aberni, quod abſit, in quo reuocare gradum hoc opus, hic labor eſt receptui cano, leges ipſę mortales ſunt, & iuxta qualitatem temporum, vel perſonarum mutantur,& in primo actu non ✝ acquieſcunt
45 Tit. Liui. lib. 34. Ramires enel Conſeiero de Principes fol. 1. lit. D. introduct. felix haud obtentus fuit exitus, ſed non hic Victoriæ gloria obliterata, aut diminuta, vt plenis bucis Aduocatus alterius partis clamitabat, quippè laudis eſt
46 tentare res magnas, fælicem, exitum ſortiri ſorti adſcribitur. Audiat quæſo Apuleiũ lib. 4. *Omnibus bonis in rebus conatus in laude effectus in caſu eſt*. Ramires loc. cit. lit. C. Fab. Turrettus in ſuis paralel. diſſert. 44. fol. 371. præcipuè in Iurgio litium, nam clamante Ouidio.

Habent etiam ſua ſydera lites cum Reg. de ponte Ceſar de Aſflict. controu. 50. nu. 8.

Et ſemper dictum fuit, originẽ, non euentum attendi. Viuian. Girochi diſert. 35. n. 9.

Addebatur quod in capite calculi ſalutaris clauſula, *ſalua meliori reuiſione*, extiterat affixa quæ potens eſt per ſe ipſam ad illam ob-
47 tinendam ✝ Franc. Mar. de prat. reſponſ. crim. 19. n. 33. & 34.

Pars altera procuratoris ſtatus de Oliua errorem calculi eſſe ambagibus inuolutum, non in partitis liquidis conſiſtentem, partitaſque de nouo affigendas concernere diuerſum arrendamentum, ſeu adminiſtrationẽ & conductionẽ, & ſic

& sic non posse admitti de vno reliquatu ad alium compensationẽ opponebat; quæ responsio satis lãguida tã altas radices in cordibus Iudicum eiecit, vt in posterum eas truncare, vel eiicere nullatenus locus arrisit. Claudicat obiectio hæc de qua aduersans Aduocatus magnum festum faciebat adducens pro se doctrinam Exscob. de ratioc. cap. 36. 3. docentis non dari
48 compensationẽ inter diuersas administrationem, nec reliquatum vnius, posse suspendi propter partitas alterius quam etiam sectantur Caualcan. de Auctor. nu. 220. Surd. decis. 117. nu. 8. vbi hodiern. Bouadill. in politic lib. 3. cap. 3. nu. 45. & 50. Felician. de Societ. cap. 30. num. 67. Seraphin. decis. 1214. Gracian. disp. 948. tom. 5. Salgad. in laberint. creditor. p. 1. cap. 9. nu. 64. nam hic non datur duplex Arrendamentum distinctum, seu conductio fructuum status de Oliua multiplex, constituens diuersas, & separatas administrationes: pro quo supponebatur in facto D. Iosephum Nauarro conduxisse omnia emolumenta status de Oliua primo pro triennio, postea pro alio, & tandẽ pro aliis tribus Annis: ad maiorem claritatẽ parcellæ fuere disiunctæ in diuersis libris locatæ pro tribus locationibus, & sigillatim dispunctæ, sed non hinc constituũt inter se diuersas administrationes, ad hoc vt doctrina superius allata subingredi posset. Arrendamentum secundum nouam naturam separatam à primo
49 non assumpsit secunda, † & posterior locatio reconductio dicitur, & est prorogatio primitiuæ conductionis eumdem contractum, & administrationem inter se formantes, re, & verbis, licet diffusæ per diuersa tẽpora per triplex successiuum arrendamentum extensæ, quam conclusionem probat mihi Magon. decis. lucens. 1. n. 26. & 27. *ibi nos autem versamus extra, hanc difficultatem, quoniam hæ societates non habebant eadem nomina nec*
50 *comprehendebant † easdem personas, & propterea censentur diuersæ*: Requirit Magon ad diuersitatẽ contractuum, & administrationum constituendam diuersitatem nominum, & personarum quem sequitur? Noguerol allegat. 11. ex n. 148. non datur in recunductione, fructuum status de oliua, diuersitas per hos doctores desiderata ad constitutionem diuersitatis societatum, & negotiationum, nempè nominum vel personarum, inde euincitur neque dari diuersitatem contractuum.

Distinctio negociationis ex diuersitate nominum coalescit, quæ
51 defficit si adsit † vnitas in his rebus. Salgad. in laberint. Creditor. p. 1. cap. 9. num. 59. in tribus locationibus successiuè recõductis eædem personæ fuere suppositæ, sub eodem conductionis nomine contractus extitit celebratus, vnde ergo hanc distinctionem aeream negotiationum Procurator alterius partis valuit haurire, auspicare, vel fingere?

52 Perpendebam rursus compensationem repulsam sub prætextu

diuersitatis negociationum ex l. final. de compensationib. indebitè passam fuisse, nam ad illam refricandam, & repellendam desideratur omnimodè diuersitas personarum, & contractuum, quo casu diceretur optari compensatio ex credito alieno ad debitum propriũ vt voluere Bardello cons. 166. n. 2. volum. 2. Turrett. cons. 10. nu. 15. & 16. lib. 2. Ponte cons. 7. nu. 29. & 30. lib. 1. Amat. var. resol. cap. 17. à princip. & num. 4. etenim vt compensatio habeat locum requiritur quod sit inter easdem personas nõ diuersas l. si constat cod. de compensat. Rouit. cons. 72. num. 9. lib. 2 Staib. resolut. 80. num. 8. & 11. Cæsar de Afflict. cap. 27. num. 14. puta quando tutor, socius, Administrator, vel curator agit pro credito proprio, debitor vero exceptionem compensationis opponit respectu officii, scilicet pro debito societatis, tutelæ, vel alias, quo casu non admitteretur compensatio ratione diuersitatis personæ & debiti Amat. dict. resolut. n. 2. Gracian. cap. 948. Franc. Roco tom. 1. titul. de societ. n. 43.

53 Sed si in eadem persona, vel iure cessionis vel alias recaderet creditum pertinens ad proprium cõmodum eius qui opponit, vel cui opponitur, compensatio militaret ratio; quia tunc licet in eamdem personam coalesceret idem ius compactum ex diuersis titulis, non hinc impediretur compensatio, quia cessat diuersitas personarum; Est text. expressus in l. si ex venditione cod. de compẽsat. vbi vnũ debitum ex venditione, aliud ex legato procedebat, & tamen quia vtrumque ad propriũ commodum pertinebat locum esse cõparationi statuitur docent Ama. loc. cit. num. 7. & in 11. refert sic fuisse iudicatũ Castar. decis. 62. nu. 6. & 7. Anton. Faber. defin. 9. cod. de compensat. Salgad. pluribus laudatis dicto cap. 9. p. 1. n. 67. Cæsar de Afflict. cum aliis dict. cap. 27. n. 52. Olea cum infinitis de cession. iur. tit. 6. q. 11. n. 22. cum seqq. in præsenti casu omnes partitæ ex triplici conductione prouenientes Don iesephum Nauarro tangebãt, illius commodo adscribebantur, inde licet originem ducerẽt à diuersis causis, & quod plus est à separatis personis, cum iam ius radicatum in persona eiusdem debitoris in veniebatur, compẽsatio omnino admittenda erat quando indigeret illa ad compẽsionem partitarum posterioris locationis cum hæc non requireretur attenta vnitate negotiationis prout ad oculum exhibui.

54 Nec obicis videbatur doctrina Postii, Salgad, & Asseclarum de quibus in num. 17. docentium à solidatione calculi debere appellare quando pars reliquata ex cõputis priuatis se grauatari iudicat, quia vt explicant idem intelligitur quando sententia subsequitur confirmans calculationem à qua appellatio interponenda venit. Vt docet Amaia in dict. l. 2. num. 37. & seqq. cod. de Iur. fisci. Cætera verò fundamenta vnico cardine stabiliuntur naturæ computi priuati, ten-

tendunt ad eumdem finem, sique vnica solutione euacuantur, quod pars quęlibet non acquiescens ex aliquo rationabili fundamēto cōputis priuatim dispunctis iterum ad reuisionem illorum deueniendum sit; hęc reuisio nullatenus obtenta fuit, quinimmò repulsa per sententiam Regiæ audientiæ, & exequutio decreta à qua supplicatio ad eamdem Audientiam mutato relatore fuit interposita qua pendente partes se concordarunt, & sic computa iterum reuisa fuere.

ARGVMENTVM.

Vtrum contra pastorem procedi valeat criminaliter, tamquam cōtra furem pro venditione quinque ouiū, inscio principali domino illarum celebrata, exarentur pastorum mores ad furta vt plurimum propehensi.

SVMMARIVM.

1 *Legenitens dicitur tutè in Cardine inhærere, etsi apertè loquitur non indiget enucleatione.*

3 *Leges pluribus difficultatum retibus illaqueantur.*

4 *Legi pœnali tenemur submittere cervicem, eique stare, licet in contrarium adesset omnis eaterna Doctorum. 5. & 12.*

6 *Salus Reipublicæ iuxta Platonis sententiam in obseruantia legum nititur.*

7 *In frequentia delictorum Princeps procliui animo non debet in misericordiam diflectere.*

8 *Furta in Regno Sardiniæ nulla lege, vel pœna possunt extingui.*

9 *Pastores vt plurimum ad furtam sunt propehensi, quorum ars dicitur otiosa*

10 *Otium dicitur artifex, & fomes omnium delictorum*

12 *Lex regnicula venit amplexanda, licet sit obstatiua legi communi.*

13 *Dominus Rex per legem generalem potest moderari iurisdictionem inferiorum.*

14 *Pastores cum dominis armenti veram societatem ineunt.*

15 *Furtum committitur ex subtrahatione rei inuito domino.*

16 *Proprium dici potest, quod legibus potest esse tranquillum.*

17 *Socius potest in re communi furtum committere.*

18 *Assertio simplex domini, rem furto suppositam, fuisse de illius consensu motam, non sufficit ad pœnæ excusationem.*

19 *Delictorum frequentia in causa est, vt odiosi tramites arripiantur.*

20 *Ferrum tuetur Principem, et Regnū iuxta Senecam, explicatur sententia hæc.*

21 *Sardorum bona ferè in ouibus constituuntur prout etiam priscis temporibus apud antiquos*

22 *Sententia Gubernationis habita in hoc casu refertur.*

23 *Pastor vendens ex communi armento non fit furti reus, sed tenetur domino principali reffundere consimilem quantitatem 27. explicatur nu. 33. 35. explicatur Regia Pragmatica hic comprehensa nu. 36.*

24 *Coloni vendentes ex communi grano tenen-*

tenentur reſarcire domino conſimilem quantitatem et in dubio haud committunt furtum.

25 *A furti pæna, et patratione qualibet credulitas excuſat.*

26 *Aſſertioni actum conficientis ſtare opportet, ex qua cauſa fuiſſe metum.*

28 *Vindicatur Regnum Sardiniæ à cenſura* Ioannis *Palmar, qui clericos illius ignaros, et difformatiſſimos eſſe dixit.*

29 *Pragmatica Sardoa tot puncta paſtoribus præſcripſit, vt ſit impoſſibili li illa executioni mandari, et fere deſeruiant ad illaqueandos pauperrimos paſtores.*

30 *Pauper, et ruſticus magis mouentur ex offenſa facta ſuo bono, quam diues ex amiſſione ducentorum ducatorum.*

31 *Doctorum placita præſenti ætate diſplicere ſolent.*

32 *Pauperes multoties contra ipſam veritatem opprimuntur.*

34 *Rerum vis, nec eneruari, nec oſtendi queit exprima inſpectione.*

37 *Lex riguroſa ſaluenda, et reſtringenda venit in termino poſſibili.*

38 *Vincula tria ſunt, quæ hominis à maleſaciendo deterrent, religio nempè, pudor, & pæna.*

CAPVT SEPTIMVM.

CARCERIBVS ciuitatis ſaſſeris patriæ meæ ſemper colendæ, & admirandæ propter illius admirāda anno 1661. mancipatus reperiebatur Petrus Orguleſi oppidi de Ocier, inſtante nob. Don Ioanne Tola ex ſat nobiliſſima familia de Tola Oriundo, ſub prætextu, quod quinque Ocus ex communi Grege, illo inſcio vendiderat, ſicquè tamquam furem animaduertendum eſſe, & ſub pæna fraudis conabatur.

Actoris ſcopus fixo in limine videbatur inhærere, tutoquè niti in cardine ſcilicet in Regiæ Prag-
1 maticæ ſanctione tit. 22. cap. 4. hypotheſim huius diſertationis dili neantes, quæ cum tam appertis verbis loquatur, nec tergiuerſatio-
2 nem pati valet, nec enucleatione aliquā indiget l. ille, aut ille 25. ff. *cum in verbis nulla ambiguitas eſt, non debet admitti voluntates quæſtio* ff. de legat. 3. docent niger Cyriac. controu. 522. num. 53. Franc. Roco reſponſ. 83 tom. 2. num. 15. licet alioquin leges tam variis difficultatum retibus inuoluantur, vt
3 dicat † Bald. in conſ. 121. Verba teſtamēti in fine, lib. 1. quod aliud videantur velle, quam velint, & ſæpè decipiantur in illarum intelligentia Magiſtri, & ſcholares, refert Paul. Rubeus practicar. obſeruation. de teſtam. cap. 20. n. 23.

Sanctio hec practicalis in paſtorem non ſolum per ſe ipſum, ſed ex beneplacito domini ex cōmuni armento vendentem, tam-
4 quam cōtra furem † animaduertens abſq; ambiguitate nobis obiicitur, cuius directioni tenemur ceruicem ſubmittere iuxta reſpōſum domini, quod fuit legum perito, Lucæ 10. 26. *in lege quid ſcriptum*

hos perpetrentur laxato loro, quibus nulla fides, compercio nulla, vel per horrescentia ad furta, in quibus grassantur assiduo conatu satagentes prædam; pęnarum terrore per Regias pragmaticas, proregumquè proclamata inflictarū non coercentur, imo potius petulantes, in dies euadunt;& vt de aliquibus duræ ceruicis, imo cecinit Cicer. pro Roscio *Furiarum tædij ardentibus per terrori nolunt, sed sua quemquè fraude, suo terrore maximè vexari, amentiæquè affici;sinentes;* radicitus ad furta propehensio in pa. storibus Iacet, ac prædominatur, prout docet Dominus Regens Vico tit.21. cap.6. num.2. de quibus Virgil. Egloga 3.dixit.

Quid domini faciunt, audient talia fures?
Non ego te vidi Damonis pessimè caprum
Excipe insidijs multum latrante Lyciscæ?
Et cum clamarem, quo nunc se prorripit ille?
Titere coge pecus, tu post carecta latebas.

Nec coalescit aliunde, quam ex ipso met otio, sub quo vitam ducunt,
9 nulli alteri operæ vacantes, ✝ quā gregis custodiæ, quæ magis otii, & voluptatis, quam laboris habere censetur Ouid. de remed. amor. lib.1. vitam illius delineat.

Aspice labentes iucundo murmure riuos,
Aspice tondentes fertile gramen oues.
Ecce petunt rupes, pręruptaquè laxa capellę
Iam refferunt hędes vbera plena suis.
Pastor in æquali modulatur arūndine carmen.
Nec de sūt Comites sedula turba canes

Otium hoc, quo pastores afficiuntur, propter quod otiosi constituūtur Laurent. Matheu. de regimin. Regni Valent. cap.5. §.1. num.1. Aristotil. politic. lib.1. cap.161. *nā pigerrim i qui sunt pastoralem vitam sequuntur, quoniam à mansuetis ani-*
10 *malibus sine labore educatio Ipsis prouenit otiosis;* ✝ Artifex constituitur, nutriuum, & fomes furtorum, prout & aliorū delistorum Franc. Patric. de instit. Reipublic. lib.1. tit.8. vbi vacantes otio venena ciuitates appellauit Fragos. de regimin. reipubl. disp.21. par.1. l.9. n.7.

Cum sit igitur lex rotunda, pastorem ex communi Grege vendentem pro fure diiudicans non locus lucrabitur in deuersorio ad reuocandum in dubium pænam infligendam, haud esse contra il-
11 lum, ✝ nec in arenam poterit appellari quæstio, seu tutamen de illo protegendo, quinimmo cū Iudeorum peruersa turba nobis fas erit clamare; *nos habemus legem, et secūdum eā debet mori.* Carol. Maran. resp.78. t.5. n.73 Hæc lex regnicola amplexanda venit, licet obstaret legi communi; cum possit Dominus noster Rex noua Iura sancire in suo Regno ad libitum Monac. ad min. ad. decis.35. num.4. etiam repugnantia Iuri communi Gar-
12 zia de ✝ expens. cap.14. num. 17. Cabed. decis. 211. nu.3. Valetquè per generalem legē moderari iuris-

13 risdictionē † suorum feudatariorū Mastrill.de Magistratib.cap.16 num.140.Montan.de regalib.cap. de constit. magistrat.nu.33. Laurent.Matheuc. de regimin. Valentom.1.cap.6.§.1.n.103.

Opitulatur pro tuitione Sardoę legis: nam pastor,& dominus armenti inter se veram societatem constituunt, & ineunt, vt ad satu-
14 ritatem exhibui differt.22.ex nu. 103. addo Michael Sebastian. in acromatic. & apodiotica acusatione in vulgo in med. Barbos. in collect. l.si adipiscenda 8. ex num. 2. cod.de pact. Costa de rata, & portion. quæst.118.Cyriac. nigo controu.357.tom.2.Laurent. Vrsel. legal. concl. cap. 108. in qua vni rei communis ius omnimodum non arridet, nec indespendens ab altero in concreto respectu habito ad bona sub societate reposita, in qua portio vnius in ordine ad aliū pro extranea reputatur, sicq. à cōsortio, nec alienari, nec hypothecę subiici Valet.l. creditor 3. §. fin. qui potior in pignor.habeant. Barbat. de diuision. fructuum,part 2.cap.5.n. 37. & si socius consocii portionem sibi adscribat directè, vel indirectè furtum committit, pęnæquè furibus illatæ reus cōstituitur, quæ subintrat, quando inuicto domino
15 res aliena † arripitur. Marant.respōs. 5. num.61.tom.1.vtiquè portio consortii extranea reputatur, sicque interdicta, testante Cassiod. lib.20. Varia. cap.5. *Solum dicendū quid proprium, quod legibus potest esse tranquillum*,hinc furtum committit sartor, vel artifex retinens rem
16 sibi traditā,† vel alii vendens Farinacc. qu. 169. num.1.& 8. Matheu. de regimin. Valent. tom. 2. cap.8. §. 8. num. 30.& 31. Pastor societatis Iugo cum domino Iugatus gregis custodiam pro indiuiso retinens, vendens præcipuè inuito, vel inscio domino, rem communem percutit, propriam in pūcto numerico nō alienat, hinc pæna, hinc furtū quorū rationis pōdus desumitur ex text. in l. si Socius ff.
17 de furt. *si socius* ibi:*cōmunis rei furtum fecerit*, docēte socium rem cōmunem alienantem in propriam vtilitatem illam reducentem, vel ad vsum nō destinatum vtentem, vel quomodolibet vsurpantē furtum committere, pulsari, qui posse actione furtiua. Docēt Petrus Gregor. Syntaacmat.Iur.lib.37.cap.1. rubric. de furt.sub n.8. Card.Tuschus,pract.concl. in Verbo furtum concl.557. num.8.Farinac.de furt. q.174.num.24. quæst.175. nu.68. Felici de Societ.cap.20.nu.26.Leotard. de Vsur. quæst.77.num.33. Sperel.decis.24. num.53. Mathias Berlic. practic. conclus.tom.5. titul.44.n.20.

Et licet sub aliquo colore rei communis venditio posset delicto vacare, & ad non furtiuam cogitationem attrahi, cessat tamen ob regiam sanctionum, quæ non solū sub pęna furti pastori venditionē
18 hanc per se fiendam interdicit, sed etiam cum beneplacito ipsius met domini, cuius assensus delictū ablucret, debebat tamen probari interuenisse, & non sufficeret assertio simplex illius: taliter quod, si quis

de

de furto pulſetur, dominuſquè rei oppoſitæ furto, affirmet illam latã fuiſſe ſui beneplacito, non hinc,ſi coniecturæ furti præmunt annihilantur in totum. Portores ad Molin. Verbum furtum num. 11. Dubium hoc reſecauit Pragmatica, haud excuſationem domini, vel illiùs aſſenſus aſſertionem ample-
19 xans, ✝ indiſtinctè pro furtiuis venditiones à paſtoribus celebrãdas reputat, diiudicat, & habet ſalubris lex pro delictorum technis reſecãdis; ſat vtile dogma pro malitiis humanis obuiandi, toto conatu, & viribus ſectandum exequendum & obtẽperandum licet rigore imbibitum propter frequẽtiam delictorum, quæ in cauſa cõſtituitur ad odioſos tramites inquirendos, & ad exacerbandas pænas delictorũ l. aut facta ſ. fin. de penis l. 1. ff. de abigeis vbi quod multis graſſantibus exemplo opus eſt, & crimen accerbiſsimè punitur vbi frequẽs eſt id genus maleficiis Bouadil. in politic. lib. 2. cap. 4. nu. 3. Iodoch. in practic. crimin. cap. 110. de furt. num. 35. Iulius Chartar. de. ciſ. crimin. 89. num. 14. Franc. Maria de Prat. reſponſ. crimin. 49. nu. 33. cenſal. voto 18. num. 62. vtiquè putamus experiẽtia magiſtra omnem ſæueritatem in Regno hoc adhibendam ad reſecandam, faxit Deus propehenſionem naturalem, & radicibus profundis illaqueatã ad furta, ad delicta in Regnicolis, præcipuè paſtoribus Iacentem: audi Senecã: *ferrum tuetur Principẽ, & regnũ ſub omni quiete, et Iuſtitia moderatur.* Vidẽdi fragos de Regim.
20 Reipub. to. 1. part. 1. l. 1. diſp. 1. n. 45 Lauren. Matheu. de Regim. Regn. Valen. to. 2. c. 8. ſ. 10. n. 167. Vernul. inſtit. politic. l. 1. c. 8. tit. 12. Ioſep. facella de recta adminiſtratione iuſtitiæ tr. 3. tit. de Virt. princ. c. 7. n. 1.

Abigeatus in totum, delindos fore, impoſſibile venari diiudico, qui ſi annuente Deo, delerentur, tam magna copia pecudum, omniſque gregis ſupereſſet, vt abſque cuſtode, per prata, per vireta vagarentur, ob illarum afluentiam nulli orbis regno ſecundam, nec mire-
21 ris, ✝ quippè omne patrimonium Sardorum ferè in illis ſtabilitur, prout priſcis temporibus contingebat, in quibus hominum ſubſtantia, nittebatur in ouibus, quam veritatem Diuus Auguſt. in cap. totum 1. q. 3. tangit Cabrer. de metu lib. 2. cap. 1. num. 7. Inde Ouid. lib. 5. faſtor.

Aut pecus, aut latam diues habebat humum.

Hinc etiam locuples, hinc ipſa pecunia dicta eſt.

Fuit reus excarceratus, præſtita cautione de Iudicio ſiſti, & iudica-
22 tũ ſoluẽdo inter poſito decreto, quod cauſa ciuiter nõ criminaliter diſcutiretur. Actuario Saluatore Pinna.

Huius obſeruationis Regiæ Gubernationis fundamentum nititur in eo, quod de iure communi Romanorum, quo nos indiſtinctè deficiente iure patrio, vtimur paſtor, ſiue partiarius animalium vendẽs ex communi Grege fetus ex illa prouenientes, vel alias non conſti-
23 tuitur furti ✝ reus, nec abigit pecus, ſed obnoxius iacet domino princi-

pali armenti illi refundere ratam illum tangentem pro concurrenti quantitate vendita; quam conclusionem in propriis terminis probat Anton. Scap. de iur. non script. l. 5. cap. 44. num. 9. Farinac. de furt. qu. 124. num. 26. cum aliis Sperel. decis. 24. num. 56. Mathias Berlich. practicar. conclus. tom. 5. conclus. 44. num. 54. ibi: *partiarius animalium, qui ea accipit ad medium lucrum, si vendit fetus animalium inde provenientes, non committit furtum, sed partem domino ad medium lucrum reddere tenetur.*

Hãc resolutionem ampliant Farinac. & Sperel. ad colonos partiarios communes fructus ad proprios domus ducentes, quos à pæna furti excusant sub prætextu, quod alio animo, quam furandi potest conductio fructuum in proprios lares procedere, quæ interpetratio vtiq. amplexari oppørtet, vt furtiua pręsũptio non subintret, quæ respuenda venit quoties alia à furto, vel delicto excusans amplexabiles constituitur. Bossi de furt. nu. 6. & seq. Bertasol. cons. 224. num. 25. lib. 1. Vermigliol. cons. 253. nu. 6. & cons. 431. num. 3. taliter quod, si quis probabilis rationis Ancora nixus crediderit, sibi licere bona aliquã sibi assumere, furtum committere non dicretur, à quo iuxta credulitas excusat Farinac. qu. 90. nu. 37. Honded. cons. 105. n. 31. vbi in n. 60 dicit, quod siquis potuit moueri ad aliquid faciendum ex causa dolosa, & nõ dolosa, præsumitur motus ex causa dolo vacanti nouissimẽ Censal. in suo voto Rotæ criminal. Genuens. 11. ex n. 4. & si in dubium reuocatur impulsio causæ, vel finis agendi, stari opportet assertioni actum conficietis, qui patefacere debet, ex qua causa impulsus extitit, vel quem finem sua intentio intio intendere Sategit. Zaderch cons. 195. num. 1. nam regulariter actus

24 (margin, beside "amplexari oppørtet")

25 (margin, beside "probabilis rationis")

26 quilibet noster à ✝ nostra intentione venit declarandus l. non omnis ff. si certum petat. Cæsar de afflict. controu. 8. num. 22. & cap. 19. n. 36. Ioseph. Oldrado de rescript. tom. 1. prælud. 6. num. 4.

Partiarius animalium vendens ex communi grege queit commu-
27 ni Societatis calculo rem venditã adscribere, vel sibi cum protestatione refundendi domino in redditione computi consimilem portionem, possunt hæc coniecturæ venari, inde respui opportet præsumptio furti, & per consequens pulsari tunc debet actione ciuili, non criminali, quæ resolutio choæret cum alia consimili non posse procedi criminaliter contra Vassallos pro damno dato, nisi hoc patratum esset cum Violentia, sed pro recuperatione damni passi ciuili actione pulsandum esse damnificatem, docente, quam sectantur Tertull. ad afflict. decis. 57. Capiolanc. de Baronib. pracmatic. 8. p. 1. nu. 365. Nouar. de grauaminib. Vassallor. tom. 2. grauamin. 64.

28 Conclusio hæc licet videatur fouere delictis venari, quod veritate vacat, amplexari debet profectò, quia pastores, vt plurimum paupertatis labe affecti iacent, pro cuius probatione vindtcari poterant verba

verba Ioannis Palmari in quadam oratione, quam confecit in Concilio Baſilienſi loquentis de clericis Sardiniæ, ſi illa dirigiſſet ad paſtores, Audi illum *nam vbi magna eſt paupertas, ibi difformitas morum, & turbatio non minor eſt, vt in aliquibus partibus Apuleæ, et Inſulis Sardiniæ, et Corſicę, vbi clericus pauperrimus ignarus et difformatiſſimus eſt.* Fefellit ſe Author iſte, à veritatis tramite toto cælo aberrans, fortaſſe fragmenta notitiæ arreptus à non callentibus regnum, in quo clerus non ineptiæ, & paupertati vacans, ſed omni litterarum nobilitatus ſtenmate, beneficiiſque magni valoris affluens viget vtinam lucrarentur ad menſuram laborum, quos in litteraria officina expendũt, retributionem. Pauperes paſtores ſuprimit, manus illis prębenda, vt ab illa reſipiſcãt, nec laquea parari debẽt ad hoc vt in rebus minimis illaqueantur; claudicat in pluribus capitulis Regia noſtra pracmatica, parcat mihi compilator nexare retia, reſpectu miſerrimorum paſtorum videtur, tot, puncta illis præſcripſit, tot dogmata commenda-
29 uit, vt impoſſibilis ✝ omnimodo conſtituantur ad vnguem illa executioni mandare; prouenit hinc, quod multoties pauperrimi Caprarii per metam totius vitæ cuſtodiæ gregis incumbentis, ſi contra legẽ, præſcriptam aliquid faciant, tunc fraudis pęna illis incuſatur, furti rei conſtituuntur, tamquam abigei animaduertuntur, ſudores totius vitæ non lucrantur, dominique ſub hoc prætextu omnem gregem, ac frugem ſibi adſcribunt, hinc paupertas, hinc delicta; iactura hæc maioris ponderis conſtituitur, quã reſpectu dominorum aliquale dãnum ex concluſione iſtius diſſertationis auriendum, quod etiam inficiamur, cum paſtoribus ſubueniamus in modo, non in re; in concurſu horum damnorum, primum cum pauperes tangat dicitur eſſe, pro vt diximus, maioris ponderis, nam ruſticus, & pauper magis mouentur premuntur, & damno afficiũtur ex offenſa facta ſuo porco, quam diues ex amiſſione ducẽ-
30 torum ducatorũ ✝ Nouar. de grauamin Vaſſallor. grauamin. 50. n. 3. tom. 2. Cyriac. Niger. contr. 102. nu. 14. Quapropter dixit Menoch. de arbitr. caſu 295. nu. 10. qui aufert ruſtico porcum, aufert oculum Lazar. de monitor. quæſt. 11. ſect. 1. num. 5.

Subueniẽdum venit paſtoribus tamquam pauperibus, tali tempe-
31 ramento adhibito vt illorum coerceatur audacia, & dominorum ſuprimatur auaritia; fortaſſe futuris ſæculis Regiæ Gubernationis obſeruatio, & noſtra diſtinctio ſequẽda erit, nam vt plurimum præſenti ætate doctorum placita diſplicere ſolent, vel propter emulationem, vel inuidã ſtomachi nauſeam, vt exclamat Carol. exſcriban. de inſtitut. polit. c. Chriſtian. lib. 1. cap. 14. Tarrea. alleg. fiſcal. 118. Cenſal. ad l. 1. cod. ſi quis imperat. maledix. §. 17. num. 29. Perſpectio hæc fortiori nexu ſectanda ob leuamen pauperum, qui multoties contra ip-
32 ſam veritatem opprimuntur cap.

pau-

cap.pauperes 11.q.3. Carlucal. de Iudic.lib.1.titul.1. disp.2.sec.7.q 6. num.561.

Socium in rei communis subtrahatione posse furtum patrare non inficiamur, brocardicũ tamen hoc indistincti non venit arripiẽdum, requiritur probatio spesficã, & non ambigua, apprehẽsionem, vel alienationem rei communis fuisse cõfectam animo furtiuo, & doloso, cuius probatione liquidè non apparente; in dubio socius, non animo furandi, sed alio respectu, ad venditionẽ, vel acceptionem progressum fuisse credendus, præcipuè eo sic mentem suam ex interuallo explanante, fuit originalis doctrina
33 Bartoli in l.si Socius † de furt. quã sectantur Bass. de furt. post num.7. Grauet. cons.286. num.1. versic. 3. Beluis.in sua practic. criminal. rubric.de furib. & latronib. num.16. vbi pastorem non posse accersiri de furto pro venditione rei communis in dubio, sed pulsandum esse actione ciuili pro refectione portionis docet. In his proprii terminis loquuntur Farinac. Sperel. & Mathias Berlich.loc. cit.

Vrget nunc sanctio regni cola distinctionem hanc de medio trũcans, omnimodè sub pœna furti venditionem interdicens pastori, etiam cũ beplacito domini, & contrauenientem, tanquam abactorẽ puniẽdum esse Sanciens quid dicis? cadis ne ab animo? vel putas me illaqueatum, aut legis patriæ dissipatorem esse? † absit audi parum-
34 per, nam teste Quintiliano instit. orat. lib.4. cap. 2. ex prima inspectione rerum vis, nec eneruari, nec ostendi queit nouissimè Cæsa de afflict. controu. forens. cap. 27. num.3.

Pro intelligentia suppone, prout supposuimus primo tomo dissert. 22.num.103. cum domino Regẽte Vico, Duardo, Rocco, & alii, duplici sub differentia solere pastori oues ad pascendum tradi, scilicet, vel certa mercede pro laboribus,
35 seruitio, † vel famulitio promissa, vel ad socidam inita societate cum aliquibus conditionibus, prout lato calamo relato loco exaraui, nunc addo Cyriac. Niger. controu.357. tom.2. Teotand.de Vsur. quæst.32. num.7. Laurent. Vrsel.legal. concl. Verbo animalia to.2. conclus. 108. qui hanc distinctionem, & modos tradendi armentum ad pascẽdum delineant. Hac prælibata distinctione, si pastor socius habetur, & reputatur in communi grege, tunc subintrat supra adducta iuris communis conclusio, quod in dubio non præsumatur animo furandi rem communem sibi adscripsisse, vel vendidisse: si vero nulla societas inter pastorem, dominumq; versetur, sed mercede promissa pro laborum retributione, non in quota pecudum, sed in numerica pecuniæ quantitate, tunc pastor vendens, vel subtrahens, tamquam fur animaduertẽdus, venit. Ratio, quia tunc res vendita penitus aliena est, cuius alienatio aliquo velamine nequit sanari; quæ non militat, quando pa-
36 stor socius reperitur, quo casu dicitur, & est res communis, & in dubio pra rata portionem illum tangen-

gen-

gentem diceretur concepta venditio. Francesc. Nyger. Cyriac. tom. 2.controu. 284. nu. 19. iuxta huius distinctionis postremū caput Regia nostra pracmatica venit intelligenda, seu restringenda, quam distinctionem probat in terminis Berlich. loc. cit. confert pro hac opinione capescenda rigor patriæ legis à iuris cōmunis dispositione aliquantulum discordentis restringenda ad terminos præcisos, sub quibusloquitur,& saluanda,in quibus saluari queit. ex text. in l. comodissimè de liber. & posthum. l.
37 quod † vero.ff.de legib. Tarrea. allegat. fiscal.45. nu. 17. tom.2. Fragos. de Regim.Reipublic.to.1.p.1. lib.6.disp.18.nu.12.

Sed ne ex hac distinctione prębeatur indistinctè pastoribus ansa, ac petulantia ad conficiendas clandestinas venditiones, & cum teste hypolyt. à colyb.in Aulico politico proposit.135.*tria sint Vincula, quæ homines à malefaciendo diterreant, religio, pudor, & pęnas* vltimum, quod
38 legibus imponitur firmius est cæteris duobus. Laurent.Matheu.de regimin. Valent.lib.1.cap.8.§. 10. num.27.inde operæ prætium,diuo animaduertere pastorem, non intelligi animo furandi rei communis alienationem fuisse, quando res est exigui valoris, veluti quatuor, vel quinque ouium, vt fuit obseruatum in præsenti thesi, vel vnius vacæ,vel bouis ex armento maioris; alias si hunc numerum excederet venditor ratione quātitatis dolus inesset,& praua intentio. l. omnes §. Lucius ff. quæ in fraude creditor; & per consequens delictum, quod ipsemet dolus producit thoro in codic. rer.Iudic. prima part. casu 33. numer. 3. vacent quæsò pastores ab his similibus venditionibus, effugiāt amaritudinem subsequendā, alioquin, illaqueati pluribus anxietatibus iacebunt,fortasse in scopulum Iudicis, & Consultoris ignaui inpingentes, qui, vel exarata hic parui pendeant, vel nō calleant, quæ si absint, de quo dubito non parum, expensas non effugient, auertant oculos ab his patrandis, & timeant,& adimplebitur, tacite votum in lib.4. hystor. *dum mali pauent, quisque quod suum est lucrabitur.*

ARGVMENTVM.

Sodalis confraternitatis laicorū vita functus, absque electione sepulturę,licet sepeliatur in Ecclesia sodalitatis abstringetur soluere propriæ Parochię ius sepulturæ,seu elemosinā, quę ex laudabili cōsuetudine loci sepeliendi adsolet elargiri. Expenditur quam sit dulce in propria patria extremum claudere diem.

SVMMARIVM.

1 *Homines degunt vitam, vt se morituros non putent.*
2 *Homo dicitur henos ab habreis, hoc est obliuio.*
3 *Omnes tenemur summo dictatori persoluere debitum commune.*
4 *Sanitatis pars est velle sanari.*
5 *Expenditur quam dulce sit in propria patria extremum claudere diem.* 6. 7. 10.

8 In-

8 *Insepulta Romani relinquebant cadauera patriæ proditorum, quos indignos putabant tali beneficio* 9.

11 *Confraternitas Deiparę Seruorum ciuitatis Saceris laudatur.*

13 *Don Didacus* Pilo *& Passamar Rector* Parrochialis *Ecclesiæ* Sancti Appolinaris *laudatur.*

13 *Refertur quæstio quæ inter hæredes Lucæ de campus, & præfactum* Rectorem *orta fuit in tribunali Ecclesiastico Turritano.*

24 *Sodalis confraternitatis vita functus absque electione sepulturæ licet alibi sepeliatur debere soluere propriæ parochiæ ius sepulturæ fuit decisum in mensa Turrina*. 15. 18.

16 *Sodale defuncto, et in oratorio sepulto, quis officium super cadauere debet conficere Capellanus confraternitatis, vel* Parochus?

17 *Sodalis cōfraternitatis vita functus, nulla electa sepultura debet sepulchrarondi in propria parochia.*

19 *Sepultura electio, probatur per testes singulares et vtrum valeat facta in testamento imperfecto.*

21 *Quando dubium adest super solutione iurium sepulturæ, debet declarari contra illa; quia præsumuntur causa auaritiæ introducta, precipuè quando sunt taxata* 22. 23.

23 Pro *terra cementariata nihil accipi potest, ratione iuris sepeliendi*.

25 *Consuetudo aliquid recipiendi pro funere obseruanda venit.* 26.

27 *Legatum relictum Ecclesiæ pro sepultura debetur, licet inibi testator non sepeliatur, vel insepultus remaneat, et hoc licet inibi testator addat, vt si non sepeliatur nō debeatur* 28.

29 *Conditio mixta pro adimpleta habetur, quando adimpleri non potest.*

CAPVT OCTAVVM.

DEGVNT vitam homines, vt se morituros haud autument, *quando nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, et sicut aues laqueo comprahenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo cum eis exemplo superuenerit*, vti Ecclesiastes 9. 12. nos admonet & docet Carol. Maran. respons. 84. num. 1. tom. 1. Lucas de campus Rector opidi de Quiremula, ætatis arce roboratus, vltimam tunc pertingere rerum lineam haud mente reuoluens, cum homo ab Hebreis dicatur, Enos, hoc est obliuio. Marant. respons. 59. num. 11. p. 4. qua non putabat hora, ingenti vacauit morbo, quo pulsatur summo dictatori debitum commune persoluit, à quo nullus immunis, quia in in conspectu eius non iustificabitur omnis viuens Lucret. lib. 5.

Certè equidem finis vitæ mortalibus adstat.

Nec deuitari lethum potest quin obeamus.

Vel sanitatem appellans, quæ an-
4 xietas illā obtinendam non parum fouet, teste Senec. in Hypol. ibi, *pars sanitatis est velle sanari*; Laurent. Matheu. de Regim. Regni vallen. lib. 1. in epist. ad lector. vel in propria patria optans mori ad hanc Turritanam vrbem se contulit.

Laudabile satis, non contemnibile

5 bile votum, licet enim Anaxago-
ras, cum lampſaci moreretur, quæ-
rentibus amicis, vtrum vellet in
Patriam efferri, ibidemque ſepel-
liri, dixerit, non neceſſe eſt, vndiq.
enim ad ſepulchrum tantundem
viæ eſt, prout referunt Cic. lib. 1.
Tuſcul. Laert. lib. 2. Attamen Ana-
xagoræ ſententia hæc nec ample-
xanda & rationis naturalis ſenſum
percutit; cum intra fęlicitatum hu-
manum ambitum recludatur, intra
6 propria menia ſepulturæ tradi, quo
deſiderio afficiebatur Cic. lib. 1. of-
ficior. prout ibi exclamat; qua prop-
ter Lucian. in Encon. patriæ affert
pro beatitudine in propris laribus
extremũ claudere diem docet Don
Hyeronim. Altamiran. in rubric.
7 cod. de filiis official. qui in bello mo-
riunt. cap. 4. num. 1. qua veritate
edoctus Æneas clamitauit apud
Virg. Æneid. 2.

. . . . ò terque quaterque
beati.
Queis ante ora patrum Troiæ ſub
menibus altis.
Contigit oppetere . . . .

Hinc Romani proditores patriæ
nec lugebant nec eorum corpora
8 tumulo in patrio ſolo tradebant;
quinimmo inſepulta, & humi fuſa
cadauera pro agreſtibus feris in eſ-
cam transfuſa deſerebant habetur
in text. l. minimè 35. de religioſ. &
ſumptib. funer. l. liberorum §. non
ſolent ff. de his qui notant infamia
refert Durantius Caſelius var. lib. 2
cap. 3. in theſau. Chritic. tom. 3. Al-
tamiran. cap. 4. numer. 28. loc. cit.
hæc patricidæ iuſta, quidem vin-
9 dicta, patria tellure carere exani-
mem, quem in patria viſcera ab
armauerant dyræ. Conducit pro
hoc ſcopo muniendo, ſat enixa an-
xietas Turni apud Virgilium ex-
trema iam deguſtantis pocula &
10 deprecantis, vt eius corpus dum in
formã cadaueris eſſet transfuſum,
ſuis ad illud in propriam patriam
conducendam traderetur, vt expli-
cat Pancirol. de Rebus memorabi-
lib. mundi tom. 1. titol. de exeq.
mortuor. fol. mihi 720. audi verba
ba Turni, quæ refero diſſert. 8.
num. 35.

Seu corpus ſpoliatum lumine mauis
redde meis.

Voluntas hęc exequutioni man-
data extitit Reuerendo Luca de
Campus ſub proprio tecto, & patria
vita functo, à quo nulla electio ſe-
11 pulturæ apparuit interpoſita, & cũ
in Eccleſia ſodalitii, ſeu confrater-
nitatis illuſtriſſimæ Deiparæ ſer-
uorum, pro cuius ornamento, ſat
tibi ſit notũ facere tres ſpaniæ ma-
gnates, nempe Marchionem de
Almonazir, Comitem de Lemos,
& comitem de Andrada in illa pro
confratribus fuiſſe dicatos, ſepultu-
ræ mandaretur, tanquam vnus ex
ſodalibus; inde certamen inter Re-
ctorem Parochialis Eccleſiæ Sancti
Apollinaris Don Didacum Pilo &
Paſſamar (nobilitate vndequaque
12 preditum, virtutibus & ſcientia
infultum) & hęredes defuncti in
tribunali menſæ Turritanæ, ſuper
iure parochiali ſepulturæ, quod
13 apud nos eſt quator ſcutorum, niſi
paupertati defunctus vacet, ex con-
ſuetudine præſcripta & approbata,
ortum fuit. Nitebatur intentio hæ-

redum in priuilegiis huius confraternitatis, & consuetudine loci, vt confratres possint in Ecclesiis confraternitatum, quando sitæ sunt intra regularium Ecclesias, sepeliri, ad excludendum Parochum à iure Parochiali sepulturæ ex præfacto titulo debito; circa hæc priuilegia & cõsuetudines nullatenus, ego qui officio Assessoris in præfacto tribunali fungebar dubium obieci. difficultas versabatur quia intestatus, & & nulla præuia electione sepulturæ interposita decesserat dictus de campus.

Anno 1650. inueni alium consimilem casum fuisse in curia Turritana discussum, inter hæredes Ioã-
14 nis Francisci † Ledda causi dici, & procuratorem cõfraternitatis Deiparæ de itria, in quo declaratum apparuit iura parochialia sepulturæ, vltra quartam funeralem deberi suæ parochiæ, licet tumulatus extiterat in Ecclesia confraternitatis: sententiæ motiuum erat, quia intestatus & absq; electione sepulturę decesserat: quam declarationẽ libenter sectatus sui, sicque actuario Ioanne Francisco Arca anno 1661. declaraui ad fauorem Rectoris Parochialis Sancti Apollinaris hæredesque adsolutionem quator scutorum pro iure sepulturæ, vltra quartam funeralem obstrinxi, & damnaui.

Sentientia hæc nixa fuit in com-
15 muni † Doctorum placito, confratrem, siue sodalem laicum, decedẽtem absque electione sepulturæ in propria parochia, vbi illi in vita subministrata fuere sacramenta sepulchro condendum esse docentiũ: expościtur, vt confrater eligat sibi sepulturam in Ecclesia sodalitii, nã cum virtute priuilegiorum liberũ ius sepelliendi arrideat cõfraternitatibus intra monasteria regulariũ sitis, inde est quod desideretur expressa voluntas vtendi hoc priuilegio, quod inuicto non erogatur, suppressa qua voluntatis declarationẽ, debet in propria parochia sepelliri sodalis prout in terminis docet Petrus de Vbald. de Canonic. portion. cap. 1. in fin. Sebast. Medic. de sepult. q. 8. num. 41. vbi tenet confratrem, nullam sibi præscribentem sepulturam, huic esse mandandum in propria parochia. quam conclu-
16 sionem vti † verissimam & communem sectatus fuit Lauor. var. elucubrat cap. 11. num. 106. vbi addit, quod confratre eligente sepulturam in oratorio sodalitatis, officiũ super cadauere fiat à Parocho intra cuius fines oratorium situm est, non autem à sodalitatis capellano, ex sacræ Congregationis sententia, quã ibi refert, quæ intelligi opportet, quando non est sodalitas sita intra claustra regularium.

Igitur cum iuxta doctrinã hanc
17 confrater † absque disignatione sepulturæ vita functus in propria parochia tumulocõdendus sit, prout etiam docet Sperel. decis. 87. nũ. 18. prouenit quod cum hæredes defuncti maluerint illum in ecclesia sodalitatis sepelire, obstringantur elemosinam assuetã fieri pro cõdigno & decenti loco sepulturę paro-
18 cho elargiri, seu soluere cui pręiudiciũ haud inferri potuit, nec con-

ditio

ditio deterior fieri per recluſionem cadaueris extra parochiam, & ex facto alieno.

Replicabant hæredes dubietate
19 affici reſolutionem hanc cum vtique ex præſunta voluntate ſodalem in oratorio ſodalitatis recludendum eſſe colligi poſſet, quæ præſumptio ſat apparere ad productionem effectus in facta hypotheſi electionis ſepulturæ videtur, cũ leuiores probationes ſufficiant ad illam probãdã ſicque per teſtes ſingulares propatur Guid. Papa decil. 544. Gracian. diſcept. 817. num. 13. vbi diſ-
20 putat vtrum facta in teſtamento imperfecto teneat Ricio in praxi tit. de ſepult. reſol. 664. tom. 1. tondut. in quæſtionib. beneficialib. q. 114. num. 11. p. 1. graſſet. de homicid. proditor ∬. 29. num. 301. qua dubietatate voluntatis obſtante cõſtitui cauſam dubiam aſſerebant conuenti hæredes, ac per conſequẽs eſſe abſoluendos à iure parochiali prætenſo ex eo, quod quando verſatur dubietas ſuper ſoluendis iuribus ſepelliendi, ſempèr contra illa de-
21 beat ſententia proferri ex cap. quã pio mentis affectu 2. 1. q. 2. ex Innocentio III. in cap. ſicut pro certo 39. de ſimonia; etiamſi adſit conſuetudo in contrarium, rationem adſignat Carol. Marant. cum Ricio & Gracian. ex præfactis iurib. reſp. 18. num. 90. tom. 5. quia præſumũtur ſimoniacè introducta & cauſa cupiditatis & auaritiæ.

Accedebat quod non ſolum cõſuetudo, quæ in hac ciuitate viget
22 præſcripſit † ius licitè eleemoſinam pro funeratione, & locò ſepulturæ recipiendi, ſed & taxationem incerta quantitate decem librarum niſi defunctus eſſet non ſoluendo ob paupertatem introduxit, quæ introductio cum taxatione certa in hac materia videtur reproba, ſimoniaca & immanutenibilis, cum ſit ius ſepelliendi quid ſpirituale, vel ſaltim ſpirituali annexum ex Diuo Thoma 2. 2. quæſt. 110. art. 4. in 3. & ad 3. Rodan. de ſimonia ∬. 1. cap. 30. num. 6. quapropter, nec recipit retributionẽ pecuniariã, nec mercedem temporalem ex cap. audiuimus 41. de ſimon. cap. abolendæ 13. de ſepul. Barboſ. de offic. paroch. in nouiſſim. edit. cap. 26. in fin. n. 18. Gratian. part. 2. cap. 210. num. 24. Franc. Leo. in theſaur. fori eccleſi. part. 4. cap. 2. num. 79. & 81. Iuli Lauor. cap 10. ex. num. 1. & 15 titol. 2. præſertim quia taxatio eſt
23 quædam venditio & pactio, quæ in in hac materia reprobatur, ex Sancto Thoma. 2. 2. quæſt. 86. artic. 1. in corp. in 4. modo Marant. loc. cit. n. 8. Lauor. dict. cap. 10. n. 23. Trentacinq. conſ. 57. Caſtro Palao pun. 8 n. 4. part. 3. trac. 17. de ſimon. diſp. 3.

Obiectio hæc de facili repulſam fuit paſſa pro vt iã antiquitus eua-
24 quata ex † communi DD. placito apparet; procedunt allata reſpectu terræ cemeteriatæ, pro qua nihil pro prętio accipi poteſt cap. abolẽdæ 13. cap. non ſatis ∬. ſepulturæ cap. cum eccleſiæ 9. cap. cum audiuimus 41. de ſimon. cap. quæſta eſt 12. 13. q. 2. vbi loquitur Gregorius Magnus ad Ianuarium Epiſcopum Sardiniæ ea videlicet ratione, quia terra illa conceſſa eſt putredini, nec

deceat de alieno luctu questum facere. Respectu vero interni loci Ecclesiæ adest laudabilis consuetudo in hoc Regno, prout in vniuerso orbe attestant infiniti Doctores de hac materia agentes, vt aliquid pro sepultura percipiatur; quæ consue-
25 tudo seruāda ✝ venit per text.cum glos. fin. in cap. ad Apostolicam 42. de Symon. Gregor. 15. decis. 145. num. 10. Nald. in summa verbo sepultura num. 8. Carzias de benefic. p. 5. cap. 9. num. 133. Bonacin. tom. 1. tract. de simon. disp. 1. q. 14. §. 6. num. 1. Angel de gambellion. de testam. glos. 8. nu. 2. vol. 7. tract. nō sanè ratione Iuris funerandi, vel
26 terræ benedictæ quæ spiritualitati annexa sunt, sed ratione situs dumtaxat, & loci dignioris, quę ad sepulturā ipsam minimè necessaria sunt; quæ præterminentia vt res materialis, sicuti vēditur calix materialiter vendi potest, est communis, & nemo ferè ob ea aberrat, docent Barbos. de vniuers. iur. Ecclesiastic. lib. 2. cap. 10. num. 16 & 18. Dian. moral. tract. 15. miscelan. resol. 57. Peres. de Lara de capellan. lib. 1. cap. 25. n. 17. Carol. Marant. cum infinit. tom. 1. cap. 16. num. 7. Iulius Lauorius var. elucub. tit. 2. cap. 10. in fin. & hęc præcedunt licet adesset quantitas taxata ad compescendam parochorum cupiditatem, quia licita est hæc taxatio æleemosinæ cum à libero à principio processerit populorum arbitrio, & sufficit adesse liberum in sui nascēti exordio arbitrium, & spontaneā libertatem, licet postea in vim consuetudinis in obligationem transfundatur ex D. Thom. & infinitis Carol. Marant. respons. 18. to. 5. n. 103. vbi Castro Palao Lauor. & alii.

Confluebat ad hanc capescendā resolutionē sepulturę cōmunis fauor, quæ cū sit de iure antiquo cōmunis
27 propria parochia, in dubio illi faueri opportet; & fauor sepulturæ in causa constituitur, vt legatum relictū Ecclesiæ pro sepultura debeatur illi, quamuis testator inibi non sepeliatur, vt fuit obtentum ad fauorem confrateruitatis deiparæ seruorum, & contra Mauricium, & Ioānam Escardacho, cui per Iosephum Escardacho quædā quātitas legata aparuit vt testator inibi sepeliretur licet postea in dicta Ecclesia nō fuit sepulchro conditus tempore pestis, cuius infęlix, & luctuosum chaos haud indulsit locum ad tumulande cadauera, nihilominus legatum fuit illi solutum ex admirabili doctrina Carol. Marant. respons. 9. in fin. par. & Paul. Rub. de testam. cap. 69. n. 135. vbi etiam docet deberi
28 ✝ legatum relictū Ecclesię sepultura licet testator in sepultus ex aliquo accidenti remaneret, & hoc quamuis testator adiiecerit clausulam, non deberi legatum nisi sepulturæ mandetur in tali Ecclesia Rubeo num. 153. Peres de Lara de anniuersar. cap. 11. num. 33. sufficit vt per illam Ecclesiam non stet quin minus inibi sepulchro testator condatur, vbi reddit rationem, quia hæc conditio est mixta. cuius natura est vt adimpleta habeatur quā-
29 do adimpleri non potest l. in testamento la 2. vt ex fratribus l. titius si statuas ff. de condit. & demonstrat

ſtrat. l. poſt diem ſſ. item ſi quis conditio ff. quand dies legat. cedat. Thom. pollici. illuſtr. qq. part. 1. quæ. 31. circa medium text. etiam in l. 1. cod. de niiſque ſub modo vbi conditio habetur pro adimpleta & nihil hæredi vel legatario imputari poteſt non obtemperantibus cōditioni appoſitę, ſi per illos non ſtat quin minus exequutio mandetur Cyriac. controu. 50. nu. 15. Viuian. giroch. diſcept. 16. n. 8.

ARGVMENTVM.

Contentio iuriſdictionis ſuper remiſſione cauſæ pro parte vnius ex litigantibus ſuſcitato omnino litis cōſortibus arridet, reſpectu quorum pendēte iuditio remiſſionis debet ſuperſederi in progreſſu cauſæ, quibus non officit renūtiatio priuilegiati poſtea ſubſequuta perempta inſtantia ob priuilegium ſuperueniens fas eſt declinare iuriſdictionem. Iudex pro ſuſpecto in concurſu creditorum remotus pro parte vnius creditoris, in ordine ad cæteros remanent etiam ſuſpectus. Reſtitutio in integrum in re, quæ antiquum ſtatum per potentiam phyſicam non poteſt re aſſumere denegatur.

SVMMARIVM.

1 *Lis quæ pendebat in tribunali S. officij inter Don Matheū Pilo & Don Franciſcū de Aquena recenſetur.*

2 Defuncto Don Franciſco de Aquena *eius filius doctor Don Gauinus de Aquena & Pilo citatus ad litem proſequendam, tanquam regius Cōſiliarius forum declinauit: recenſentur fundamenta, in quibus nitebatur declinatoria fori 3.*

3 *Inſtātia perempta ob priuilegium ſuperueniens poteſt opponi declinatoria fori in lite mota. 4. nam instantia perēpta lis dicitur mortua 5. pereūt acta ordinatoria 6. 7. liberatur fidei iuſſor de iudicatum ſoluendo. 8. annullatur effectus inhibitionis 9. & hoc non ſolum in cauſa conuentionis, ſed et reconuentionis 10. extinguitur inſuper iuriſdictio ius dicentis 11. reputatur iudex tanquā priuata perſona 12. poſt illam poterunt opponi, quęlibet exceſſiones*

13 *præcipuè declinatoria fori. 14. pereunt procuratoria etiam mandata 15.*

16 Procurator *intelligitur reuocatus per laſſum quadriennij, quomodo intelligatur hæc oppinio, et ſub qua diſtinctione fuit amplexata à Regia Audientia Sardoa in caſu ibi preperito 17.*

18 Procurator *tacitè intelligitur reuocatus per deputationem noui procuratoris, licet ſecundus mandatum non acceptet. 19. Et poterit reuocari, licet dominus illum non reuocare iuramento affirmauerit 20. procurator vero alium ſubſtituens non poterit vlterius illum reuocare. 21.*

23 *Hæres licet ſit priuilegiatus tenetur ſe. qui iuditium cum defuncto motum quia ſatis eſt ad radicandam iuriſdictionem litem pertinere ad iuriſdictionem citantis 24.*

25 *Variatio fori haud competit ob priuilegium lite cœpta ſuperueniens.*

26 Minor *non habet reſtitutionem in integrum quando eſt hæres alicuius, ſi leſio contingit tempore defuncti.*

27 Contentio *hæc haud concordata fuit et deuoluta extitit ad ſuprema Tribunalia* Sancta *Inquiſitionis, et* Aragoniæ. 18 Tu-

28 *Tutelæ iuditium est indiuiduum nullam recipiens diuisionem et causam continens omnino connexã 43. et quid respectu hæredum, qui iam bona hæreditaria diuiserunt ibi 44. 45. et si vnus est clericus causa omnis trahenda est ad tribunal ecclesiasticum. 46. 47.*

29 *Iudex pro suspecto adductus pro parte vnius ex litigantibus respectu aliorum potest procedere, intelligitur in causa diuidua, non indiuidua, in qua suspicio procedit respectu omniũ 30. sic fuit declaratum in Regia Gubernatione Saceris in concursu creditorum 31.*

32 *Contentio pro parte vnius ex litigantibus mota super remissione causæ cæteris consortibus litis prodest 38.*

33 *Priuilegium vni ex litigantibus elargitum refunditur in omnes.*

34 *Restitutio integrum semel tantum minori est concedenda iuxta declarationem Regiæ Gubernationis, intelligitur petita, licet explicitè non imploretur, quando alio modo non poterit obtineri id, quod petitur iuxta declarationem mensæ Turritanæ 35. Nec potest impartiri, quãdo res nõ potest per potentiam physicam reduci ad suos primos terminos 36. & minori cõcessa omnibus cõsortibus litis prodest, siue sit res communis vel connexa 37.*

39 *Tenutaria potest si bona sint minoris quæ habet in tenuta implorare restitutionem in integrum ex capite minoris ætatis.*

40 *Laicus et clericus litigãs in Tribunali seculari in causa diuidua vnus est remitẽdus alius retinẽdus; idẽ in scholari, et non scholari 41. nec in conueniens nullum sequitur, vt diuersi fori personæ per suos iudices distinctè cognoscantur 42.*

48 *Exitus causæ proponitur.*

49 *Minor implorans restitutionem in integrum in causa communi cum maioribus nõ potest illam postea renuntiare in præiuditium consortiũ litis 50.*

51 *Renuntiatio in odium alterius iuris quæsiti est nulla.*

CAPVT NONVM.

1 ANTE flagellum pestis, quo anno 1652. Ciuitas Sasseris fuit affecta pendebat in tribunali Sancti Officii inter Don Matheum Pilo Sucharello dominum baroniæ de Putifigari, & Don Franciscum de Aquena familiares prædicti Sancti officii lis super redditione rationis tutelæ & vsus fructus bonorum Quirici Pilo ferrali ad fauorẽ actoris patris relicti decessit sub anno 1652. nobilis Don Franciscus de Aquena reus pulsatus in hac iuditiaria palestra ad redditionem calculi suæ administrationis, plures superstites liberos post se relinquit, in quorum numero dicitur Don Gauinus de Aquena & Pilo Regius Consiliarius in aula patrimoniali reperiebatur, & nunc feliciter reperitur in criminali, quos ad litem prosequendam in Consistorio Sancti Tribunalis, citare & conuocare curauit Don Matheus
2 Pilo. Regius Consiliarius ad insecutionem iuditii cum patre moti com-

compulſus declinauit iuriſdiſtionem ſub duplici prętextu, primus quia inueniebatur ſpeciali priuilegio ſuffultus, ad elidendam Sancti Officii iuriſdictionẽ, nempe iudicis in aula criminali, cuius virtute tãquam hæredẽ priuilegiatũ ob noxiũ haud eſſe ſectari iudiciũ cum de functo patre conatus fuit; ſecũdũs,
3 quia perempta inſtãtia huius cauſæ pro motus erat ad hoc officium per quod ſolum Excelenſſ. Prorrex iudex priuatiuè quo ad alios illius extitit conſtitutus in hoc duplici fundamẽto declinatoriam fori oppoſitam ſtabiliebat ad peremptionem inſtantiæ; & priuilegium conciliarii recurrens iuxta concordata huius regni Sardiniæ contentio pro parte dicti nob. de Aquena fuit ſuſcitata inter Regentem Regiæ Cancellariæ & Inquiſitorem, tunc erat Don Cregorius Cid de Carriazo dominus, at Sat amicus noſter, inter quos pondus rationum pro elidenda radicata Sancti officii iuriſdictione adductarum apparuit appenſum: huic paginæ illas affigam, quia nouitatem, & incidentia ab iniuria læthea defenſanda inuoluere videntur.

4 Secundum fundamentum in ſingulari ſatis & admirabili doctrina Angel. in conſ. 289. incip. *viſo facto, & ſtatutis prædictis nititur* vbi apertè docet, quod ſi poſt inſtãtiã peremptã quis ſortiatur priuilegiũ alterius fori quod tunc poterit opponere declinatoriam fori, & omnes alias exceptiones, ac ſi lis vnquam mota fuiſſet; hãc concluſ. tenet Caualc. deciſ. 10. n. 33. vol. 5. Anna ſingul. 129. vbi peremptionem inſtantiæ viribus ſcatere ad declinandum forum iuditii moti ob priuilegium ſuperueniens tenet. Magnificus ac nobilis Conſiliarius pendente hac lite & perempta illius inſtantia atteto tempore in quo dormierat, ad faſtigium officii extitit euehectus, per quod ſoliũ excelent. prorrex iudex abdicatiuèquoad alios conſtitutus fuit, quo circa poſſe à iuditio moto recedere, licet hoc non tantum cum ſuo authore, ſed cum ipſomet proprio extitiſſet actitatum opponebat nixus tot dd. placito, qui indiſtinctè declinatoriam fori ob priuilegium ſuper eueniens perempta inſtantia obicii poſſe fatentur, ſequitur Rouit. ſup. pracmat. tit. de perempt. inſt. in Rub. n. 13.

Ratio inſpirans eſt, quia lite cæpta cum defuncto, & inſtantia
5 perempta lis dicitur mortua l. 1. D. Iudic. ſolu. ibi *cum lite mortua nulla res ſit.* Cuyac. ad d. l. in lib. 71. Pauli ad edictum: dicitur ✝ lis finita, &
6 proceſſus nullus Ioan. de Amic. conſ. 32. nu. 9. Scac. in reſponſ. poſt tract. de re iudic. ſub num. 1. & 76. pereunt omnia acta ordinatoria, ac ſi lis vnquam fuiſſet mota Graf. de effectib. clericat. elect. 1. num. 291. Caſtar. deciſ. 79. Nouar. Collect. 1. num. 18. Purpurat. conſil. 47. numer 21. vbi actus ordinarios, per peremptionem inſtantiæ perire quoad effectum vt ex his in futurũ ſequi non poſſit ſententia, non vero quoad alios effectus, docet: perit
7 fide iuſſio, ✝ ac ſatiſdatio iudicatũ ſolui Theſaur. deciſ. 202. num. 12.
8 vbi fideiuſſorem de iudicatum ſoluendo liberari per peremptionem

inſtan-

infantiæ tenet ex l. 2. iudic.folui. Cum Muscat. & aliis Marin. quo-
9 tid. resol.cap.184.num.9.✝ annullatur effectus inhibitionis per iudicē appellationis interpositæ. Merlin.lib.1.controu. cap.81.num.10. Lancell.de allent. cap. 4. part.4. de attent. lit. pend. num. 520. qui effectus non solum sequitur ex per-
10 emptione ✝ instantiæ in causa cōuētionis, sed et reconuentionis quādo hæ simultaneo processu confricatæ fuere actitatæ Cicurb.decis.3. n.5. Virgil. delegit. pers. cap.32.n. 88. Ainichin.de præuent.instrum. cap.2.q.5.n.10.

11 Insuper extinguitur iurisdictio iudicis ius dicentis l.facti §. Si quis bonorum ff. ad Trebell. Crass. loco cit.num.296. Amic. cons.32. nu.9. & per consequens iudex non dicitur amplius iudex, sed persona priuata. Horat Carpan. ad statut. Mediol.cap.21. nu.108. Vic.de Franc.
12 decis.654. vbi perempta instantia litem & iurisdictionem refundi ad illum primum statum in quo initui nascentis exordio reponebatur, sicquè posse opponi declinatoriam fori, aliasque exceptiones dilatorias
13 & peremptorias ✝ tenet sequuntur Menoch. de arbitr.quest.67.nu.17. Ioseph. Ludouic. decis. lucens. 43. num.20. Surd. cons. 160. num.22. lib. 2. Archer. Regiens quæst. 21. num.13.lib.3. Ainichin.loc.cit.n.5. cum seq. vbi late Salg. de retend. bull.2. part. cap. 12. num. 60. quo circa clericus effectus post perem-
14 ptionem ✝ instantiæ poterit iniuditio radicato præuiè coram tribunali seculari declinare forum, intendereque remissionem causæ ad suum iudicem Ecclesiasticum Anna singul.126. Cost.in prax.cōuent. p.2. claus.144. num.6. Thor. in comp.decis. verb. remissio causæ ventilatæ in medio.

Ex eodem capite prouenit, quod per peremptionem instantiæ mā-
15 data ✝ procuratoria expirent l. inuictus 18.& ibi dd. C. de procurat. Petrus Tondut.de preuenct. tom. 1. cap.30. num. 9. sicut & reuocata
16 intelliguntur ✝ per lapsum quadriennii iuxta opinionem Paul. de Castro in cons. 12. tota disp. nu.7. vers. secunda ratio lib. 1. quam refert Card. Tusch. pract. conclus. to. 5. conclus.65. num. 20. quæ sub intelligēda venit concurrētibus aliis adminiculis, explicat Mant.de tac. & ambig.lib.7.cap tit.22.num.23. indistinctè Paul. de Castro placitū amplexandum venit, quando cum lapsu quadriennii concurreret vel deputatio noui procuratoris, licet non adesset reuocatio primi, vel si non appareret per actus exercitiis de mandati acceptione intra quadrienni ambitum fuit sic decisum ✝ anno 1659. per regiam
17 Sardoam Audientiam ad fauorem feractris Ioannis Baptistæ Serra Ordinis Prædicatorum & contra nob. Sebastianum Zonza Saccerensem sententiæ audientiæ motiua circa exclusionem mandati, de quo agebatur in illa lite nitebantur in lapsu quadriennii, & nō acceptatione expressa mandati, quibus concurrentibus fuit dictum intelligendum fore, & esse pro reuocato, effluxaq. quadriennii meta

non

non potuiſſe procedi virtute illius mandati.

Pro ſingulari memoriæ manda in hac materia reuocationis mandati, quod habens poteſtatem re-
18 uocandi procuratorem, nō eſt neceſſe vt expreſsè ad illius reuocationem tali poteſtate vtatur, ſufficit ſimplex deputatio noui procuratoris, per quam ipſo iure anterior reuocatus iudicatur per text. in cap. non iniuſtè de procurat. Dian. moral. tom. 10. tract. 15. reſol. 24. in fin. Salg. in labyr. cred. p. 2. cap. 23. nu. 31. & ſi cum primæuo acta fierent, iacerent vtiq. nullitatis vitio māci. pata, dūmodo pars de cōſtitutione moderni mandati certiorata appareat, quod procedit, licet ſecundus procurator deputatus mandatū ſibi iniūctum reſpueret, nihilominus
19 reuocatio primi † ſubſequitur Marin. quotid. reſol. tom. 2. cap. 174. n. 1. quæ reuocatio arridebit ſemper domino litis, licet median-
20 te iurato pacto † promiſiſſet ſe illum non reuocaturum Merlin. de pign. lib. 2 tit. 1. quęſt. 18. num. 76. ratio quia hic actus ex ſui natura reuocabilitatis adſcribitur, & nèmo ſe præſcribere legem queit, quā tranſilire non valeat; procurator
21 vero cum † poſſe ſubſtituendi aſcitus, ſemel ſubſtitutum electum reuocare haud poterit, niſi clauſula reuocandi toties quoties inuentre ſui mandati indita inueniretur. Virg. delegit perſ. c. 26. n. 77. & 78.

Fundamentum hoc poſſe declinari iuriſdictionem per priuilegiū ſuperueniens præmebat ſatis in eo tota vis prætēſæ remiſſionis & ſuſcitatæ contentionis inhærebat nec mirum cū tot dd. placita, tot aperta iura illud conſtituant; fundamentum alterum nitens in eo quod hę-
22 res priuilegiatus † non ancilletur iuditium proſequi cum ſuo authore deſuncto motum credibili aleæ adſcribitur, haud ſub firmitate inter iuris prudētiæ aſſectas reponitur, aliqui huic opinioni, quod hæres priuilegio ſuffultus obnoxius nō iaceat ad proſecutionem litis cum deſuncto motæ adhærent, quam plurimi ſub maiori pondere ratione, ac numero contrariam ſectantur in omnibus ferè tribunalibus totius orbis receptam, docentem quod iuditium vbi cæptum eſt, ibi & ſequi debeat, & quod hæres licet ſit quolibet priuilegio vallatus, veluti clericus iaceat obſtrictus radicatam litem cum de fundo inſequi ſunt tex. in l. vbi cap. 30. de Iu-
24 dic. l. cum quædam † puella ff. de iuriſdict. omni iud. etiam ſi litigās forum mutauerit lite pendente, vel hæres ſuccedens ſit diuerſi fori; ſatis eſt ad radicādam iuriſdictionem, ad legitimandum iuditium, & cogendum hęredem, ad ſectanda eadem veſtigia iudicii incepti, tempore citationis litem pertinere ad iuriſdictionem citantis l. in ambiguis 86. ʃ. non eſt nouum ff. de reg. iur. videndi Franch. deciſ. 257. Theſaur. deciſ. 177. nu. 4. Velaſc. conſult. 57. Ciurb. deciſ. 82. ex num. 11. Scatia de appellat. quęſt. 7 num. 118. Maſtrill. deciſ. 268. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 182. n. 27. Muſcatell. & alii penes Carleual de iudic. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. ſect. 7.

L quæſ.

quæst.6.num.618.Thoro cum infinit.in suplem. verbo remissio causæ petita, & verbo remissio causæ ventilata & p.3. sect. 3. in Comp. vbi remissio causæ alicuius subditi Salg. de relent bull.p.2. ca.12.n.68.

Nec non solum remissio causæ per priuilegium superueniens litiganti vel eius hæredi erit conce-
25 denda ad tribunal diuersi fori, sed nec in eadem sphera iurisdictionis gradatim de vno tribunali ad aliud variatio iudicii haud poterit obtineri, veluti si lis fuerit cæpta cum persona non priuilegiata coram iudice ordinario, & postea miserabilitatis causa superueniat, perquam qualitatem, & priuilegiū istud adquirens neutiquam poterit variare tribunal, quia est priuilegium lite mota accrescēs. Gratian.discept. forens. cap.421.nu.22. Capiblanc. de Baron. in pracmat. 8.p. 1.num.317. Scatia de appellat. quęst.7. num.133. Carleual. de iudic.loc.cit. num.625.& 636. nouar. delect.for.sect.2.quæst.20. ex n. 1. Videmus hinc quod quādo minor
26 venit ad litem † post mortem patris vel alterius, cuius hæres efficitur, si ille, qui antea erat in causa omissit labi tempore probationum, non poterit minor vti beneficio restitutionis in integrum ex priuilegio minoris ętatis, tum quia læsio in suo tempore nō contingit, tum quia hoc priuilegium superuenit lite mota, quod vires suas haud porrigit ad antea peracta. S. Emilius Largianus ff. de minor. Barsin. decis. 107. nu.32. cum Franch. Afflict. Fontanell. decis. 111.n.8.

Contentio hæc haud concordata fuit, prout ferè in omnibus contentionibus Magno cum dispendio
27 partium contingit, † quod remediū infligendum extorquet virtute concordatorum regni deuoluta fuit ad suprema tribunalia Aragoniæ & supremę, inquisitionis generalis, qua pēdente respectu vnius hæredis priuilegiati, Don Matheus Pilo aduersus coheredes litem insequutus fuit pulsans illos ad redditionem rationis suæ tutelæ, sed hi pulsati ratione indiuiduitatis iudicii ad contentionis asylum sesse contulerunt, dicebant iuditium tutelæ esse indiuiduum, sicque contē-
28 ctionem motam † pro parte vnius ex litigantibus, consortibus litis prodesse, & priuilegium vnius refundi in commodum omnium, procedere autumo argumentum, nam tutelæ iudicium dicitur & est indiuiduum, nullam recipiens diuisionem, causam continens, omninò connexam, inseparabilem, & indiuisibilem l.cum actum 18. & ibi glos. in Verbo possit in fin. de negot. gest. l. 1. & 2. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eatur. l. nulli. C. de iudic. cap.pertuas. de arbit.exornant. Bouad. in polit. lib.2.cap. 17. à nu.90. Gutierr. practicar. quæst. lib.1. quæst.6. Mastrill. decis.269. Castill. controuers. cap. 165. à nu. 47.tom.6.Salgad.in tract. de trent. bullar.p.2.c.14.n.12.Petrus Tōdut. de præuenct. p. 2. cap. 15. num.5. vbi plures tutores debere habere vnum iudicem & vnum notarium affirmat.

Obserua in hac materia conne-

xionis

xionis causæ & concursus pluriū litis consortium, quod quando sunt plures consortes eiusdem litis, &
29 per vnum ex illis iudex fuit pro suspecto adductus, quod tunc causa diuiditur, & per iudicem non suspectum causa cuiuslibet cognoscitur iuxt. cons. Alex. 74. num. 6. versicul. *nec obstat*, vbi dicit, quod si vnus ex litis consortibus recusauit iudicem, alius non poterit contra vnum iudicare, & contra alium in causa supersedere iuxt. tex. in l. nō idcirco ff. de iudic. militat hæc
30 doctrina in iudiciis diuiduis, secus in indiuiduis quæ separationem non recipiunt, veluti mixtis, & iudicii concursus creditorum, prout docet lato Calamo Salgad. in labyrint. p. 1. cap. 6. vbi cum infinitis tenet concursum creditorum esse iudicium indiuiduum, in quibus omnibus, si iudex per vnum ex litigantibus fuerit recusatus debet se abstinere à cognitione totius
31 causæ ratione cōnexionis, & indiuiduitatis illius Tondut. loc. cit. n. 1. & 2. fuit sic an. 1657. obseruatū in Tribunali Regiæ gubernationis, vbi assessor in ciuilibus Don Franciscus Martines in quodam concursu creditor. fuit pro suspecto allegatus pro parte Don Petri de Lytala opidi de Nului, & cum suspicionem procedere fuerit declaratum à cognitione totius causæ respectu aliorum creditorum extitit interdictus.

Et quod cōtentio mota pro partē cōsortis priuilegiati cæteris eiusdem litis consortibus pro sit, & suū priuilegium arrideat probat mihi
32 singulariter Bart. in l. vnic. num. 7. C. si in com. ead. caus. vbi eo ipso, quod vnus exlitigātibus petiit beneficium & illud obtinuit statim consortibus communicatur l. 1. C. de consort. eiusd. lit. Trentacinque Var. vol. 1. lib. 2. cap. de muner. resol. 5. Mastrill. decis. 42. ex nu. 8. par. 1. Surd. decis. 301. Gutier. prac. quæst. lib. 1. quæst. 67. & fuisse de-
33 cisum in collaterali Cōsilio, quod priuilegium & beneficium cōcessum vni ex litigantibus, omnibus consortibus litis prosit refert Afflict. decis. 110. & 213. Fontan. decis. 111. num. 2. Ramon. cons. 41. num. 3. Sperel. decis. 19. num. 21. 23. 29. & seq. cum pluribus laudatis Giurb. obseruat. 74. num. 7. vbi per tex. in l. fin. C. de duob. reis probat debitorem vnum ex pluribus reis debendi cōuenientem iterrūpere præscriptionem, hancq. prodesse aliis credēdi correis. Sequuntur Montan. controuers. 79. num. 1. Capic. Latro. decis. 79. num. 5. to. 1. Franc. Mar. de prato. practic. obser. cap. 52. n. 12.

Exemplum habemus in restitutione in integrum, quæ tantum concedenda est minori semel in
34 quolibet articulo vt fuit declaratū in Regia Gubernatione Sassaris anno 1656. inter claram Romanella, & Dominicū Bruno actuario Imponti iuxta doctrinam Rip. obseruat. 331. Cabed. decis. 200. n. 4. Fontan. decis. 108. nu. 10. Cyar-
35 lin. cap. 215. & intelligitur petita, etiam si non fuerit dictum per viā restitutionis in integrum expressis verbis, quando alia via non potest

competere id quod petitur ad impugnandum aliquid, vt fuit in mensa Turritana per me declaratum hoc presenti anno 1662. ad fauorem illustris capituli Turritani, & in odium doctoris Don Gauini Paliacho Amogano aduocati sat perdocti, concessi dicto capitulo restitutionem in integrum licet expressè non petitam ad probandum post dedicita testificata, cum non possit per aliam viam ei concedi nouam testium probatio, quam efflagitabat actuario Rustigacho; & est doctrina singularis Franc. Mar. de prato. practic. obseruat.
36 cap. 88. nu. 15. denegatur ✝ vero restitutio in integrum, quando res non est integra, & nō potest reduci ad pristinos terminos, etiā respectu eius contra quem petitur restitutio. fuit sic decisum anno 1660 per regiam Audientiā ad fauorem Ioannis Andreæ Lauaña & cōtra Petrum Franciscum Cauaña Ciuitatis Alguerii, cui circa læsionē, quam adducebat fuit negata restitutio sub prætextu quod res ad terminos antiquos per potētiam physicam non poterat reduci est doctrina desumpta ex l. quod si minor 24. ʃƒ. sceuola. de minor. cum Grauet. Magont. & aliis. Ciriac. cōtrou. 404. num. 3. in materia igitur restitutionis in integrum in causa communi ✝ si minori concedatur
37 maiori cōsorti litis prodest. Ferrer. obseruat. 480. num. 3. Cancer. Var. par. 2. cap. 1. n. 231. quod procedit siue causa sit diuidua, siue indiuidua Mastrill. decis. 42. Fontan. decis. 111. num. 2. & decis. 112. nu. 3. Ripoll. var. cap. 5. de dilat. nu. 208. & cęteri dd. sup. cit. Sperel. decis. 19. num. 35.

Conferentia super puncto iurisdictionis in ordine ad remissionē causæ petitā ad Tribunal Regium pro parte regii Conciliarii Correii in iudicio moto redditionis calculi
38 tutelæ causam indiuiduam & cōmunem percutiebat, ratione cuius communitatis, licet deficeret ratio connnexionis omnes litis consortes debet terminare & comprehendere; esset enim magnum inconueniens, vt hæredum tutoris diuersus esset iudex & sub diuerso Marte computa tutelæ dispungerentur, maximè, qnod ratione communitatis, consortes litis priuilegio consortis priuilegiati vtiqueunt pro vt vtitur tenutaria bonorum pupilli si in iudicio læsa inueniatur, si hęres esset minor vigintiquinque annorum, tunc poterit ad restitutio-
39 nis in integra beneficium recurrere ex capite minoris ætatis hæredis, cuius bona retinet ratione tenutæ in communione, & pro indiuiso ab illis bonorum minoris possessæ Fontanel. dicta decis. 111. n. 27.

Dicebat Don Matheus Pilo causam hæredum esse retinendam in Tribunali Sancti officii vbi radi-
40 cata pluribus annis inueniebatur, & consortis, qui perempta instātia priuilegium exemptionis obtinuit, & suscitauit contentionem remittendam ad Tribunal Regiæ audientiæ, prout quando clericus & laicus coram iudice seculari litigāt & tanquam correy ad idem iudicium pulsantur, quo casu laicus esset

ſet retinendus & retinendus Eccleſiaſticus, ex deciſis per Gramat. deciſ. 21. num. 9. Capic. deciſ. 197. num. 7. Muſcatel. in prax. Ciul. p. 2. nu. 4. Tapia ad Conſtit. reg. Neap. deburgenſat. nu. 13. Thor. in comp. par. 1. lit. c. verb. clericus litigãs pag. 96. col. 1. in fin. dũmodo cauſa diuidua ſit vt infra rurſus ſi ſcolaris & non ſcolaris conueniatur nõ ſcolaris nõ habet priuilegiũ fori propter ſcolarẽ vt reſpondet Bald. conſ. 370. circa fin. vol. 5. ſequitur Vr-

41 ſil. ad Afflict. deciſ. 213. num. 9. ergo iſti cohæredes propter priuilegium fori cohęredis eo gaudere nõ poſſe videbatur, quin imo diuiſio cauſæ pro parte actoris obſtata impatienda erat, & perſona non priuilegiata retineri, & priuilegio declinatoriæ ſuffulſus remitti ſic Thor. in comp. deciſ. p. 1. litt. p. Verbo perſonæ priuilegiatæ pag. 397. col. 2.

Corroboratur obiectio hæc quia ex traditis per nos in diſert. 25. nu. 21. cum Petro Tondut. de præuent. tom. 2. cap. 12. num. 34. inconue-

42 niens nullum ſequitur vt perſonæ diuerſi fori in eadem cauſa communi per ſuos iudices diſtinctè cognoſcantur, præcipuè in Regno Sardinię in quo non obſtat exceptio connexionis cauſæ Vico tit. 18. cap. 4. num. 16. nec mouebat, quod hic verſabamur in cauſa indiuidua qualis eſt iuditium redditionis rationis tutelæ in qua cauſa adeundus eſt vnus, idemque iudex l. in tribus ff. de iudic. quia huic argumento occurrebat actor,

43 quod licet hæc cauſa indiuidua in iure dicatur, conuexio vero indiuiduitatis in præſenti hypotheſi cohæredibus oppitulari non poterat eo quod bona hęreditaria ſibi iam pridem diuiſerant, ac pro diuiſo ea hodie rettinent, ob quam rationem, licet in indiuiduis beneficium competens litiganti, com-

44 petit etiam hęredi collitigãti, fallit tamen quando bona hæreditaria pro diuiſo retinent. Sic Afflict. deciſ. 213. nu. 4. & in conſt. Regni quæ incipit obſcuritat. num. 22. rub. de integ. reſtit. lib. 2. fol. 73. pag. 2.

Reſponſio haud hæc ſeparationem cauſę & priuilegii litis conſortis reſpectu cohæredum priuationem miniſtrauit, nam iuditium redditionis calculi tutellę prout vi-

45 diſti eſt, & dicitur indiuiduum non ſolum reſpectu tutorum, ſed etiam illorum hæredum, qui licet pro diuiſo bona hæreditaria poſſideant, nihilominus loco vnius habẽtur & coram eodem iudice ſunt cõueniendi ratione indiuiduitatis cauſæ Farinac. q. 8. num. 151. Gratian. diſcep. 641. tom. 4. num. 19. & 20. vbi dicit, quod quemadmodum cauſa reſpectu tutorũ & adminiſtratorũ, & ſimilium eſt indiuidua ita etiam erit indiuidua reſpectu hęredum, quorum ſimul cauſa apud vnum, eumdemque iudicem erit tractanda, taliter quod,

46 ſi inter hos tutoris, ſeu adminiſtratoris hæredes vnus eſſet clericus, omnium cauſa ſimul coram vno Iudice ſcilicet Eccleſiaſtico, tanquã magis digno ſit tractãda: hanc reſolut. tenet Salgad. de retent. bull. p. 2.

p.2.cap.14. num.21. Castill. tom. 6.Controuers.cap.165. sub. nu. 47. ante fin. Grassis de effect. clericat. effect.1.nu.520.Sperel. decis. 19.n. 22. cum seq.

Matheus de Afflictis pro altera parte adductus non loquitur de iudicio tutelæ, sed pro debito per se diuisibili, vnde nil mirũ se benefi-
47 ciũ minori arridens non cõmunicetur cohęredibus maioribus, post diuisionẽ hæreditatis, quo casu possessor fundi obnoxii oneri tantum dicitur dominus perse absque coniunctione alterius iurium; vnde priuilegiũ minoris cohæredis opitulari illi non poterit: minus obstabat, quod in Regno Sardiniæ non detur continẽntia causæ quia procedit in materia criminali, & causis diuiduis, nõ vero in his, quæ de sui natura sunt, & dicuntur inseparabilia; fuit decretum per illustrem Don Martinum Ximenes de Sparsa Inquisitorem regni, virũ sat laudabilem propter eximiam animi bonitatẽ & litteraturæ stẽmata quibus decoratur cõtentionẽ
48 pro parte Don Gauini de Aquena motam omnibus consortibus litis prodesse, nec illis potuisse per renuntiationẽ priuilegiati damnum inferri, sicque respectu omnium in lite supersederi, vsque ad decisionẽ contentionis, ius sit; postea ipsæ partes communi assensu à contenctione discedere, & Tribunalis iuditio se submiserunt, in quo lis insecuta extitit ex à cordii partium beneplacito.

Minus obstare visũ fuit vt fuit expressum in sententia modo rela-
49 ta renuntiatio facta per d.nob.de Aquena contentioni motæ ad suã instantiã, quia cum per illius suscitationem fuerit ius acquisitum cohæredibus & consortibus litis, non potuit huic Iuri quæsito cędi in posterum in præiudiciũ quã Cornel. probat mihi Vincen.de Franch.decis. 265. & 141. vbi si per minorẽ vigintiquinque annorum fuit in causa cõmuni cum maioribus consortibus imploranta restitutio integrum non poterit huic renuntiari postea per minorem in præiudicium maiorum consortium. Sic Muscatell. in prax. ciuil.p.6. verb. commonis num. 7. Tapia in con-
50 stit.Regni minor. de integ. restit. nim. vbi dicit: quod beneficium minori concessum prodest etiam maiori non priuilegiato litis consorti ita vt si fuerit petitũ per priuilegiatum, eoque concesso fuisset renuntiatum per ipsummet priuilegiatum, nihilominus Mayor Correus poterit se iuuari prædicto priuilegio, non obstante eius renũtiationẽ per priuilegiatũ adhibita Fontan. decis. 112.num.6. Capic. Latro.decis.79.nu.11. gyptius in addit.num.2. & est ratio, quia per
51 petitionem priuilegiati, fuit ius iã quæsitum cõsortibus litis, quos per consequens tangit † priuilegium illius per communicationem, & ideo non potest in pręiuditium illorum cędi beneficio & priuilegio illi concesso, nam renuntiatio in odium alterius cui iam fuit ius obuentum non tenet Sanfelic. decis. 213.Damaud. de renunt. cap.42.

AR-

ARGVMENTVM.

Dos promiſſa in pecunia, & ſoluta in corpore, vtrum in continenti ſoluto matrimonio debeat reſtitui, vel ſpectata anni dilatione; priuilegio huius dilationis, vtrum maritus videatur renuntiare per pactum de reſtituenda dote eadem forma, qua fuit habita, & vtrum hoc pactum, æſtimationem rerum dotalium adhibitam nõ inducere contractum emptionis, inducat, & quid ſit res æſtimanda per peritos doti aſſignetur, ęſtimatio, non vero ſequatur, vtrum, pro æſtimata debeat haberi.

SVMMARIVM.

1 *Dos conſtitui et augeri valet conſtante matrimonio.*

2 *Dos promiſſa in pecunia et ſoluta in corpore debet in pecunia reſtitui*

3 *Dotis conſtituta in pecunia et ſoluta in corpore debet in continenti fieri reſtitutio non expectata anni dilatione, et interim, quò ſit reſtitutio fructus non ad vxorem, ſed ad hæredes mariti ſpectant. 4.*

5 *Volũtas coniuncta cum poteſtate humanis actibus eſſentiam dat: debet eſſe concreta actui.*

6 *Teſtator inter diſponendũm ſi morte præuentus deceſſerit omnia per eum diſpoſita ruunt licet iam feciſſet inſtitutiones et ſubſtitutiones. 7. Licet ſolum defficeret circa diſpoſitionẽm legatorum. 8. Idem ſi teſtator dixiſſet volo condere teſtamentum, in illoque Sempronium hæredem meum inſtituere, nam voluntas actum faciendi eſt, non actus perfectus, 9. Quod etiam procedit reſpectu legatorum, & num. 10. 11. et 13.*

12 *Agenti ex teſtamento incumbit onus probandi teſtatorem in actu diſpoſuiſſe et non ſufficit probare voluiſſe diſponere.*

14 *Verbum volo iniunctum verbo infinito veluti, verbo, volo vendere, nõ eſt perfecta voluntas.*

15 *Vendere promitteus pœnas contra vendentes non incurrit ſancitas.*

16 *Eſtimatio promiſſa fundi dota lis non ſequuta, contractus emptionis non ſubſequitur, num. 21. 51. defenditur contrarium, et quod ab ipſamet lege habeatur profacta eo pratio, quod res tunc temporis habebat. 53. 56. 60. 62. 63. 64. vbi exitus cauſa recenſetur.*

17 *Scriptura non eſt de eſſentia contractus, ſi tamen agatur inter partes, vt notarius adhibeatur in contractu, ſi non ſit ſcriptura remanet nullus contractus 18. in dubio quoties ſit mentio de ſcriptura intelligitur ad eſſentiam contractus 19. et hoc etiãſi non adijciatur vt contractus aliter robur non accipiat. 20.*

22 *Contractus duplex ineſt in conſtitutione dotis ad æſtimationem nempè conſtitutionis dotis et emptionis, ſed ille refunditur in iſtam breui maun 23.*

24 *Emptio celebrata iuxta æſtimationẽ faciendam per peritos, ſi hæc non ſequatur, vel periti decedant, nullũ robur obtinet, nec ęſtimatio poterit per alios peritos fieri. 25. 27. nec antè illam acquiritur dominium. 26.*

28 *Pactum de reſtituendo dotem eodem modo, ac forma, qua fuit habita efficit*

ficit vt licet res dotales æstimentur æstimatio non inducat emptionem, nam non omnis æstimatio inducit emptionem, sed illa, quæ transfundit dominium in maritum, cum spe augmentum lucrandi, et periculo damni. 29.31. et adhibita æstimatione reputatur maritus, tanquã extraneus emptor. 30.

32 *Maritus per pactum de restituendo dotem eodem modo, ac forma, qua fuit habita censetur renuntiasse dilationi anni, quæ illi de iure indulgetur ad dotis restitutionem, ratio affertur 33. et idem diceretur si pactus esset dotem in continenti restituere 34. affertur distinctio, quando per pactum de restituenda dote eadem forma, qua habita fuit non inducatur emptio 44.48.49.50.*

35 *Æstimatio facit emptionem, licet pactũ intercedat restituendi rem, vel prædium, nisi esset facta à minore absq. decreto iudicis 36.39. Si non adest . . . . æstimatio in specie debet restitui fundus dotalis 40.41. mulier non potest repetere prædium rei dotalis, sed ipsummet fundum deficiẽte æstimatione. 43.*

37 *Minor habet legitimam personam in solutione et constitutione dotis absq. decreto iudicis 38. vbi refertur decisio Regiæ Audientiæ.*

46 *Nouatione mediante non est credibile partes à primæuo contractu voluisse recedere, & in dubio inductam fuisse non presumitur 47.*

52 *Dotis priuilegia recensetur & promissio de dote constituenda habet eosdẽ effectus, ac si realiter esset constituta 54.*

55 *Promissio de donando, habet eosdem effectus, at ipsammet donatio.*

58 *Matrimonij pacta, & conditiones sunt indissolubiles, tanquam pars matrimonij*

58 *Promissio de obligatione facienda, habet eosdem effectus, ac ipsammet obligatio, & idem est in promissione de deliberando in futurum, quę de præsenti exceptionem producit 59.*

61 *Partes si promittant adhibere decretũ in contractu, vbi non erat necessarium si non interponatur actus valebit.*

CAPVT DECIMVM.

1 FVNDVM in dotẽ adsignatum intabulis nuptialibus, in quibus constitui opportet, adhoc vt gaudeat priuilegiis fundi dotalis & vt tale possit nuncupari, taliter quod si dote in pecunia constituta, detur in solutum cnnstante matrimonio, quo tempore dos augeri, & constitui queit nouell. 97. de æqualit. dot. §. aliud quoque Ant. Fab. in C. tit. 22 si aduers dotem definit. 1. aliqua res hæc non diceretur dotalis, sicque vxori soluto matrimonio non arrideret actio ad rem insolutum traditam pro solidatione dotis promissæ, sed ad pecuniam in contractu matrimonii in dotem constitutam l. pretii causa C. de resind. vend. Corn. cons. 92. num. 8. lib. 4. Socin. Sen. cons. 64. num. 15. lib. 4. vbi quãdo dos est à principio promissa in certa quantitate & post modum vt solutioni satisfaciat, datur

tur res immobilis, quod tunc non ipſa res immobilis, ſed eius æſtimatio reſtituenda ſit, tenet Rolan. conſ. 86. num 5. lib. 4. Magon. deciſ. Lucenſ. 76. lit. A. Seraphin. deciſ. 1207. & 1332. nu. 1. Ludouiſ. deciſ. 573. num. 16. Cratian. diſcep. 38. num. 29. & 30. Trentacinq. reſol. 1. num. 3. lib. 3. de Cur. dotium Vrſel. concluſ. 68 verbo æſtimatio ex num. 1. 3. 12. Tondut. queſt 52. num. 1. Mant. de coniectur. lib. 12. tit. 28. num. 5. cum Honded. Menoch. Beltram. & pluribus aliis Andreot. controuerſ. to. 2. cap. 130. num. 1. qua hypotheſi nempe dotis promiſſæ in pecunia, & ſolutæ ſeu conuerſæ in corpora ſoluto matrimonio debet fieri in continenti reſtitutio nõ expectata anni dila-

3 tione, ✝ prout ſit bonorum immobiliũ Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 3. par. 11. num. 9. Ant. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 8. de rei. vxor. act. definit. 7. ratio: quia in materia dotis, ſolum ad illius conſtitutionem, & non ſolutionem habetur reſpectus, & cum quantitas in promiſſione interceſſerit, licet corpus in ſolutione interueniat, hoc tanquam quantitas debet reputari illius regulis, dirigit & norma calculari, quapropter fructus bonorũ ſic in ſolutum datorum, ſoluto matrimonio, non ad vxorem, ſed ad maritum, vel ad illius hęredes ſpectant. addent. ad burat. deciſ. 361. Amat. var. reſol. cap. 49. num. 10. Petrus Tondut. tom. 1. qq. regal. q. 52. n. 4. fundum itaq. nomine dotis ſignatum, & æſtimandum per peritos, ſi cũ effectu æſtimationi non ſupponatur, haberi pro non æſtimato ſuadetur primo, quia conſtitutio fundi ad ęſtimationem, ſi hæc cum effectu non ſequatur, inducit ſolum meram & imperfectã voluntatem actum cõficiendi, quæ potens haud cõſtituitur ad productionem effectus, voluntas enim, quæ coniuncta cum poteſtate humanis actibus eſſentiam dat, vt aſſerunt phyloſophi, debet eſſe concreta actui, qui perfici debet, alias tantum diſtat fuiſſe, aut concepiſſe, quantum perfectum ab imperfecto l. ſi repetendi C. de cond. ob cauſ. Rim. Iun. conſ. 412. num. 38. lib. 4. Decian. conſil. 74. num. 79. lib. 2. Hond. conſ. 46. nu. 36. verſ. voluntas, quæ non tranſiuit in diſpoſitionem non ſpectatur lib. 2. Magon. deciſ. Lucen. 82. num. 23. Exemplum ad manus nobis obiicitur inter cuius diſpoſitionem ſi perfecta non eſt, & in eſſe ſuo repoſita nullius momenti conſtituitur; procedit hęc reſolutio, & dicitur imperfecta teſtantis voluntas, quando inter diſponendum morte præuentus, quin claudat teſtamentariam tabellam, claudit ſuum extremum diem, quo caſu omnia per eum diſpoſita in totum ruunt, etiam ſi iam feciſſet inſtitutiones & ſubſtitutiones, & ſolum circa legata verſaretur Cephal. cõſil. 294. num. 10. Marta de ſuceſ. legal. part. 4. quæſt. 1. art. 7. num. 1. verſ. quando teſtator inſtituit hæredem ſuum, & fecerit aliqua legata, quia alia facere deſtinauerat, morte præuentus, complere non poteſt tunc totum teſtamentũ Cor. ruit. Iul. Clar. §. teſtamentum q. 9. num. 2. vbi ait: teſtamentũ non

esse perfectum, quãdo testator, post iam scriptam hæredis institutionẽ & substitutionem facturus erat legata, si morte præuentus illa non dispsuit, totum testamentum Cadit Vasq. de succes. lib. 3. p. 22. limit. 11. num. 7. versic. morte præuentus Franc. Barri de testam. lib. 10. tit. 15. sub num. 1. vers. quando iam scripta hæredis institutione & substitutione facturus legata, & cum legare vellet morte fuit interceptus, nam tunc nulla ex parte valebit testamentum Sesse. decis. 420. tom. 4. Paul. de Rubeus pract. resol. de test. cap. 9. n. 454.

Adest etiam imperfecta voluntas in testatore, & sic executioni nõ mandanda ex defectu insanabili & intrinseco voluntatis, quãdo solum dicit volo instituere, quę verba sonant potentiam actum conficiendi non vero actum constitutum & cõsumatum, sicut & etiam si dixisset volo condere vltimum meum elogium, in illoque Sempronium instituere hęredem, per quæ verba actum celebrandi volũtas, & votum deducitur, nõ vero in concreto effectus reponitur, quo nõ in esse locato, dicitur voluntas imperfecta, viribus destituta ad productionem effectus Sic. cum aliis Menoch. de arbitr. cap. 496. n. 22.

10 est celebre cons. Oldr. circa hanc materiam, ✝ quod est in ordine 119. vbi loquitur in materia piæ causæ & figurat hypotesim, in qua testator duos testes vocauit & quẽdam clericum, à quo scribi fecit sua bona, in quibus hęredes sibi assignauit pauperes Christi, & plurima legata mandauit & cum testes rogaret vt apud tabellionem voluntas hęc scripturæ mãdaretur animam exalauit, de quo casu cõsultus Oldr. super valore testamenti, respondit: hoc non valere ex defectu voluutatis, quia non videbatur perfecta, tanquam non redacta ad vltimam lineam dispositionis, & sic solnm voluntas præparatoria testamenti, & præparatio ad testandum per illum fuit dicta. Sequuntur Oldrad. Couarr. in repet cap. relatum el prim. nu. 9. versic. vt pietatis causa, & est ratio, quia

11 testamẽti forma ✝ essentialis & testantis perfectæ voluntatis constitutio consistit in puncto indiuisibili, & in vltima littera conclusiua, sicuti in baptismate, & aliis Sacramentis, quapropter non sufficit agenti ex testamẽto asserere, quod testator volebat aliquid relinque-

12 re, aut disponere, ✝ sed opus est, vt doceat ipsum testatorem actualiter voluisse, & quod eius dispositio perfecta extiterit, & extremam dispositionis lineã attingerit, alias nullius erit momenti, & roboris in totum. Docet hanc conclus. latè antiquorũ, nomine suppresso Greg. 15 decis. 247. num. 18. Castril. lib. 4. controuers. cap. 21. cũ Gam. Mant. & aliis Pasq. de virib. patr. potest.

13 part. 2. cap. 8. num. 68. Amat. var. resol. cap. 8. num. 18. Rubr. de testam. cap. 7. ex num. 224. cap. latr. decis. 7. ex num. 13. & decis. 140. n. 15. Paul. Staphan. resol. 69. nu. 43. Hodier. controu. 35. lib. 1. nu. 63. Ioan. à Sande decis. Cur. Frisiæ 5. de testam. & codicill

Conclusio hæc non solum militat in dispositionibus finalibus, sed & in

& in contractibus interuiuos, in quibus verbum, *volo*, iniunctum verbo infinito, veluti vendere, aut donare diſpoſitionem perfectam non inducit, niſi ſequetur in effe-
14 ctu volũtatis † operatio ad opus ad extra, quod in reuendat, vel diſponat, alias, tanquam ex voluntate imperfecta, & intra ambitum voti recluſa effectus nõ ſequẽtur l. Clodius Clodianus 97. de acquirend. hæred. l. fin. ff. qui teſtam. facere poſſ. Burat. deciſ. 199. nu. 5. Seraph. deciſ. 1079. num. 3. Molin. de ript. nupt. lib. 1. comp. 20. num. 34. nullus igitur ſequi debet effectus ex pacto & voluntate contrehentium matrimonium, vt fundus doti ſignatus ſub æſtimatione, apprętietur nõ ſequuta æſtimatione cũ pactũ hoc ſolu modo inducat volũtatem illam conſtituendi, cuius effectu nõ ſequuto dicitur, & eſt volũtas abortiua, imperfecta, & ad ſuũ eſſe non producta, ſicque abſq. robore, effectu, & operatione; hæc eſt cauſa, quia vendere promittens nõ incurrat pœnam vendentibus impoſitam eſt enim voluntas & promiſſio actum faciendi, quo non ſequuto effectus haud ſequi non
15 debet † Caſtillo controu. 3. tom 2. n. fin. Ciarlin. cap. 64. Olea de Ceſſion. iur. tit. 1. quæſt. 6. num. 8. firmatur dilucidius ratio negatiuæ aſſertionis dubii præſentis theſis, quia licet conſtitutio fundi in dotem ad æſtimationem fiendã reſpectu principalis obligationis ſit in ſe perfecta, in ordine vero ad aprætiationem faciendam importat, conditionem, nempe vt pro non æſtimato habeatur fundus nõ ſequuta æſtimatione, hicque conditionis non impletæ effectus videtur ex ipſomet contrahentium conſenſu pendere; nã eo ipſo quod prætium dotalis fundi reſtrinxerũnt ad ęſtimationem faciendam videtur, quod ſi hæc in vita cõtrahentium non fiąt, voluiſſe pęnitẽtia ductos conditioni non parere, nec perficere emptionis contractũ, qui in æſtimatione dotali imbibitur. Exemplo docemur contractus ad ſcripturam reducendi, in quo ſi partes ſint de omnibus concordes, in prætio, modo, & forma, velint tamen ad faciliorẽ probationem, cum non requiratur de eſſentia cõtractus iuxta tex. in l. contrahitur ff. de pignorib. l. public. diſpoſit. vt de eis rogetur Notarius, interim nõ ſequitur rogitu illius, partiumque conuentione non leuata in publicam ſcripturam, nec cõtractus dicitur perfectus eſt locus pœnitẽtiæ & ſi contrahentes extremum clauderent diem conuentio nullius põperis eſſet eſt doctrina Iaſon. in conſ. 151. num. 3. verſ. an venditor poſſit pæniteri lib. 2. vbi ait: quod ſi partes faciãt mercatum de aliqua re in præſentia teſtium pro tanto prætio, & vtraque pars annuat & adiitiant, quod de illo leuetur inſtrumentum, hoc non confecto, vel ex obitu cuiuslibet contrahẽtis vel
18 ex pęnitentia, & receſſu à promiſſis, non dari perfectum contractũ, de cuius eſſentia per conuentionem partium fuit conſtituta ſcriptura Franc. Becci in addit. lit. 6. vbi tenet adhibito conſenſu contrahentium pacta reducendi ad ſcripturã antequam illa calamo tabellari

mandentur locum esse pęnitentiæ, contractum non esse perfectum, nec consumatum est comunissima opinio sectantur illam Afflict. decis. 39. num.4. Vasq. illustr. lib.1. cap.24.in fin.Parlad.Rer.quot. li.2. cap.3.num.47. Mart. de tacit. lib. 1.tit.10.sub num.13. §. fin. Cam. decis.207. num.7.Paul.Rub. prac. resol.de testam.latissimè cap. 8. ex num.293.

Et in dubio quotiescumque sit per contrahentes mensio de scriptura præsumitur illã † velle adhibe-
19 re ad essentiam contractus, & quod possit recedere ab illo ante celebrationem instrumenti, tanquam ab contractu non perfecto & consumato sic Cancer.var.part.1.cap.13 de empti.num.10. Guttier. practicarum lib. 3. quæst. 95. num. 12. Fab. in cod. lib.4.tit.16. de fid. inplor. diffinit.14.& hoc etiamsi nõ adiungatur vt contractus aliter robur nõ sortiatur,quia,eo ipso, quod mentio sit de scriptura intelligitur in dubio ad perfectionem & cõsti-
20 tutiuum esse † cõtractus Phœbus decis.99. nu. 3. Castill. controuers. cap.26.tom.3. num.17.Gom. var. tom.2. cap. 2.num.27. Larca allegat. fiscal. 88. num.15.tom.2.

Ratio hæc eadem coalescit in dubio propositi casus,nam ideo cõtrahentes queunt resilire à contractu ante leuatum instrumentum,
21 & si decesserit † quilibet ex eis, nõ datur actus consumatus, quia leuatio instrumenti fuit apposita pro conditione ad complementum cõtractus,vel explicitè, vel implicitè in dubio ex præsũptione legis, igitur idem fateri opportet in pacto apposito in tabulis nuptialibus de æstimando fundum dotalem per peritos, quæ appretiatio conditio est de mutando & transfundendo contractum dotis constitutæ in emptionem, quæ ex æstimatione deducitur, cum ergo non extiterit confecta æstimatio ex conseusu tacito vel expresso partium in vita contrahentium dicitur non purificata conditio, & nõ concreta actui earu voluntas,quæ dicebatur pendere ex æstimatione conficienda, & actus consumatus non remansit nõ sequuta appretiatione stipulata respectu emptionis, licet remãserit respectu cõstitutionis dotis,nã in stipulatione dotis ad ęstimationẽ duo contractus inhærent, quorum vnus ex primitur,nempe constitu-
22 tionis dotis; † & alter supprimitur nempe emptionis ęstimationis cõcipiendæ Surd. decis. 35. num.10. Molin. de ript. nupt. lib.3. cap.57. num. 8. duo tamen hi contractus diuerso tempore computantur, & oculo intellectus delineantur, si ad vnum coalescunt per subsequutam appretiationem, tunc solum emptionis contractus præualet, in quem veluti breui manu dotalis conuentio transfunditur l. 35. fin.
23 de dunat. † inter Barbos. in læstimatis num.1. soluto metrim. Neuis. in Sylu. nupt. lib. 2. num. 69. Ioan. Philip. respons 45. num. 23. & respons. 18. num.36.quæ omnia rectè concludunt, non subsequuta æstimatione, non adesse voluntatẽ consumatam circa hunc actũ conficiendum, sed solum voluntatem

de

de celebratione illius, non adesse purificationem coditionis emptionis contractum per venditionem conficiendæ, & insuper non remanere ipsummet cõtractum emptionis confectum, cum solum per æstimationem de facto & non stipulata celebretur.

Fauet à primo huic conatui tex. in l. fin. C. de contrahend. emptio vbi habetur, quod si vẽditio extiterit celebrata
24 † sub pacto quod res ęstimetur per peritos in ventre cõtractus ex consensu partium deputatos, & nulla apprætiatio subsequatur, vel æstimatores decedant, quod venditio corruit & æstimatio per alios peritos haud cõfici, queit, quem tex. multum celebrat Nicol. Moro. in tract. de treg. & pac. p. 1. q. 73. num. 27. Cefal sequitur cons. 10. vol. 1. Simon. de Pretis cons. 6. num. 16. Barbos. in collect. ad dictum text. num. 6. Pichard. §. pretium nu. 39. Inst. de empt. & vend. Mant. lib. 4. tit. 19. nu. 36. de tact. vbi omnes fatentur celebratã emptionem ad æstimationẽ per personam per illos electam faciẽdam hac non confecta, vel perito electo
25 decedente corruere contractũ, antequam ęstimationem dominium in emptorem non transfertur, prout ante mensurã, quando ad mensurationem fuit venditio celebrata l. quod sæpe §. in his de contra. empt. Ganauer. cons. 2. n. 130. quæ
26 conclusio † ęquiori pondere amplexabilis constituitur, quando ante purificationem conditionis æstimationis faciendæ, partes ipsæ vel quęlibet illarum vitam cum morte commutat, quia tunc re integra, non solum resoluitur contractus ex
27 defectu non ad implementi, sed partes essentiales † contractus, nẽpe ipsi met contrahentes resoluuntur in puluerem, & dissoluunt ab humanis vinculis, tenet Hodier. ad Surd. decis. 82. num. 1.

Accedebat ad non admittẽdam fundi dotalis æstimationem & effectus illius pactum appositum à
28 partibus, quod restitueretur dos eodem modo, & forma, qua fuit tradita & habita, per quod pactũ res doti tradita restituenda venit, & æstimatio non facit emptionem tex. in l. cum post. 70. §. cum res ff. de iur. dot. vbi si pactum interueniat de restituendo dotales res eodẽ modo, ac forma, qua fuere constitutæ æstimatio emptionem non impor-
29 tat, & † soluto matrimonio, dos prout tradita fuit debet restitui sic Corn. cons. 15. per tot. lib. 2. Tob. cons. 52. n. 5. Natt. cons. 650. vol. 4. & est ratio, quia nõ omnis æstimatio emptionem inducit, potest adhi-
30 beri ad sciendum valorem rei & calculandam quantitatẽ dotis constitutæ, solum appræstiatio, quæ adhibetur animo transferendi dominium in maritum cum transfusione periculi, & spe augmentum fu-
31 turum † lucrandi, sortitur venditionis effectus: ęstimatio, quo casu tam rigorosè contractum venditionis inducit, vt maritus respectu rei æstimatæ nõ pro marito, sed pro persona extranea reputetur Gam. decis. 71. num. 5. Ant. Fab. de errorib. prag. decad. 8. err. 6. & explicat Couar. cap. 28. num. 3. pract. qq.

Ric.

Ric.col.829.Mant. de tacit. tit. 28. num.11.lib.2. Rot.Roman.diuers. decis.136.& decis.157.part.2. Gratian.discept. Forens. cap.38. & cap. 489. num. 2. & 3. Faber. in Cod. tit.de iur. dot. diffinit.44. Font. de pact. nupt. Claus.5.glos.8.p. 13. n. 7.Mol.de ript.nupt.lib.3.quæst.57. num.16.Ludouis.decis.573.num.5 & ibi Beltra.num.16. Magon. decis.2.Lucen. nu.6. Castill.decis.21. num.3.& 4. & decis.74. & num.15 Thoro. voto 74. nu.58. Ant. Quesada diuers. qq. iur. cap.14. nu.27. Alphons. Aluares guerrero in lib. de administr. iust. part. 1.reg. 15. Damaud. de renuntiat. cap. 28. num.25.

Per quod pactum restituẽdi dotem eodem modo, ac forma, qua fuit habita censetur per maritum renuntiari dilationi anni, quæ soluto matrimonio ad illius restitutionem illi indulgetur per text. in l. vnic. §. exactio. C. de rei vxor.
32 action.sic Boer. cons.50. ex nu. 18. vbi affirmatiuam opinionem amplexatur quod perdat maritus priuilegium dilationis anni per istud pactum circa dotis restitutionem, quam illico tenetur restituere absque aliqua mora virtute perfecti pacti de restituenda dote eo modo, ac forma, qua fuit stipulata Font.
33 de pact. † claus. 7. glos.3. part. 10. num.12.& ratio est,quia pactum hoc operatur, vt eodem modo, quo fuit dos soluta restituatur in continenti,quæ obligatio cum repugnet ex diametro moratorio priuilegio viris à lege impertito, & non possint ambo coalescere simultaneo
34 concursu,† ideo introductio vnius debet esse expulsio alterius,& idem operatur promissio hac forma concepta, vt si diceretur dotem in continenti restituendam fore, quam obligationem si Maritus conficeret nẽpe dotẽ restituendi in continenti virtute pacti obnoxius iaceret ad restitutionem illico dotis, & videretur se abdicare ab anni dilationis priuilegio sic Guttier. de matrim. cap.108. num.17. Barbos. in l. 1.7. part. num. 34. fol. 289. solut matr. Damaudeus de renunt. cap. 28. num.40.

Sed si pactum subalternatiua forma conciperetur præuiè adhibi-
35 ta æstimatione, nempè quod res, vel æstimatio eius restituenda sit, tunc æstimatio induceret emptionẽ nisi esset facta dotis constitutio à minore absq. decreto iudicis qua hypotesi emptio ex æstimatione nõ sequeretur. Ripoll. var. cap. 10. ex num. 91. quia licet minor habeat
36 personam legitimam ad dotis solutionem & constitutionem, & hoc iuxta opinionem communem absque decreto iudicis, non obstante qualibet lege municipali prohibitoria contractuum minorum absque decreto iudicis, quæ causam dotis non comprehendit Bald. nouel. de tot.part. 6.priuil.58.& 60.n. 1.& 2.Gabriel. cons.20. nu.10. vol. 2.Gratian.decis.95.num.5. Barsin. decis.74.num. 4. Thoro vot. 58 .n.
37 86. par. 2.Cyriac.controu. 508. n. 7. vt fuit decisum iuxta hanc opinionem per regiam nostram audientiã anno 1660.& 1661.contra Dominicũ Anrigo ciuitatis Sasseris

38 ris per tex. in l.fin.C.ad Velleyan. quæ præcipuè procedit in minore, qui ad dotis conſtitutionem de iure tenetur Thomat. deciſ. 72.

Pacto igitur appoſito de reſtituendo ęſtimatione fundi dotalis, vel ipſummet fundũ, maritus dominus remanet, & vt ſic poterit illam alienare,& eius æſtimationem
39 ſoluto matrimonio ✝ reſtituere ex text. in l quod ſi fundus 11. ff. de fundo dotali reſoluunt Iurb. ad cõſu.Meſſan. cap. 15.gloſ. 1. num. 23. Hermoſill. in l. 22.tit. 5.part. 5. à nu. 14. Fab. Capic. Galeot. lib. 2. cont. 40.nu. 10. ſecus ſi non adeſſet hæc promiſſio alternatiua, quia ſi fundus non eſſet ęſtimatus præcisè hic reſtitui opportet in eadem ſpetie
40 l. dotale præiudium, de fund. dot. l.vnic. §. cum lex Iulia C. de rei vxor. action. Mant.de tac. lib. 2.tit. 28.nu. 1. Font. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 13. num. 17. Ant. diuerſ. quæſt. iur. cap. 14. num. 25. & 27. & ſi æſtimatio adeſſet,cum id, quod operatur emptio, illa operetur,quia maritus,qui res æſtimatas dotales acccepit, eas emiſſe cẽſetur l. æſtimatæ l. æſtimatio de iur.
41 dot.niſi maritus ✝ eſſet factus non ſoluendo:cũ infinitis Giſarel. deciſ. 1.n.42.Galeot.n.8.itaq; ſi interuenit
42 ęſtimatio, prętium ſolum reſtitui debet l.quoties C.de iur.dot.l.ex cõuentione C. de pact. l. 1. §. ęſtimatorũ & §.æſtimatæ C.de rei.vxor. action.Surd. conſ.225.n.2Font. dicta clauſ. 5.p.13.Ludouiſ.deciſ.573. Leon. deciſ. Valent.37.ex n.22.lib. 1.Thor. vot. 74. nu. 58. Hermoſill. lo.cit. Caſtil.de vſufruct.cap.4.n.7 Marin. quot. reſol. cap.91. in quibus caſibus, nec mulier poterit re-
43 petere prætiũ ✝ rei dotalis, quãdo non fuit æſtimata, & ſi fuit, non poterunt hæredes mariti offerre illius reſtitutionem, ſed indiſtinctis ad prætii refuſionem obnoxii iacebũt, cum aliis Leotard. de vſur. quæſt. 79. à num. 53. Olea deceſſio iur. tit. 5. qu. 12. num. 5. Theodoſ. Rub. ſing.tom. 1. ad plat. deciſ. 91.

Fundamenta hæc hic appen-
44 ſa, & pro parte victa allucinata valdè vrgebant, repulſam tamen fuere paſſa in caſu, quem referam, antequam primæuis rationibus ſatisfaciam opere prętium duco dubium pro pecunctatum, vtrum per pactum de reſtituenda dote eadem forma & modo, quo fuit habita, non obſtante æſtimatione illius, adſit obligatio de reſtituenda æſtimatione reſoluere: pro cuius enucleatione ſuppono cum Barboſ. in l. ſi ęſtimatis num. 31. ſol.matr.dupliciter poſſe celebrari pactum hoc vel promittendo reſtituere dotem eodem modo,ac forma qua fuit habita, vel res dotales ſub hac eadem ſtipulatione:ſi interueniat pactum, poſtquam fuere res doti traditæ ap, prętiationi ſuppoſitæ, de reſtituenda dote eodem modo,ac forma,qua
45 fuit ſoluta, ✝ tunc per iſtud pactũ non videtur reſiliri à primęuo contractu emptionis, quæ imbibitur in ventre æſtimationis,ſed ſolum dotis reſtitutio videtur promiſſa, quæ verba haud repugnantiam ãtrahũt circa pactum de reſtitutione conficiẽda dotis eadem forma qua ſtipulata extitit. Benè germanari queunt verba dos & æſtimatio cum idem ſonent inter ſe figurata

rata hypotesi & sic ob noxium se constituens ad restitutionem dotis, sub eodem modo quo fuit stipulata satisfit appraetiationem illius restituens, quae in dotem fuit transfusa, breui manu mediante emptionis contractu, & ly verba *eodem modo, ac forma* coalescunt habito respectu ad aestimationẽ adhibitam, ad quam verba ly *eodem modo, ac forma* intentio contrahen-
46 tium, & nomen dotis diriguntur, nec est credibile partes à primo cõtractu mediante nouatione voluisse recedere Font. de pact. claus. 5. glos. 8. p. 13. nu. 37. quin imo quotiescumque ad excludendam nouationẽ aliqua coniectura ample-
47 xabilis constituitur, ✝ dum partes expressè illam non inducant amplecti opportet Amat variar. resol. lib. 2. cap. 57. nu. 16. Castill. tom. 2. controuers. 155. sub nu. 6. Arias de mesa var. l. 2. c. 13. n. 7. Salgad. in labyrint. cred. p. 3. cap. 11. n. 89.

Secũdo casu quãdo fit post celebratam aestimationem per maritũ obligatio, dotales res restituendi eodem modo, ac forma, qua fuere
48 traditae tunc ✝ saluari haud possunt, nec germanari verba haec *eodem modo ac forma*, cum restitutione aestimationis, repugnant inter se pretiũ & res, sicque, quando pactũ hoc interuenit de restituendo dotales res eodem modo ac forma, qua fuere traditae tunc nec aestimatio inducit emptionem, nec maritus satisfacit illam restituendo, sed omnimodo virtute pacti obnoxius redditur ad restitutionem in specie rerum dotalium hanc distinctionẽ
49 Barbos. sequuntur Font. ✝ Claus. 5. glos. 8. p. 13. à nu. 31. Couar. pract. cap. 28. num. 4. vers. tertio colligitur Surd. cons. 330. num. 25. lib. 3. Castill. decis. 21. num. 3. promissio, quae adhibita fuit nostro casu non erat simpliciter restituendi res dotales sub eadem forma, qua extitere solutae dotis restitutionis solum maritus debitorem sub eadem forma qua extitit stipulata, post quam iam praecesserat illius aestimatio se constituit, cui promissioni per restitutionem aestimationis, cum hęc nomine dotis contineatur rectè satisfacere valuit, nec praecisè obstringebatur, ad restitutionem in specie fundorum dotalium, quorũ mediante ęstimatione constitutus extiterat dominus; quo si restituere promisisset, licet praecederet eorum aestimatio, absque dubio iuxta distinctionem oppositam iaceret oastrictus pacto succumbere, & ad specificam dotis restitutionem sic cum aliis Niger. to. 2. controu. 220. ex num. 1.

Euaquato vltimo dubio in pacto figurato nitenti, quod sat intricato nexu videbatur illud cõstringere, ad aestimationem stipulatam & pactatam per peritos fieri, non
51 tamen actui ✝ repositam cursum declinare opportet; dicebat pars altera plenis buccis prout vidisti, hac in hypothesi non dari consumatũ actum, nec voluntatatem perfectam, sed votum tantũmodo actum conficiendi, cui asilo inhaerebat, sed haud tuto pede cum ex diametro pugnet contra priuilegia dotis, quę sub immenso Oceano reponũtur.

52 tur. Vid. Giorg. Franch. Var. reſol. lib. 1. reſol. 15. Petes Magiſtrum meum Salmantinum virum omni laude ornãdum opuſc. lib. 1. cap. 2. à num. 1. Arias de Meſa. Var. lib. 2. cap. 32. Solors. de iur. indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 15. Acoſta de priuileg. credit. reg. 2. ampliat. 6. ex n. 193. particulare autem priuilegium illius eſt, vt æſtimatio promiſſa, & pactata licet non fiat habeatur pro facta ab ipſammet lege, cui ſemper ſunt omnia certa eo prætio quo res valebat tempore traditionis audi Menoch. lib. 3. de præſump. cap. 74. num. 5. hanc rem diſcutientem & diſcernentem ibi: *extenditur primo*
53 *hęc traditio, † vt locum habeat etiam quando dantur res in dotem ſine certa æſtimatione; pacto tamen expreſſo, quod res ita æſtimetur per arbitros ad id electos, atque ita dantur res in dotem æſtimata illa ęſtimatione, quę per arbitros definietur, quod ſi illi arbitri eam ęſtimationem non deffinierint, tunc cenſentur data res illę æſtimata ea æſtimatione, quę facit emptionē ad illud pretium, quod tempore traditionis res illæ iuſtè valebant, & ita dicitur fieri æſtimatio ab ipſa lege vt fauore dotis arbitris non arbitrantibus locus ſit arbitrio boni viri.*

Nec mireris ex promiſſione, quam voluntatem actum conficiēdi pars altera nuncupabat, ęſtimationem conficiendi, licet hęc non
54 ſequatur, † dimaneant omnes effectus veræ & effectiuæ æſtimationis cum in aliis caſibus idem ius ſequatur fauore dotis in conſimilibus promiſſionibus, veluti in promiſſione de dote conſtituenda, quæ eoſdem effectus ſortitur, ac ſi realiter conſtituta eſſet. Thor. tom. 1. deciſ. verb. promiſſio de cōſtituendo Olea deceſſion. iur. tit. 1. q. 6. n. 5. Cyriac. controuerſ. 329. lib. 3. in promiſſione de donando, quæ ſub iiſdem priuilegiis & effectibus reponitur, tanquam ſi defacto donatio celebraretur Surd. conſ. 457. n. 24. & conſ. 335. nu. 8. Caſan conſ.
55 10. num. 194. Merlin. controu. Foren. cent. 1. cap. 4. num. 6. maximè ſi fauore Matrimonii ſtipulatio cōcipiatur de donando, quia tunc licet nō ſubſequatur donatio, profacta reputatur à lege Font. de pact. clauſ. 6. gloſ. 3. par. 7. nu. 35. Cancer. var. to. 3. cap. 15. n. 253. & cap. 7 n. 215. Mar. Cultell. de donat. contempl matrim. to. 1. tract. 2. diſcurſ. 1. inſpect. 17. num. 34. & inſpect. 32. Olea. loc. cit.

Hoc eſt dotis peculiare priuilegium, vt in illius fauorem voluntas, & promiſſio de conficiendo actum, licet effectui non mandetur habetur à lege pro confecta, & vo-
56 voluntas, † quæ in ſe imperfecta primo viſu luſtratur ſortiatur effectus actus perfecti, quod haud procedit in teſtantis arbitrio, in quo niſi adſit voluntatis totale complementum vſque ad extremam litteram nec perfectio diſpoſitionis adeſt, nec effectum aliquem queid obtinere, cum ambulatoria ſit morientium voluntas, vſque ad vltimum ſpiritum, quæ variatio haud amplexatur in materia matrimonii, quin imo omnia, qui in eo intercedunt, tanquam pars ipſius met matrimonii, ſiue ſint pacta,

57 siue conditiones,† vel alia, sunt indepolubilia & ireuocabilia Amat. consl. 86. nu. 30. Roman. consl. 100. num. 423. Cultell. in tract. de donat. contemp. Matrim. tom. 2. discurs. 3. pract. 4. num. 23. Franc. Mari. de prat. cap. 12. discept. Forensl. nu. 23. tom. 2. Galeot. illust. cap. 30. nu. 58. tom. 2.

Aliquando idē quod dotis priuilegium ad fauorem illius, vt promissio actum faciendi inducat actum consumatum introduxit, procedit etiam in aliquibus con-

58 tractibus, signanter si quis promitit se obligaturum ad decem intra certum diem, nam die adueniente poterit conuenini, ac si de præsenti se obligasset ad circuitum euitandum prout tenet Boer. decisl. 183. num. 7. Pallad. lib. 2. rer. quot. cap. fin. 1. part. §. 11. ampliat. 6. Font. clausl. 4. glosl. 9. p. 4. num. 23. pro qua opinione conducit text. in l. fuit quæstionis ff. de acquir. hæred. ibi *idemque erit, & si non accipit, sed promissa est in pecunia*, quam sectantur Nogueroll. allegat. 31. nu. 130. Mier. 1. part. quæst. 40. num. 23. Thoro. 4. to. comp. verbo promittens se obligare circa medium ex Grat. Surd. Pont. & alii Merlin. cent. 1. controuersl. 4. nu. 20 ad longum Cartill. to. 2. controu. cap. 3.

Rursus promissio de remittendo vel liberando debitorem idem quod remissio & liberatio operatur l. si intra ff. de pact. l. si creditoris l. de fideicom. l. si non sortem §. adeo ff. de condit. in deb. & sic promissio hæc de deliberando in

59 futurum† exceptionem producti de præsenti Parl. dicta ampl. 6. n. 26. Merlin. d. cap. 4. num. 4. Matien. in lib. 6. glos. 7. num. 2. tit. 6. lib. 5. recop. Gallerat de renunciat. ib. 1. cap. 7. num. 1. Castill. lib. 2. Contro. cap. 3. num. 1.

Procedit facilius hæc resolutio, quia stipulatio æstimationis adhibendæ non est in se imperfecta voluntas, & simplex votum actū faciendi, est realiter actus consumatus apportans secum emptionis

60 contractum, & effectus omnes illius & veræ æstimationis, qui non ex actuali appretiatione, sed ex habituali seu voluntate contrahē tium illam faciendam esse pacis centium resultat, quin afficere valeat non fuisse postea sequutam, cuius defectū supplet ipsamet lex, per æstimationem legalem, & sicut quando partes ad confirmationem contractus decretum, bene placitum, Apostolicum, vel facultatem regiam adhibendam esse promittunt, nihilominus actus sustinetur, si decretum vel benepla-

61 citum de iure nō desideratur Ludou. decisl. 192. vbi Beltram Gratian. discept. 186. num. 13. Postius. decisl. 215. ex num. 12. Salgad. in labyrint. Credit. p. 2. cap. 17. ex n. 27. sic licet promissa fit æstimatio defacto cum hæc necessario nō

62 requiratur, & fat fit illa quæ de iure sancitur, inde licet actualis nō subsequatur sanatur actus mediante æstimatione legali postulanti ex partium conuentione circa adhibendam appretiationem celebrata.

Doctrinam Menoch. sequitur Font,

ſont. vbi reſpondet difficultati ex l.fin. c. de contrahen. empt. diſ-
63 punctæ in tom.2.de pact.clauſ. 5. gloſ. 8. p. 13. cum Couar. Ioſeph Ludouic. & aliis vbi legem ſuplere æſtimationem quando non fuit ſequuta, ſed promiſſa à partibus fatetur. Idem docet Laur. Vrſell. legal.concluſ. Verbo æſtimat.concluſ.68. num. 21. ibi. *amplia ſeptimo concluſionem procedere etiam ſi æſtimatio à peritis facta non fuiſſet,quia nihilominus bona cenſentur data æſtimata ſtante pacto prædicto, & illo caſu eſtimatio ſit à lege pro prętio quem tunc bona valebant de tempore dationis dotis.*

Succeſſis hic caſus anno 1656. inter Don Gauinum delitala opidi De Nulùi & hęredes defunctæ vxoris,in quo dos habita fuit ęſtimata non ſequuta æſtimatione &
64 non obſtante pacto interpoſito de dote reſtituenda ſub eadem forma, qua extiterat ſoluta Notarius cauſæ extitit Giorgius ſequi & declaratio habita in tribunali regiæ gubernationis,in gradu appellationis per Regiam Audientiam confirmata, prout de confirmatione valeo atteſtari, cum ad manus meas peruenerint litteræ executioriales ab illà expeditæ, non in memoriam ducor, quis relator fuit, & notarius, appellationis.

ARGVMENTVM

Mulier calua iugans ſe matrimonio, ſi donationem ad fauorem viri impartiatur, non obſtante Turritano ſtatuto, & lege Sardoa donationis inter coniuges prohibitoria, donatio vt remuneratoria valebit vindicatur à nota barbaritatis mos patrius in exequiis mortuorum capillos euellendi.

SVMMARIVM.

1 *Res humana tenui pendent filo*
2 *Canitium ſub ficto velamine ſupprimens, increpandus venit.*
3 *Mulieribus attribuitur ars nigricandi, & ruffandi comas.*
4 *Nullum memorabile nomen feminea in pœna eſt.*
5 *Calua mulier ſi donat viro, donatio conſtituitur remuneratoria*
6 *Capillorum viduitas inducit fœditatē, & habetur pro nuncio ad obitum.* 7. *et illorum euulsio eſt signū triſtitię* 13.
8 *Cęſar ſtuduit, anxię caluitij feditatem tegere.*
9 *Caluum alicui dicere habetur pro iniuria.*
10 *Mulier calua licet ſit pulcherrima viro placere haud poteſt*
11 *Apud plures nationes in mortuorum exequijs, pre dolore, capilli euelluntur.*
12 *Barbę in longum dimiſſio, habetur pro ſigno luctus.*
14 *Inſpicere vel palpare ſeatutum figuratę ruinę, pro maiori miſerationis incitamento deſeruit.*
15 *Mulier ſenis, ſi viro iuueni donet, valebit donatio, tanquam remuneratoria.* 18. *affertur deciſio Regię audientię ſuper hac hypotheſi habita. num.*19.
16 *Senilem amorem, turpem rem eſſe demonſtratur.*

 17 *Li-*

17 *Libidinis fomite quis estuare non potest, vt inflametur senili amore laudatur don Laurentio Sporrin, Regius consiliarius.*

21 *Donatio remuneratoria à marito uxori impartita, comunicatur inter filios primi et secundi matrimonij; et intelligitur remuneratoria, licet donator hoc non expresserit, dumodo precedat causa remunerandi. 22: quod procedit etiam in legato. 23.*

24 *Minor ex causa remunerationis potest donare absque decreto iudicis.*

CAPVT XII.

INTER causas quæ premebant, & sedulò aductæ fuere in iudiciali palestra per hæredes defuncti, viri, cuius nomen consultò supprimo, ne vxori decertãti fiam iniurius ad cotroborandam donationẽ per superstitem coniugem illi impartitam, dum in humanis ageret, apparuit, illam post celebratos hymenei amplexus inuenisse caluam, vt parietem dealbatã opposuisse; afficiebatur præuiè vxor canitie, cuius inexorabilem cicatricem sub cincinnato, & conficto capillo tegere anxia studuerat; sed
1 heu! figmentum hoc facili negocio euanuit, tenui enim inhærebat filo prout cæteræ res humanæ, de quibus Ouid. 4. de pont. elig. 2. dixit:

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu, quę valuere, ruunt.

Reffert Carolus Marant, Episcop. responf. 83. tom. 5. num. 2.

Mulier ista amore æstuans & sub ficto velamine canitiũ supprimens, vtique increpanda, & compellenda venit satyrico carmine
2 Martial. lib. 3. epigram. 43. quem adducit Cabrer. de metu lib. 2. cap. 48. num. 79.

Mentiris iuuenem tinctis lentine capilli,
Tam subito coruus, qui modo cygnus erat?

Sed ne mireris, quia muliebri sexui adscribitur figmentorum ęstuatio; vt plurimum scelerum artifex mulier constituitur, ad illaqueandum, & deliniendum homines retes parans, dicebat Senec.
3 in hypolit. illi atribuitur † cosmetica ars nigricandi, dealbandi, & rufandi comam, vt docet D. Clemens lib. 6. aduersus gentes Tyraquell. ad l. 3. Conubial. glos. 1. part. 3. num. 23. omnium malorũ fons, & origo dicitur Cabrero de metu lib. 2. cap. 16. num. 47. multa aduersus illas delineare potuissẽ eum Paulo Rubeo pract. resol. cap. 43. ex num. 43. & aliis, pręcipuè Tyraquel. l. 9. Conubial. sed tenuẽ triumphũ habeo, inuehi in illas, sicque receptui cano. audi Viril.
4 2. Æneid. † prout comemorat. Laur. Matheu. de Regim. regim. regni. Valenent. t. 2. c. 8. §. 8. n. 107.
. . . . *Nullum memorabile nomen feminea in pœna est . . . . .*

Caluities, quæ mulierem compræhensit, visa fuit adminicnlum sat forte ad constituendam dona-
5 tionem per illam ad viri fauorem conceptam remuneratoriam, in-

præ-

prætium & compensationem mariti nausæ & patientiæ adhibitæ ad tolerandem fœditatem ex caluitio prouenientem; fędatur siquidem, quælibet pulchritudo, frondis & ✝ capilli viduitate. Ouid. de arte Amand.
6

Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus
Et sine fronde fructus, & sine crine caput.

Fędatur corpus capillorum pulchritudine orbatum, & nil aliud constituitur, quam truncus absque
7 radice, laruæ simile & orco proximè mactandũ, cum capillorum priuatio, & viduitas, apud veteres Ethnicos pro certo iã & proximè ad obitũ nũcio habetur refert Ramires de Prado ad Martial. lib. 3. Eprigam. 43. in fin. qua propter cũ Regina. Dido tẽpore infælicis sui obitus inueniretur frondoso criniũ ornatu onusta, immaturè, & trucato naturæ ordine decessisse deliniat. Virg. lib. 4. Æneid.

Nam quia nec facto merita nec morte peribat
Sed misera ante diem, subitoque accensa furore,
Non dum illi flauum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, stygioque caput damnauerat orco.

Deformitas Caluitii magna est, parcant mihi huic morbo vacan-
8 tes, quam ægrè tulisse, & sub fuco capillorum tegere studuisse Cæsarem comemorat Suetonius in sui uita; prouenit hinc quod pro iniu-
9 ria reputetur ✝ aliquem dicere caluum docet Vidal de Blanes in dissensorio Clerici Hyeronimi Simeonis §. 3. & notum est illud 4. Regum cap. 2. vbi pro iniuria atroci apud Deum fuit habita dicere Prophetæ Ælisæo, *ascende calué, ascẽde calue*; quæ iniuria illata, sanguine quadraginta duorum puerorum expiata fuit, ibi, *egressi sunt duo vrsi de saltu, et lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros.*

Fęditas hęc in muliere remunerationem extorquet, & si ab ipsa, donatio viro impartiatur; non pura donatio, sed remuneratoria dici oportet, interposita in pretium tolerantiæ mariti, cui mulier calua nullo fuco capillorum adhibito, cui fas est fucis vti, non vt natiua liniamenta corrumpat, sed vt
10 occultet deformitatẽ corporis Tyraquel. l. 3. Conub. num. 40. placere neutiquam poterat, *nec ipsa venus* (verba sunt Apulei de asino. aureo) *feminarum pulcherrima ipsi Vulcano placere posset, si esset calua.* Tyraquel. ad l. 3. Conub. nu. 23. Caluitiem itaque fœditatis, deformitatisque nutriuã esse habemus, prout exempla relata nos edocent, & est videre penes Cabrer. de metu lib. 2. cap. 48. nu. 47. illamque per consequens adminiculum esse maño pondere munitum, ad legitimandam donationem inter coniuges, tanquam remuneratoriam fateri oportet.

Offertur mihi ad corroborationem huius scopi mos Patrius, licet alioquin barbarus, & gentilicus, euellendi capillos præ dolore in iustis & mortuorum exequiis; sed non tam barbarus, vt plurimi humanæ

11 manæ, & diuinæ literaturæ inopes autumant, quippe antiquis tẽporibus, communis fuit pluribus nationibus, vt habetur. Esdræ. q. 2. 10. & 39. de Romanis refert Senec. de benefic, lib. 5. cap. 6. ibi *in luctu à rebus aduersis moris esse capillum tondere.* de Asiriis comemorat. Q. Curtius lib. 3. eundem morem mortuorum exequias, cum euulsione capillorum celebrasse & retinuisse, quod accidit præcipuè in matre Darii: ibi, *laceratis crinibus humi corpus abijecit*. Ouid. huius moris est memor, dum dixit: *aspice demissos lugentis more capillos*, & si saturari cupias apud fere nationes totius orbis hũc morem adfuisse. Vide Ioan. Banclaiũ ad Argen. lib. 1. fol. 1. Cabrer. de metu lib. 2. cap. 48. num. 58, Ioan, Ludouic. de la cerda ad Virg. to. 3. li. 9. fol. 349. in verbo scisa comam. num. 21. Pancirol. de rebus memorabil. mundi tom. 1. tit. de exequiis mortuorum.

Mulieres currenti ætate etiam huic mori se acomodant, quem à barbaritate, nõ ab impietate Christiana vindico; homines vero nullactenus muliebres hos effectus præ se ferunt, barbam solum non
13 comuni, aut capillum tondunt, sed illum in longum abire in signum tristitiæ desinũt sub his signis Romani quoque defunctorum memoriam colebant, habetur intextu l. apud labeonem. §. generaliter 27. de iniur. Tito Liuio lib. 6. decad. 1. ibi *coniecto in carcerẽ Manlio Capytolino, magnam partem plebis vestem mutasse, et capillum, ac barbã promisisse in signum luctus* cum Aulo Gelio Pancirol. loc. cit.

Auulsio itaque capillorum, tri-
13 stitiæ magnum † signum indicat in mulieribus vt quia coma pro pignore præciosiori in illis reponitur, totoopere vacantibus illius concinationi, & colentibus frondentis comæ ornatum pro vnico venustatis instrumento, inter cætera speciei formam conficientia principatum obtinente affabre loquitur Plutarchus sympofiacon decad. 6. cap. item 6. vbi crinium ornatum in muliere spetiei constitutiuum esse tenet: si vero capillis nuda miserrime iaceat, vel quia tempus vorax illa abraserit, vel morbus eradicauerit, inquam putas formam recasuram? nisi in laruam, & orco mactandam? cogita nunc si donatio ab eo concepta ad fauorem miserimi viri laruæ iugati sit mera donatio, vel remuneratoria & cõpensatiua manibus tange figuratam hypothesim, & tunc stimulus rationis mariti defuncti hæredibus arridentis te edoctum reddet, & sequacem
14 illius opinionis constituet, inspicere enim, vel palpare statum figuratæ ruinæ, & maioris veritatis testimonium extorquet, & doloris, seu miserationis pro incitamento deseruit, velasq. de optim. princip. lib. 3. annot. moral. 7. Sauedra in symbol. politic. symbul. 86. Marqu. de gubernat. Cristian. lib. 1. cap. 6. §. 2.

Pari passu prouenit, quod si mulier senis, viro iuueni, vel è cõtra donet, donatio, non obstante lege

lege comuni & patria prohibitoria, primisque donationis inter coniuges, tanquam remuneratoria valebit, quia vxor senis, tunc donãs remunerat & compensat iacturam mariti & ærumnas passas ad conspectum suæ senectutis, sicque non gratis donat, nec meram
15 liberalitatem exercet, † & si cupis has erumnas lustrare interroga mulierem illam, cuius memor est Apuleius lib. 5. asini aurei querulas voces proferentem, vt quia nacta esset virum senem, & tibi illas delineabit ex quibus matrimoniis inter coniuges ætate dispares contractis multa dissona proueniunt. Capic. latro consul. 72. n. 45 nec mireris mulierem rellatam pro miserrima habita, amplexus seniles aborruisse & postergasse, quippe natura duce, nauseam alliciunt audi Catullum.

Et senis amplexus culta puella fugit.

Turpem rem appellauit Aristophanes apud Clement. Alexandrin. lib. 5. stromathon. 6. conubium inter senem, & in nubilibus annis cõstitutam initum ibi: *Turpis res inueni vxori senex vir;*
16 turpemque amorem senilem vocat Don Hieronim Altamiran. vir magnæ literaturæ in l. 1. cod. de filiis official. cap. 13. nu. 12. Quid. idem comprobat amor. 1. eleg. 9.

Qui bello est habilis Veneri quoque conuenit aetas

Turpe senex miles, turpe senilis amor.

Nec quis libidinis fomite adeò
17 æstuare queit, vt exardescat, & senis amore inflammetur. Didac. de Narbon. de ætat. ad omn. human. actus requisita anno 60. quæst. 7. num. 3. in fin. quapropter si vxor senis viro, vel vir senis vxori iuueni donet, donatio robur lucrabitur, tanquam compensatiua, & remuneratiua; quam opinionem, vti communissimam protegunt, & sectantur antiquioribus consultò omissis. DD. in l. si voluntate cod. de donat. poptor. l. si diuortio de v. obligat. Tiraquell. ad l. connub. 16. num. 29. & in l. si vnquam. 8. cod. de reuocand. donat. v. donatione largitus num. 29. & tractat. de nobilit. cap. 18. & 19. Roman. cons. 471. num. 28. lib. 4 Gratian. tom. 5. cap. 984. num. 1. Surd. consil. 471 num. 28. lib 4. Farin. in repertor. de contractib. quæst. 30. num. 12. Capic. Latro. decis. 22. n. 35. lib. 1. Merlin. lib. 2. controu. cap. 46. n. 30. Matthias Berlich. practicar. conclus. tom. 2. conclus. 15. n. 18.

Fuit sic decisũ, iuxta hanc opinionem, in Regia Sardoa Audientia anno 1660. † ad fauorem nobilis Franciscæ del Arca, cui eius maritus D. Antonius Manca, & Quasina, canescentibus annis affectus, in remunerationem iuuentutis mille scuta donauerat, quæ donatio habita fuit pro valida, non obstante Regia Pragmatica, & statuto Turritano donationis inter coniuges prohibitoriis. Sententia fuit prolata anno Domini 1659. ad fauorem D. Augustini villa Regiæ Gubernationis Assessoris, & contra D. Michaelem Manca filium dicti nobilis Antonii, in qua fuit

fuit dictum, donationem hanc valere tamquam in partitam per virum senem in fauorem vxoris iu-
20 uenis † relactore. D.D. Laurentio Sporrin Regio Consiliario, viro sat vndequaque optimo, omni literatura & virtute suffulto.

Ex qualitate remuneratoria donationis hoc praetextu conceptae prouenit, quod si mulier postea transeat ad secunda vota, talis donatio nō subiaceat poenis in l. mulieres. cod. de secund. nuptiis con-
21 tentis, † sed indistinctè communicanda veniat inter filios primi & secundi matrimonii, vt bona libera materna prouenietia ex primaeuis votis, non ex causa lucratiua, sed ex titulo oneroso ac recompensatiuo. Franch. vbi addit. Amend. decis. 428. nu. 4. Surd. cons. 164. ex num. 2. vol. 2. Pasqual. de virib. patriae potest. part. 1. cap. 4. num. 43. Anton. Faber. codic. lib. 6. titul. 21. commun. delegat. diffinit. 1. Fontan. de pact. nuptialib. claus. 5. glos. 1. par. 2. num. 87. Capic. Latro decis. 22. num. 3. tom. 1. Paul. Staiban. resol. forens. tom. 1. cap. 91. num 4. & in 51. refert ita obtinuisse. in casu per eum relato.

Quae resolutio ampliatur etiam si in ventre donationis, donans suppresserit causam impulsiuam donandi, sed simpliciter illam con-
22 fecisse † assereret; quia nihilominus in remunerationem iuuentutis, vel debiti antidoralis intelligitur, & intelligi debet celebrata; ex Surd. consil. 471. num. 27. & 29. Gratian. discept. forens. cap. 984. num. 1. & 2. tenet Paul. Staiban. loc. cit. num. 8. si causa remunerandi praeuia antecedat.

23 Procedit idem in legato facto per vxorem, vel è conuerso; quod si adsit causa compensatiua, quae moueri poterat ad donandum, intelligitur pro compensatione illius dispositum. Bartol. in l. si voluntate cod. de dot. promission. Molfes. ad consuetudin. Neapolitan. par. 3. q. 21. num. 1. Conciliar. Theodor. allegat. 77. num. 19. qui & casum donationis, & legatum compre-
24 hendunt. Et valeret donatio remuneratoria † licet donans minor esset, & absque decreto Iudicis eam impartitus esset, quia minor absque decreto Iudicis, vel alia solemnitate validè quando procedit ex animo remuneratorio potest donare. Ceuall. in communib. contra commun. quaest. 273. num. 7. nouissimè Viuian. Girostri discept. 46. num. 60.

ARGVMENTVM.

Inimicus inimicum occidens apprehensum, & ligatum in manibus curiae vtrum gaudeat immunitate Ecclesiae.

SVMMARIVM.

1 *Petrus Rugio anno 1662. Ioannem Andream, & Iosephum Mele fratres occidit apprehensos, & ligatos in manibus curiae.*

2 *Proditorium homicidium ad hoc vt sit requiritur quod sit factum sub colo-*

colore amicitię ſecundum vnam opinionem 3. Altera eſt quod proditorium ſit homicidium, quando adeſt impotentia phyſica, vel moralis ad ſe defendendum, & adſunt inſidię. 13.

4 *Inimicus tenetur ſe pręcauere ab inimico, & illi non confidere, inter illos nihil refert an per inſidię, vel aperto Marte pugnetur. 5.*

6 *Opinio quę fauet Eccleſiae debet amplexari, & præferri, & quomodo hoc brocardi cũ intelligitur. 15.17.*

7 *Opinio ſingularis fauens teſtamento debet præferri plurimorum DD. ſententię, quod pro adit etiam ad fauorem matrimonij. 8.*

9 *Finis puniendi delicta, tamquam naturalis inferior eſt fine ſeruandi Eccleſiarũ immunitatem tamquam ſupernaturali.*

10 *Carcerati ſunt ſub fide, & ſecuritate publica, & qui eos lędit committit crimen laeſę maieſtatis. 11.*

12 *Inimicitia poteſt probari per teſtes ſingulares.*

14 *Dormiens pro mortuo habetur.*

16 *Cauſa immunitatis Eccleſiarum eſt ciuilis.*

Occidens inimicum apprehenſum ſub manibus curiae non gaudet immunitate Eccleſiae ſic fuit deciſum in contentione Petri *Rugio per Cancellarium competentiarium. 19.*

CAPVT XII.

1 PETRVS Rugio oppidi de Bonorua Ioannem Andream, & Ioſephũ de Mele eius inimicos comprehenſos, & in manibus curiæ ligatos anno 1662. ſub menſe Nouembris occidit; confugit ſe ad Eccleſiam parochialem eiuſdem oppidi à qua pro vtraque curia extitit extractus contentione mota inter tribunal eccleſiaſticũ, & ſeculare dubium ſuſcitatum fuit vtrum reus hic ob præfatum homicidium gauderet immunitate Eccleſiæ: in contentione hac pro parte tribunalis eccleſiaſtici tamquam Aſſeſſor menſæ Turritanæ pro Illuſtriſsimo, ac Colendiſsimo Domino meo D. Ignatio Rojo Archiepiſcopo meritiſsimo Turritano arbiter electus fui, cuius officio ſtudens, & iuriſdictionis eccleſiaſticæ tutamen fouens deducebam, necem hanc à labe proditorii eſſe immunem, cum ſub colore amicitiæ non eſſet patrata: quæ qualitas ad mentem bullæ Græcorianæ iuxta cõmuni DD. calculum deſideratur ad hoc vt
2 reus immunitate Eccleſiæ priuetur, & homicidium verè dici quæ eat proditorium. Iuxt. text. in l. 1. de pręuaricatorib. ſunt ferè abſque numero qui huic opinioni adhærent. Giurb. in conſ. 20. n. 12. pluſquam triginta congregati pluribus laudatis pro hac opinione amplexanda validiſſimis fundamentis laborat Sperel. deciſ. 23. per
3 totam Caſtill. deciſ. 156. num. 38. & 39. qui omnes cum turba doctorum quos laudant, conſtituunt homicidium non eſſe prodictoriũ Iuxta opinionem Bartoli niſi ſub colore vel ſpecie amicitię comitatur, taliter, vt occidens inimicum à tergo, per inſidias, dormientem,

aut clam è fenestra non sit proditorius homicida & sic immunitate Ecclesiæ non priuandus sequũtur Vermigliol. conf. crimin. 94. num.3.& conf. 92.4.Ciarlin.par.1 controu. forens. cap.10. num. 109. & 117. & cap.14.num. 21. Aluares Guerrero in thesaur.Chtistian. religion. cap.21.num.15.Gizarel. decis. 16. ex nu. 2. Laratha cons. 102. num.19. Franc. Baron. tract. de effect. inimit. effect. 14. num. ex nu.1 Iordan. Elucubrat. lib. 11. tit.3. de immun. ecclesiast.nu.342. Thom. del ben. de immunit. eccl. tom.2. cap.16. dub. 20.sect. 5. n.3. Thoro in comp. verbo proditoriũ. Antonell. de regim. ecclef. lib. 1. cap.9. nu.79. Bassæus in flor.theolog. in verbo immunitas n.10.

Fundamẽtis pluribus hæc opinio stabilitur, quę chordi non resident hic delineare, esset enim sæpius repetita repetere, & ad longũ protrahere absque fruge paginã
4 hanc sufficiat indicare, occisum à suo inimico non posse censeri affidatum, vel indiffidatum, cum carere suspectione mortis, & insidiarum non possit; tenetur inimicus se præcauere ab insidiis inimici, & ita circumspetus incedere, vt ne à tergo, dormiens, vel incautus possit occidi, nã inimicus contra inimicum semper mala in mente reuoluit, & venatur, & sic illi nec credendum, nec de illo cõfidendũ Masch.de probat.conclus. 98.n.2. Bordon.controu.1.nu.273. Franc. Baron.de effect.inimicitiæ effect.75.nec vidẽtur põderis querulæ voces ab inimico offẽsi pro-
5 latæ se per insidias incautũ, & dolosum fuisse acersitum cum inter inimicos nihil referat an ex insidiis, an aperto, & æquali Marte pugnetur Diuus Augustin. q. 10. super Iosue Virgil. 2. Æneid.

Mutemus clypeos, Danaumque insignia nobis
Aptemus, dolus an virtus quis in hoste requirat.

Marques de gubernat. Christian.lib.1.cap.14.§.1.

Muniebam me pro tutamine huius rei & immunitatis brocarduò comuni quod in iurisditionalibus diffidicis ad fauorem Eccle-
6 siæ solet adduci, nempè conflictum huius dubii iacere sub opinionum & dubietatis inuolucro sicque indubiis ad fauorem Ecclesiæ debere ius dici, & opinionem fauentem immunitati esse præferendam, tamquam piam & Ecclesiæ arridentem. Beniterd. decis. Rotæ Baron. concl. 19.nu.2. Dian.
7 moral. part.6. tract.1. resol.30. q. 6. Thome Delbene cap. 16. dub. 37. sect.1.num.27. Ciarlin.part.2. cap.129. nu.48. Sperel. part.2.decis. 105.num 46. prout etiam opinio singularis doctoris nisi textui apperto repugnaret, si ratione valletur circa validitatem testamenti debet præferri opinioni comuni, & plurimorum doctorũ sufragio contra valorem testamenti decertantium hodierna controu. tom.1. cap.25. num.4. Nyg. Cyriac. controu.204 num.36. vbi singularem opinionom tamquam piam com-
8 muni esse præferendam ad fauorem validitatis testamenti tenet; eodem

eodem modo opinio ſingularis fa-
uens matrimonii valori amplexa-
ri oportet, & præferri plurium ſẽ-
tentiæ illud impugnantium. Tho-
mas Sanchez de matrimon. lib. 1.
diſp. 18. num. 7. Ioan. Angel. Boſſi
de matrim. cap. 3. num. 234. & in
moral. part. 1. tit. 1 ʃʃ. 27. nu. 504.
Triuiſan. deciſ. 28. num. 16. lib. 1.

Nec faceſſere negotiũ videba-
tur per ſpectio publicę vtilitatis
per me ſæpè ſæpius cunctata, &
9 pro parte † iuriſdictionis Regiæ
exarata puniẽdi delicta in Regno
Sardiniæ præcipuè homicida ob
frequentiam illorum, nam finis in
coercendis hominibus, & afficien-
dis facinoribus tamquam natura-
lis tendens in politicam tranquili-
tatem, & communem cõcordiam,
vt quos virtutis amor & Dei Re-
uerentia nõ allicit ad benefacien-
dum eos ſaltem pœnarum formi-
do à delinquendo abſterreat Fra-
goſ. de regim Reipublich. tom. 1.
diſp. 11. part. 1. lib. 4. num. 242. in
fin. Laurent. Matheu. de Reg. Va-
lent. tom. 2. cap. 8. ʃʃ. 8. num. 107.
Vernul. inſtit. politic. lib. 1. cap. 8.
titul. 17. inferior eſt fauore immu-
nitatis, cuius finis terminans ad
Deum cognitum per fidem theo-
logicam exhibendo ei cultum,
tamquam ſpiritualis, & ſuper na-
turalis eſt ſupremus & excellẽtior
prout nouiſſime tenet Graſſet. de
homicid. prodit. ʃʃ. 31. nu 46.

Regius fiſcus contendens im-
munitatem eccleſiæ non arridere
10 Petro Rugio, † proditorie Ioannẽ
Andream, & Ioſephum mele oc-
cidiſſe deducebat, cum hi compre-
henſi, & ligati in manibus iuſti-
tiæ, repoſiti ſicque ſub fide publi-
ca, & auctoritate Regia, incauti,
omni præcauendi ſeuia deſtituti
occiſi eſſent: facit pro hac ratione
carceratos ſub fide Regia tutos non
licere occidere l. fin. de cuſtod. reor.
Bartol. l. 3. ʃʃ. transfugas ff. de ſicor,
appræhenſoſque à curia ſub ſecu-
ritate publica repoſitos non poſſe
offendi Seſſe de inhibit. cap. 8. ʃʃ. 4.
num. 65. Portol. ad molin. tit. de
competentias quęſt. 7. Giurb. conſ.
20. num. 8. taliter vt qui carcera-
tos offenderit, † dicatur comitere
11 crimen violationis fidei includens
ſpecialẽ deformitatem contra iu-
ſtitiam legalem, quæ reſpicit bo-
num patriæ & fidem publicam,
ſecundum quod eſt bonum com-
mune Diuus Thom. 2. 2. qu. 101.
art. 3. ad 3. & crimen læſæ maieſta-
tis, tamquam frangens ſecuritatẽ
à lege elargitam per text in l. 1. ad
l. Iul. maieſt. Puteus de ſyndicat.
verbo adulterium cap. 1. num. 5.
fol. 115. Tyber. decian. tom. 2. cri-
min. lib. 7. cap. 11. num. 10. Bo-
uadill. in plitic. lib. 2 cap. 4. par. 1.
uum 13. *Verſic. o contra preſo en qual-
quier carcel la qual ſe llama lugar
ſanto y los preſos eſtan ſola proteccion
real y quien los oſende comete crimen
de leſa mageſtad, aunque el preſo eſte
condennado à muerte, ò ſea enemigo
publico y aſſi vi ahorcar a un moço por-
que hicio leuamente en la carcel de eſta
corte, à vn preſo aunque no murio de
la herida.*

Infractione huius ſecuritatis &
impotentia ſe præcauendi, & de-
fendendi qualitas proditorii ſta-

12 biliebatur, licet inter occisos, & occisorem probata extisset capitalis inimicitia, quæ etiā per testes singulares potest probari Marc. Mantuan. cons. 170. lib 2. num. 3. Grasset. de homic. prodit. §. 29. n 299. adhærebat se Regius fiscus opinioni ex diametro contrariæ superius ad inclusionem immunitatis relatæ duplex in materia proditorii delicti opinio inter se pugnat circa constituendam qualitatem proditionis ad hoc vt reus immunitate ecclesiæ priuetur; prima asserit, proditoriū nō dici delictum nisi sub colore & fide amicitiæ patretur taliter vt implicet, dari simultaneo concursu proditionem, & inimicitiam, à seclæ sunt constituentes in puncto iuris, veriorē opinionem penes numero infiniti; altera proditoriam qualitatem iuxta bullā Gregorianam non in uelamine amicitiæ, sed insidiis & impotētia se præcauendi,
13 & defendendi hic, & nunc collocati taliter vt si inimicus per insidias cum impotentia phisica vel morali se præcauendi, & defendēdi occidatur à suo inimico, occisor debeat dici proditorius homicida, & priuandus immunitate ecclesiæ quā opinionem tenent Couar. li. 2. var. cap. 20. num. 7. placa in epitom. delict. lib. 1. cap. 21. num. 2. Don Ioan vela de Acuña tract de pœn. delictor. pag. 133. cap. 25. Cāter. in quæstionib. crimin. cap. 6. de homicid. pag. 539. col. 2. nu. 32. Sanchez in concil. moral. lib. 6. c. 1. dub. 8. nu. 26. Germon. de immunit. sacror. lib. 3. cap. 16. num. 64. Villadiego in politic. cap. 3. numer. 208. Portel. verbo ecclesiæ immunitas nu. 15. Villagut. de extencion. leg. cap. fin. n. 53. pulitica Bouadil. lib. 2. ca. 14 n. 34. 35 Gambacurt. li. 5. cap. 28. n. 3. Mar. Cutell. de immunit. eccles. lib. 1. qu. 5. & omnium optimè nouissimè Grasset. de homic. proditor. §. 10. ex n. 16. qui gladium ad radicem in odium & dispendium Petri Rugio vitæ affixit.

Penes hunc authorem hæc vltima opinio constituens homicidium affectum labe proditorii ex insidiis, & impotentia morali vel phisica ad defensionem pluribus rationibus phisicis, † & metaphi-
14 sicis digesta lustratur, illum repete vbi, ad longum saturaberis, & in §. 32. docet ex num. 1. occisores infantium post natiuitatē & dormientiū esse verè proditores, quia hi nullum habent intellectum, & liberam operationem à præcauēdo periculo, & se ab illo defendēdo præcipuè dormiens qui mortuo adsimiletur, sicut somnus morti; Æneid.

Dulcis & alta quies placidę quę simillima morti.

15 Arripuit hæc omnia grasset vt ipse fatetur à celeberrimo iurisconsulto nostro turritano sara in tract. de infant. cap. 14. in simul ipse n. et grasset respondet obiectioni superius cunctatæ in dubiis fauēdum esse immunitati, & opinionem ecclesiæ fauentem esse amplexandā in §. 8. n. 66. & plurib.
16 sequentibus vbi dicit causā immunitatis esse ciuilē ex Manriq.
quæ-

queſtion. moral. part. 1. quæſt. 57. num. 8. & ſic in illa eſſe licitum iudici adhereri opinioni probabili, & quod brocardium docēs opinionem fauentem ecclesiæ eſſe preferendam intelligendum fore quando de certo apparet, rem eſſe
17 ecclesiæ vel ad illam ſpectare, nō vero quando verſatur ſub conflictu opinionum, quia tunc de certo non poteſt dici rem eſſe ecclesię vel ad illam ſpectare, & ſic poſſe ſe confirmare cum opinione probabili, etiam relicta probabiliori tenet inde illum, & hæc omnia reperies adderem ego, quando ex vtroque latere dubium eſſet æquale qua hypotheſi pro ecclesia eſt ius dicendum in terminis huius dubii quod occidens ligatum, & appræhenſum in ma-
18 nibus curiæ non debeat gaudere immunitate ecclesiæ tamquam proditorius homicida docet porteles ad Molin. tom. 1. tit. de las competencias cap. 7. Seſſe de inhibitionib. cap. 8. §. 4. ex nu. 65 qui verba faciunt de occidentibus miniſtros curiæ punctum noſtrum tangentes ſaltim ex identitate cauſæ, & confricatione rationis.

Per cancellarium huius Regni admodum Reuerendi Don Anto-
19 nium Capay ✝ calaritanum, & Canonicum Algarenſem in ſequentem votum nobilium, & magnificorum D. Ioannis Marię Bōfant & D. Gauini Liperi, & paliacho regiorum conſiliariorum in conſultores aſſumptorum fuit decisum, & declaratum, firmam iuris pro parte ecclesiaſticæ curiæ propoſitam non procedere ſicque Petrum Rugio nō debere gaudere immunitate ecclesiæ fuit hic reus furcis ſuſpēſus in menſe Apilis eiuſdem anni.

ARGVMENTVM.

Aduocatus fiſci tamquam inimicus à reo recuſatus nō prohibetur fouere probationes, inſtruere cauſam & ſubſcribere ſchedulas; & vtrum ad fauorem rei, & in odium fiſci poſſit cogi teſtimonium proferre.

SVMMARIVM.

1 *Tribunalis Regiæ Gubernationis ciuitatis ſaceris forma, & introductio refertur 14.*

2 *Gubernator tribunalis licet ſit caput illius intelligitur diretiuè, & ſic nō poteſt punire aſſeſores qui illi adſiſtunt.*

3 *Iudex in criminalibus, ſi ſe intromittit in iurisdictionem ciuilem omnia acta ſunt nulla, nec ex partium conſenſu poteſt intromitti. 5.*

4 *Iuditia ciuilia, & criminalia ſunt ſeparata.*

6 *Aduocatus fiſcalis poteſt recuſari tāquam inimicus, quæ ſuſpictio debet militare reſpectu voti, non vero inſtructionis cauſę habet ſuſi agui hodie in Regno Sardiniæ 8. quod iuri eſt conſonum 9.*

7 *Fiſci officium eſt delicta inquirire, inquiſita perſequi, & verificata petere punire.*

10 *Aduocatus fiſci gaudet omnibus priuilegijs, & prærogatiuis ſenatorum*

dici-

dicitur, & est de corpore consilij 11. vtrum praecedat senatores nouiores 12. potest ab instigatoribus aliquid accipere ob patrocinium contra reos 13.

15 *Aduocatus fisci vtrum possit cogi ad ferendum testimonium contra ipsummet fiscum: quod non, & causę refferuntur nu. 33. praecipuè quando in articulo defensionis, ad cuius probationem testimonium eius desideratur dantur alij contestes 34.*

16 *Aduocati, &* Procuratores *nō possunt cogi ad ferendum testimonium contra clientem: possunt tamen altera parte aduersaria instante 17. 21. et in causis veneficiorum sunt idonei testes contra clientem 22. et quod possint cogi defenditur n. 31. 32.*

18 *Iudex debet adherere opinioni quę aduenandam veritatem tendit.*

19 *Aduocatus creatus iudex pro suspecto potest allegari, et non solum in eadē causa sed in alia connexa 20. & hoc solum à contraria parte non à suo cliēnte 27. contrarium, nempè quod possit à suo cliente recusari 30*

23 *Fiscus dicitur magnum propugnaculum, cōtra quod inuehi dicitur durum, & vtitur iure communi quando nō inuenitur priuilegiatus. 24. nec in dubio pręsumitur 25.*

26 *Fiscus si rem litigiosam vendat, non suffragatur emptori quadrienij praescriptio.*

28 Suspictio *augetur quando iudex studet anxie pro repellenda suspectione.*

29 *Cōfidentia in suspectum suspecta est. Recusandi iudicem causę, siuè in iure propositę, siue maiores ex iudicis arbitrio dependent.*

CAPVT XIII.

1 NON multum ab hinc annis gubernium capitis Saceris, & Legudorii; prout refert Dominus Regens Vico in sua historia Regni Sardiniæ diffusum fuit in quatuor, nēpè gubernatorem, Assesorem in ciuilibus, & criminalibus, & Aduocatum fisci, quorum tres proximi à tempore inuictissimi Imperatoris Caroli V. togam induunt et ab ipso gubernatore nequeunt pęna aliqua affici, vel coerceri, quia licet sit caput curiæ intelligi-
2 tur directiuè in quantum recta gubernandi ratio in tribunali cui præest postulat, non vero coercetiue Morla in empor. Iur. tit. 2. in præmiss. nu 85. Amaia in l. 2. cod. de condit in hor. public. lib. 10 Giurb. obseruat. 115. num. 14. Matheu. de regim. Regni Valent. to. 1. cap. 6. §. 5. num. 54. quilibet ex assesoribus restrictiuā Iurisdictionem obtinet, primus ciuilibus studet, secundus punitioni delictorū intendit separatim absque officiorū inuolucro, nec depēdētia, taliter vt si ex eis quilibet cessante impedimēto legitimo alterius se immisceret in officiū, et iurisdictionem socii, omnia acta iacerent nullita-
3 tis vitio afferta per text. in l. solemus §. Lutruculator de iudic. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 82. vbi Iudex criminalis non potest se intromittere in res ciuiles principaliter

liter secus incidenter nec è conuerso ad pœnam nullitatis. Crescēt. decis. 16?. alias 5. de iudic. Cornazan. decis. 98. num. 4. Thoro in compend part. 2. verbo nullitas an ex eo. Sunt enim iudicia ciuilia, & criminalia sub diuersa sphæra
4 reposita †, non illaqueantur inter se fædere tali quo comuni l. non ignoret cod. de fructib & litis expens. & hæc resolutio procedit licet ipsemet partes comuni consensu se subgicerent in materia criminali Iudici in ciuilibus, † vel è
5 conuerso, quia nihilominus nullitas subsequeretur sic in terminis & nouissimè Censal. voto 10. num. 4.

Aduocatus fiscalis qui tamquā inimicus recusari valet. Mastril. decis. 151. num. 49. & decis. 219. Fontanel. decis. 30. Larrea allegat. 2. &
6 & num. 18. † limitat nisi inimicitia duceret radicem ab administratione offic. Solorzan. de iur. indiar. lib. 4. cap. 6, num. 21. cum seq. Scanarol. de visitat. carcerat. lib. 1. cap. 4. num. 21. quæ suspitio solum debet percutere interdictionem voti non vero instructionem processus taliter vt allegatus suspectus possit instruere causam fouere, †
7 probationes, & subscribere Schedulas. sic distinguit Peguer. decis. 33. num. 4. tom. 2. Dexart. in capitul. cur. lib. 5. cap. 3. in fin. fuit sic decisum, seu prouisum per Regiam audientiam anno 1655. in causa quę vertebatur in hac regia gubernatione contra doctorem Sebastianum Manquiano pro homicidio comisso in personam Sperancæ Pilingueri, in qua licet doctor Ioannes Baptista Pilo consanguineus meus aduocatus fiscalis regiæ gubernationis tamquam inimicus ab hoc reo extitit pro suspecto deductus, per Regiam audientiā hanc suspectionem quo ad sufragium non profferendum, non vero circa ordinationem causę procedere fuit decretum, nec querulas rei ad æthera in hoc conflictu voces efferre debent eo quod sint à suo inimico acersiti, cum fiscus dicatur inimicus comunis, & eius sit peculiare onus delicta inquirere, inquisita persequi; & probata facinora instanter satagere pęna condigna affici Mastrill. decis. 207. num. 7. Alfaro de offic. fiscal. glos. 10. n. 1. & 2. Hyeronim. Laurent. decis. 121 num. 7. Thoro voto 22. part. 2. ex num. 5. cuius officium, dictum fuit ab Alexandro Seuero malum necessarium, refert Lampridius in eius vita & ideo minus placidum, & omnibus inuisum. Casan. in consuetud. Burgund. rubric. 2. in princip. num. 4. Valencuel. cons. 39. num. 6. & cons. 100. n. 102.

Olim Aduocatus fisci nec in Regia audientsa nec in gubernatione ex consuetudine Regni votū habebat, nunc vero in vtroque tribunali; in primo ex ordinatione Regia, in posteriori à tempore Co-
8 mitis Lemesios † ex decisione Regiæ audientiæ deposita veste fiscali suffragium suum profert, quod vtique iuri consonum constituitur cum de iurè Aduocatus fisci habeat suffragium in causa l. proximè ff. de hijs quæ in testam. delent. Calic. in Margarit. fiscal. in pre-

præfat. num. 4. Petr. Gregor. lib. 1.
9 Syntagm. iur. cap. 7. num. 6. † Larrea allegat. fiscal. 1. ex num. 18 & 19. & in defectum iudicum necessario in locum illorum subintrat. Solorzan. de iur. indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 6. num. 7.

Gaudet omnibus præeminentiis, & prerogatinis quæ senatoribus elargiuntur Mastrill. de magistratib. lib. 5. cap. 2. num. 50. & 70. Larrea loc. cit. num. 25. cum etsi in senatū sedet, & si illis esset permissum puluinar ad pedes habere, vel tapetem, fiscalis etiam gaudere debet hoc honore. Garzia de nobilit. glos. 3. & glos. 35. num. 42: Peregrin. de iure fisci lib. 7. tit. 2. num. 15. Larrea loc. cit. nec mirū est enim de corpore consilii Thoro. in suplem. verbo salarium aduocat. Fab. Capic. Galeot. in 2. respons. fiscal. num. 50. & vtrum præcedere debeat Senatores nouioras
12 vide Petr. Gregor. lib. 49 † singtacm. cap. 7. num. 6. Peregrin. de iur. fisci lib. 7. tit. 2. num. 15. Larrea num. 27. Thoro in compend. 1 part. verbo aduocatus fiscalis fol 22 Scanorol. de visit. carcerat. lib. 1. cap. 4. num. 7. fol. 102. & in num.
13 16. † docet posse licitè aduocatum fisci ab instigatoribus propriam vindictam insequentibus aliquid accipere ob patrocinium si contribuere voluerint.

Hi sunt iustitiæ vindices qui tribunal gubernationis sub hac forma moderantur licet anno 1658. ex ordine excellentissimi Proregis Marchionis de Castel Rodrigo in
14 formam aulæ extiterit erectum, † omnibus indistinctè iurisditio meri, & mixti imperii impartita fuit comune est præsenti tempestate suffragium in causis, & ad instar Regiæ audientiæ in illo progreditur rellatore per gubernatorem adsignato, si posteritati sub perpetuitate comendabitur, si sit rectus ordo, & iuribus consonat transmutatio hec mitto in aliorum arbitria, ipsi diiudicent. dubium quod reuoluo, & reuolutum fuit in tribunali gubernationis anno 1656,
15 † tempore quo dictus nobilis de Pilo aduocati fisci munere fungegebatur est vtrum fisci aduocatus cogi valeat adferendum aduersus fiscum testimonium; clauiculam hanc tetigit Gauinus Curgiolo qui persepteníum ad regias triremes extitit dannatus; instanter repetiebat patroni fisci testimonium ad eius innocentiæ probationem; quod cum rennueret, contendebat reus illum fore ad id cegendum ex sequentibus.

Primo quia licet ex comuni calculo, aduocatus, procurator & similes nequeant in testes admitti pro suo cliente in eadem causa, in qua patrocinium præstant, siue solici-
16 tationem, † vt per scribent. in cap. Romano de testib, & in l. fin. ff. eod. titul. Mardel. cons. 303. n. 8. lib. 2. grat. cons. 51. num. 8. lib. 2. Zerol. in prax. episcop. verbo aduocatus in fin. Franch. decis. 222. Farinac. quæst. 60. Surd. decis. 190. num. 5. Mascard. de probat. conclus. 66. Carol. de Gras. de except. 24. num. 107. Giurb. decis. 95. num. 3. Castill. decis. 92. num. 4. possunt ta-
men

men cõtra clientem deponere par-
te aduerſa petente, quia tunc ceſſa-
re videtur omnis ſuſpectio effectio-
nis. Sic Pariſ. conſ. 70. lib. 4. Gui-
do Pap. quæſt. 45. Farinac. quæſt.
60. num. 223. Put. decis. 56. lib. 3.
Franch. deciſ. 222. Maſtrill. deciſ.
151. num. 40. lib. 2. Robert. Rer.
17 Iudicat. lib. 2. c. 19. † qui omnes fa-
tentur fuiſſe pluries deciſum, aduo-
catum poſſe cogi aduerſus clientem
deponere inſtante, & conſcitiente
parte aduerſa Giurb. deciſ. 95. Ca-
ſtil. loc. cit. Riccio. in collect. part.
1. collect. 232. in fin. Camil. Bor-
rel in ſum deciſ. tom. 1. tit. 65. num.
78. Thoro in compend. deciſ. ver-
bo aduocatus t. 1. pag. 21. col. 2. eo
maximè cum conatus tendat vt
ateſtet, de his quorum notitiam
non tamquam aduocatus arripuit,
ſed tanquam teſtis, quia hypothe-
ſi nullius exſcuſationis clypeum
aferendo teſtimonio eum protege-
ret.

Cui opinioni iura fouere debent
18 † quia ad venandam veritatem
tendit l. Imperatores ff. fin. de pro-
bat. Franc. Mar. de Prato pract. ob-
ſer. cap. 95. num. 3. quæ dicitur,
& mater iuſtitiæ Riccius in prax.
for. Eccleſ. deciſ. 234. num. 6. Ca-
rol. Marant. reſponſ. 52. num. 20.
tom. 2. & quia ceſſante cauſa effe-
ctus ceſſare debet; quod argumen-
tum procedere videtur; nam ideo
aduocatus ad fauorem illius cuius
partes fouet, deponere interdicitur,
quia affectio illos germanare autu-
matur, & ſub tali reciproca affe-
ctione coaleſcunt, vt ſi poſtea creo-
tur iudex nequeat in cauſa quam
vti patronus fouit ius dicere l. fin.
cod. de aſſeſſorib. Maſtrill. deciſ.
151. num. 53. Cabed. deciſ. 20. n. 2
lib. 1. Fontan. de pact. nupt. clauſ.
4. gloſ. 7. p. 3. ex num. 44. & de-
ciſ. 8. num. 4. Thoro in compend. 1
part. verbo aduocatus fol. 22. Theo-
dor. allegat. 87. num. 3. Ganauer-
ro deciſ. 11. num. 3. & non ſolum
in eadem in ſpecie cauſa cuius pa-
trociniũ præſtitit aduocatus, pote-
rit pro ſuſpecto adduci, ſed in alia
illi adherenti, vel alioquin conne-
20 xa † Gratian. diſcept. forem. cap.
100. num. 26. Giurb. obſeruat. 95.
num. 22. Merlin. controu. 37. tom.
2. Ganauer. num. 4. † ſed affectio-
21 nis huius proſpectio ceſſat conſcen-
tiente, & inſtante parte ad verſa-
ria circa receptionẽ examinis ad-
uocati, & procuratoris cõtra ipſum
met clientem, inde non videtur de-
negari parti aduerſarię hæc proba-
tio Matthias Berlich. deciſ. 101.
& in 4. tom. practicab. reſol. cap. 4.
num. 96. dicit aduocatum in cauſis
22 veneficiorum eſſe idoneum † te-
ſtem contra clientem in num. 97.

Omnia hæc tranquillo pede vi-
dentur dillabi, licet fiſci propugna-
culum ad aciei aſpectum vallatum
demonſtretur, † contra quod pete-
23 re tamquam contra ſtimulum re-
calcitrare durum eſt. Valencuel.
conſ. 155. num. 1. tom. 2. hic ta-
men pauor euaquatur cum nõ ap-
pareat de ſpeciali priuilegio quod
illi arrideat, & ſic communi mar-
te ſe protegi opportet ex regula,
quod quando fiſcius priuilegiatus
in caſu controuerſo non inuenitur
debet vti iure communi eſt text. in

l. placuit in fin. ff. de iure fisci vbi si fiscus priuilegiatus non reperitur in casu controuerso debet se regulare regulis communibus absque specialitate aliqua docent Surd.decis. 13. num. 1.& 18. num. 1. Fontanell. decis. 221.num.1. Peregrin. de iur.fisci lib. 6. tit.1.num. 1. Caualcan.de brach.regio part.6.num. 557. Viuian. decis. 537. num. 10. Magon. decis. Lucens. 58. num. 2. Giurb. decis. 67. num. 14.Sesse decis. 5. num. 10. Rouit. decis. 86. n. 3. Nouar. qq. forens. q.14. num. 10 & quæst. 104. num. 13. quod peculiare priuilegium haud in presenti lustratur, nec in dubio præsumitur l.non puto de iur. fisci Fōtanel. loc. cit. num. 3. & sic iure communi aliorum aduocatorum, fisci patronum debere regulari videtur.

Qua propter si fiscus rem litigiosam venderit, cum mala fide, vel aliqua nullitate intercedente

26 † tali in hypothesi priuilegium l. non bene cod. de quadrien. præscript. illi non arrideret, & conuulso eius priuilegio non competeret emptori præscriptio quadrienalis Cyriac. controu.533. per tot.

Accedabat opinio doctorum docentium solum aduocatum erectū

27 in iudicem posse à contrario, † cōtra quem patrocinium duxit, pro suspecto allegari, non vero ab ipso met suo cliente tradunt. Farinac.in fracm.lit. 1. num.861. Tapia decis. 40. num. 7. Nouar. ad pracm. 17. de suspect. official. collect. 7. num. 3. Ganauer. decis. 11. num. 6. & 33.

Conatus hic anxiè studens adhibitioni aduocati fisci attestationis percutiebat magnam suspectionem, sicut hæc augetur quando iudex recusatus pro repellenda

28 recusatione studiosè laborat. † Ramon. cons. 2. num. 33. aduocatus fisci naturaliter ab accersitis in uditio odio habetur, & tamquam inimicus reputatur Chasan. in consuetud. Burgund.rubric.2.n.4. quæ inimicitia odium magis quam confidentiam in dies videmus allicere, & atrahere: confidentia hæc quam Gauinus Curgiolo erga fisci aduocatum ducere videbatur instanter eius dictum adhiberi curans visa fuit Regiæ gubernationi suspectio magna in iure, licet respectu qualitatis, nobilitatis, & genii personę claudiceret.& sic repulsa mediante eius petitio spreta fuit: ad hanc resolutionem capescendā impulit dispositio textus in l. obseruandum ff. de iudic. 161. *obser-*

29 *uandum est reis † iudex detur quem altera pars nominatim petit*: ex quo Abbas. in cap. accedens. 2. vt lit. non contest. hanc conclusionem prælibauit vt confidentia in suspectum suspecta fit Felic. allegat. 80. num. 3.part. 2.cum Loduic.& Roland. Giurb. obseruat. 95. num.21 versic. *tum quia confidentia in suspectum suspecta est*.

Hinc videmus vt aduocatus iudex constitutus possit recusari à suo pro-

30 prio cliente, si pars aduersa in eum conscenserit, quia confidentia, quā præstat in hoc actu aduersarius suspectionem inducit, quæ opinio verior est, quid quid superuis alii

alii expoſuerint; hanc opinionem ſectantur Portol. ad molin. verbo aduocatus num. 116. Tapia deciſ. 40. num. 11. 12. & 13. Maſtrill. deciſ. 151. num. 35. Muta pracm. 3. num. 10. Fontan. deciſ. 10. à n. 1. Theod. allegat. 3. n. 3. quos laudat, & ſequitur Giurb. deciſ. 99. & obſeruat. 95. num. 21. verſic. contrarium.

Præcipuè quia non eſt abſque nota contradictionis opinio illa quæ docet poſſe cogi aduocatum adferendum teſtimonium contra
31 clientem, † oppoſitam ſectantur quamplurimi, nempè. Neuiza. in Sylua nuptial. lib. 3. num. 47. Surd. conſ. 328. num. 16. Bertazol. conſ. crimin. 253. num. 1. lib. 2. Fabor. in ſuo codic. lib. 4. tit. 15. de teſtib. deffin. 19. vbi ſic deciſum fuiſſe teſtatur. Cuius ſententiæ ratio ſolida, & genuina, aliis omiſſis, proponitur, quia ſatis inuerecundum eſt eum ſuo teſtimonio lædere, quē in cauſa patrocinare conatus fuit vt ponderat. Farinac. quæſt. 60. nu.
32 171. Subdenſ. † quod rectius aduocatus faciat abſtinendo etiam coactus à teſtimonio ferendo, præcipuè dum actuale patrocinium præſtat. Farinac. loc. cit. nu. 224. Puteus deciſ. 294. lib. 2. hector hemil. de teſtib. part. 1. verb. aduocatus num. 26. ſuadetur, quia voce ſua quod quis affirmauit, indignum eſt, vt id poſtea infringat. Paul. Rub. de teſtam. cap. 22. num. 15.

Adhæſit Regia gubernatio excluſioni conatus rei tam ob ſuſpectionem cadentem de iure ob con-
33 fidentiam in ſuſpectum, † quam aliam quia reſpectu articuli deffēſionis ad quem aduocati fiſci deſiderabatur teſtimonium alios conteſtes adhibuerat reus, per quos verificari vtique poterat & ſic ceſſabat deffenſionis, & probationis propugnaculum, in quo nitebatur ad hoc, vt non poſſet illi denegari depoſitio patroni fiſci, ex quo, & in quo totalem deffenſionem ſtabiliri ſatagebat, & deducebat. Hæc eſt præcipua, & ſat admirabilis reſtrictio opinionis affirmatiuæ in prima cera huius theſis digeſtæ, poſſe aduocatum contra clientem deponere docentis, per quam omne dubium euaquatur abſque priuilegii ſpecialis alicuius fiſci concurrentia, in defectu omnimodæ probationis in ſubſidium ne partium ius pereat poſſe aduocatum obſtringi adferēdum teſtimonium contra clientem docet hæc vltima opinio, quæ eſt, reſtrictiua opinionis poſſe cogi in diſtincte docentis; quæ reſtrictio etiam pugnat cum communi doctorum calculo omnimodo † non
34 eſſe cogendum docentium, attamē quando huic limitaturæ diſtinctioni ſe accomodare voluiſſet gubernationis tribunal, per illam reus à conatu cadebat, cum vt propoſui in eodem articulo conteſtes obtulerat, & ſic ex hoc etiam capite repulſam fuit paſſus, hanc vltimā opinionem vt in ſubſidium aduocatus poſſit cogit ad profferendum teſtimonium contra clientem docet Bertaz. alios adducens conſ. 253 num. 2. pro vt etiam, & quelibet alia perſona priuilegiata Caſtill.

P 2 deciſ.

decis.92.n.11.qui in fine illius decisionis sic principalem conclusionem credit intelligendam.

Opilabatur, recusandi iudicē, vel testem causas in arbitrio iudi-
35 cis esse repositas. Abb. in cap. cum speciali.nu.7. de appell. Menoch. de arbitr.cas.157.num.2. Farinac. q.42.nu.7.Tusc.concl.908.nu.15. Aior.de partit.pp. cap.4.n.13.qui recusandi causam iustam, vel iniustam esse ex causis in iure expressis, vel simili, aut maiori arbitrari debet. Tusc.dict. concl.lit. S.n.33.Gratian.discept.100.n.10. hoc perpēso, quod ex quibus causis iudex remanet suspectus, ex eisdem etiam iudex recusari valet. Tusc. n.33. Caualc. decis. 28. n.114.Menoch.dict.cas.159. n.2. Apicell.in tutam pauper. tit. de suspect.official.n.107.

ARGVMENTVM.

Damnificatus, vtrum teneatur ad computum refectionis damni ob occisionem bouis passi, recipere carnem, & coirum; compassio maior haberi oportet eorum, qui olim fortunæ opibus affluerunt nunc egestati vacant.

SVMMARIVM.

1 *Miserabile nihil tam est, quam ex beato, miser, & infelicissimum infortunij genus est fuisse felicem.2.*

3 *Compassio extorquetur felicē fuisse, nunc non; & eorum haberi oportet, qui non ob crimina, sed propter fortunam sunt.4.*

5 *Fortuna homines tāquam pilas habet, & est vitrea, quæ cum splendet frangitur.8.*

6 *Fœlicitas humana dum in pinguiori statu reperitur, frangitur; idcircò melior est medioeris status.7.*

9 *Nouercantem fortunam quis debet rectis oculis aspicere.*

10 *Facilè pauperes ex occisione sui bouis exardescunt; & qui eis aufert illum, aufert oculum.11.*

12 *Damnificans potest conueniri in loco confecti damni.*

13 *Damnum potest probari post elapsū terminum probatorium.*

14 *Damna reficienda veniunt, quando sunt probata, licet sint inclita per animalia errantia, vel in locis apertis, maquitia verò non debetur.*

15 *Damni probatio dependet ex iuramento damnificati, nisi contrariū probetur 16. non creditur, si falso alias iurauerit 17.*

18 *Occidens equum aliquē mordentem non tenetur ad aliquid.*

19 *Damnum dedisse non videtur, qui aliter tueri non potuit.*

20 *Bos, qui aliquem occidit, qua pœna afficiebatur olim.*

21 *Causa dignosci opportet, si quod adducitur difficultate inuoluitur.*

22 *Damnificatus non teuetur ad computum bouis occisi recipere carnem & coirum.*

CAP-

CAPVT XIV.

1 TVLLIVS in partitionibus oratorijs dixit: *Nihil est tam miserabile, quàm ex beato miser*, & à Diuo Seuerino lib. 2. de consolat. philosophiæ inueni-
2 tur scriptum: *Infęlicissimum genus infortunii est, fuisse fęlicem*, rationem assignat Senec. in lib. de trãquillitate vitæ: *quia leuior est dolor non habere, quam perdere*; cuius iacturæ memoria semper misero occurrit magna cum maiestate dolorum, extorquens sibi omniũ
3 compassionem, & miserationem; nulla enim habet viuidiora lenocinia compassio, quam fuisse, non esse fęlicẽ; plus miserationis fugit prospera, quam aduersa fortuna, sed hęc dum est, illa dum fuerit. Altamiran. ad l. 3. cod. de filiis official. qui in bello moriũtur. cap. 15. n. 19. iuxta Boetiũ lib. 2. de consolat. philos. *Aequum est*, ait Cassiodor. lib. 9. epist. 22. *vt comodet se regalis pietas fati vulnere sauciatis, quia erigi plus merentur, quos fortis sua aduersa prasserunt* multa apud Tyraquel. ad l. 2. conubial. glos. 1. part. 2. num. 17. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 93. nu. 31. Valencuel. discurs. stat. & bell. part. 1. considerat. 1. à num. 51. Didacus Peres in l. 1. tit. 1. lib. 4. ordinat.

Felix & diuitiis olim affluens, nunc non ob vitia, sed ob finistrũ sydus paupertate affectus querulans ad iuditium occurrit, misericordiam sibi alliciens, non solum ex digesto supra, sed ex hoc capite: nam teste Cic. rectoric. vet. 2. *eorum misereri opportet, qui propter fortunam, non propter crimina in miserijs sunt*. Miseria hæc
4 fortunæ adscribebatur, † quæ homines tamquam pilas ducit audi Senec. cum illa verba facientem *fortuna impotens quales ex humanis casibus tibi ipsa ludos facis, homines*
5 *tamquam pilas habens*; † quos perspitiens ludos Claudianus dixit: tolluntur in altum, vt lapsu maiore ruant. Don Geronim. Altamiran. in l. 1. cod. de filiis official. qui in bell. mnriunt. num. 20.

Lapsus hic vt plurimum dum summum fælicitatis gradum ir-
6 repimus accidit: † nam teste Quintilian. in declamat. *nesciunt diu stare successus, & quoties vltra prodire fælicitas non potest, redit*, doliniat hanc veritatem Senec. affabre in epistol. 39. cuius verba sunt; *sicuti segetem nimia sternit vbertas, sicuti rami onere franguntur, sicut ad maturitatem non peruenit nimia faecunditas, idem animis euenit, quos immoderata faelicitas rumpit*. Ouid. lib. 3. tristium.

Tu quoque formida nimium sublimia semper
Propositique memor contrahe vela tui.

7 Id circo Aurelianus Imperator modice tantum suos amicos & Aulicos ditabat, vt miserias paupertatis effugerent, & diuitiarum inuidiam patrimonii moderatione vitarent, habetur in eius vita,

vita, pro vt refert Vopiscus, & Vernul. inst. politicar. lib. 2. tit. 10. cap. 8.

8 Proueniũt † hęc à fortuna, quã vitream, quæ cum splendet, frangitur, vocabat P. Minos, sub cuius volubili rota res humanæ subiacent, miseriis plenè, omni stabilitate viduatę, Carol. Marant. respons. 96. tom. 5. num. 6. & ex diuitiarum cumulo ad summam egestatem vocatur, vt accidit in clientulo nostro, cuius ex consultò supprimo nomen. Hanc volubilem fortunæ rotam delineat Ouid. lib. 1. tristium.

Nempe dat & quodcunque libet fortuna rapitque,
Irus & est subitò, qui modo cressus erat.

Nouerantem fortunam rectis æquisque oculis tamen a spiciebat
9 illius libidini expositus, † pro vt conuenit, imitans Lelium, qui vt Cic. testatur omnia sua in se posita esse dicebat, & humanos casus sua virtute inferiores. refert Vernul. institit. politic. lib. 1. tit. 16. cap. 2. huius genii Sigismundus Imperator ad gubernium homines vocabat, hos gubernandi munere dignissimos esse putabat, & interrogatus, quos imperio aptissimos iudicaret, respondit, eos qui nec secundis rebus insolescunt; nec aduersis franguntur Vernul. loc. cit.

Pauper hic ob occisionem sui bouis querulus vociferans ad illius
10 refectionem anxiè † supplicatione porrecta excellentissimo Domino comiti de lemos anno 1657. Proregi huius Regni & in ciuitate Saceris comoranti studuit, pauperes enim pro offensa facta suo boui, vel porco facilè mouentur & exadescunt Nouar. de grauam. Vassal. grauam. 50. num. 3. Cyriac. controu. 102. tom.
11 1. n. 14. nam qui † eis aufert porcum, aufert oculum, vt cum Menoch. docet Lazar. de monitor. Canonic. qu. 11. sect. 1. num. 5. & dicebam ego dissert. 27. num. probatum fuit ad instantiam actoris in hac ciuitate, inibi, eius bouem per aduersarium fuisset occisum quę probatio poterat vtique in illa cõfici, & inibi conueniri dãnificans, licet esset diuersi fori ex doctrina admirabili. An. in suo sin-
12 gul. 137. vbi † damnificantem affici ex foro illius in cuius territorio damnum fuit habitum docet, Laurent. Versell. conclus. 108. verbo animalia num. 12. & poterat fieri etiam post Lapsum terminum probatorium ex singulari priuilegio, quod huic materiæ,
13 † fiat fauorabili arridet Tuschus tom. 6. pratic. conclus. lit. p verbo probatio conclus. 774. num. 1. vbi ad probandum damnum; quis etiam post terminum elapsum admittitur. Matthias Berlinch. pratic. conclus. tom. 1. conclus. 40. num. 48. qua probatione cõsiecta æqua videbatur intẽtio circa reffectionem damni pas-
14 si, quæ si defficeret, † reffectio hęc haud procederet. Rendell. de Pascuis pag. 199. verbo vtrum tamen Francisc. Rocco Respons. 5. num. 25. tom. 2. apparente tamen de probatione damni, hoc reffici opportet, licet animalia errantia illud

illud dediſſent, pœna tamen ſeu Maquicia tali hypotheſi nō debetur. Thoro.in ſupplemēt. verbo pœna dāni.fol.475.prout nec hæc pœna debetur, quando animalia reperiuntur in terris apertiſ.idem Thoro in ſuplem. verbo pœna damni.

Memoriæ mittas quod ex vi cartæ localis, in tota inſula Sardiniæ vſu receptæ, reſpectu huius
15 capitis, † probatio damni illati in aliqua meſſe, fit per iuramentum inuentoris animalis damnificantis, taliter vt iuramento dāno affecti ſtetur circa reperturam animalis damnificantis in eius territorio, niſi Dominus animalium vellet probare contrarium, ad quam probationem debet admitti docent Bald. in l. 1. in fin. cod. de re iudicat Gratian. deciſ. 57. Cotta in memor. 5. ſtat. ciuit. Mediolan. Maſcard. de probat. concluſ. 471. num. 34. Tyraquel. de retract. Signag. §. 4. gloſ. 1. n. 1. vbi in ſequentib. ponit ampliationes, & limitationes huius regulæ. Parlador. different quotidian. 52. §. 1. qui dicit hanc doctrinam vt credatur iuramēto damni paſſi procedere de iure communi & in
16 fine addit, † quod ſi animalia non reperiantur in ipſo agro depaſto ſed ſecus agrum ſufficiat ad condemnationem, niſi probetur contrarium, in quo puncto pedem ego non figo. Sunt huius opinionis circa, fidem tribuendam mediante iuramento damno affecto, & ad adhibendam probationem in contrarium per reum ſi vellit
17 Rouit. in pramatic. 1. de officio Baiuli nu. 31. Franc. Rocco dict. reſponſ. num. 25. niſi forſan ille iurans, alias falſo iurauerit, tunc iuramento illius rurſus fides iniūgi haud opportet cum Riccio, & Garz. Laurent. Vrſell. verbo animalia concluſ. 108. num. 56. verſic. ſed ſi forſan.

Exceptio ſub qua nitebatur pulſatus ad effugiendam reffectionē prætenſam vertebatur in eo quod iracundia motus ex bo-
18 uis calce illum occiderit, † ſicque non teneri ad aliquid, cum proceſſerit iuſto dolore comotus pro vt docet Anna ſingul. 173. vbi refferet quendam occidiſſe equū illum mordentem, & fuiſſe abſolutū. Refferet & ſequitur Thoro voto. 38. tom. 1. n. 31. & eſt ratio inſpirans, quia damnum dediſſe non videtur, quia aliter ſe tueri non potuit, niſi vulnerando
19 vel occidēdo: † vti Paulus reſpōdit lib. 64. ad edictum in l. nemo damnum 194. ff. de regul. iur. l. 15. qui agreſſorem 2. cod. ad l. Cornel. de ſiccar l. ſi quis percuſſorem ibi. quia deffenſſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur eod. tit. Carol. Marant. pluribus laudatis reſponſ. 31. n. 17. part. 4. & reſponſ. 91. n. 25. tom. 5. quin imò ſi à Tauro petitus diſcrimen non declinaret etiam illum occidendo mortaliter peccaret. Graſſet. de homicid. pro. dit §. 10. n. 54.
20 † Corruēte hoc fundamēto in factō, quod ſi ſubſiſteret, & nex ſequuta eſſet huius rei ſubiacebat olim Bos ſētentiæ Exod. cap. 21. vbi ſcriptum eſt, *ſi Bos cornu percuſſe-*

cusserit virum, aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & nō comedentur carnes eius. Guid. Pap. decis. 238. Don Franc. Piquer. Sassarensis in patrocin 5. n. 1. ad computum reffectionis carnem & coirū tradere obtulit damnifficans. Quæ oblatio visa fuit in iuditio rationem percutiens, sic
21 que fundamentū,† illius perquirere, & Causam gnoscere studui iusta illud Vergil. æneid. lib. 2.

Tum vero ardemus scisitari, & quaerere causas.

Tiraquell. in Tract. cessant. caus. in princip. tenuij & illidibilis fuit adducta & sic de facili repulsa dicebatur carnem, & coirum esse partes Bouis, quas perempta spetie posse creditori vt illi specialiter obligatas consignari inferebat pluribus Exēptis quæ aduocatus aduersans adducebat, quæ nunc non refero tamquam nulli legali Cardini in heretia. Fuit passus reus repulsam, & condemnatus ad refectionem damnorum, quin actor obstringeretur recipere ad compu-
22 tum, † carnem & coirum. Ex doctin. singulari Fuluic. Benigni quam reffert, & sequitur Laurent. Vrsell concl. 108. verbo animalia n. 60. in fin.

ARGVMENTVM.

Vtrū Maritus in tabulis nuptialibus totam dotem sibi constitutam filiis habituris, decentibus in pupillari ætate restituere se obnoxium reddens videatur ex hoc renuntiare legitimæ sibi debitæ in bonis filiorum, & vtrum sit validum pactum inter, Coniuges celebratum de non succedendo filiis etiam respectu legitimæ,

SVMMARIVM.

1 *Casus suppositus huic quaestioni recensetur.*

2 *Pacto interposito inter contrahentes vt dos reuertatur ad dotantem tunc filiorum portiones non ad fratres sed ad dotantem debent reddi. 3. quod pactum ex internallo potest affigi. 4.*

5 *Pacto semel interposito dotem alicui restituendi non potest ex interuallo derogari.*

6 *Quodlibet pactum dummodo expresse prohibitum non reperiatur potest apponi in tabulis nuptialibus. n. 11.*

7 *In tabulis nuptialibus potest pacisci vt Parentes non succedant filijs: quo pacto adhibito Parentes pro mortuis reputantur. 8. succedunt alii per successorium edictum exclusis omnibus ascendentibus. 9. & hoc per modū addicationis. 10.*

12 *Pactum de nō succedendo de iure reprobatur nisi accedat iuramentū vel sit in contractu matrimonij reciprocum.*

13 *Pater si se obstringat restituere dotem decedentibus filiis in pupilari aetate videtur renuntiare legitime 14. impugnatur. num. 18. 23. 36.*

15 *Statutum si excludit patrem à successione filii, videtur etiam à legi-*

legitima excludere. Fallit quādo adeſt certa perſona vocata. 16 *non cenſetur prohibita, licèt Pater habeat à lege liberam diſponendi voluntatem.* 21.

17 Petitio *legitima eſt pars ſucceſſionis haereditariae. Legitima in totum ex vis pacti non poteſt tolli.* 20.

19 *Obligatio dotem reſtituendi, & excluſio* Parentum *nihil comune inter ſe habent.*

21 Promiſſio *abſoluta continet in ſe omnes conditiones tacitas qua de iure inſunt.*

24 Promittens *reſtituere dotem poteſt deducere funeris expenſas, etiam ſi promittat reſtituere filiis decedentibus in pupilari aetate, decedentibus in pupilari aetate, & etiam antifactum.* 25.

26 *Actio perſonalis ſolum pro funeris expenſis competit ſed priuilegiata* 27. *licèt in ſtipulatum deducantur* 28.

29 *Funeris expenſae deducuntur ante deductionem legitimae. Qua diuerſitas adſit inter illas, & legitimam.* 32.

30 *Legitima deducitur ab haereditate tanquam as alienum.* 31. *legitima non includitur in generali renuntiatione.* 33. *nec in legato vniuerſali vſufructus.*

34 *In particulare non includitur ſub renunciatione generali.*

35 *Mater non poteſt Patrem priuare vſufructu legitimae filiorum. Refertur caſus obſeruatus in Regia gubernatione.*

37 *Trebelianicam poteſt deducere granatus reſtituere totam haereditatem* 38. *& expreſſa prohibitio requiritur, vt non detrahatur n.* 89. *& vtrū per verba aequipollētia intelligatur prohibita* 40.

41 *Pactum quod importat idem, quod ius comune aliquid plus debet operari.*

42 *Verbum omne in contractu adhibitum aliquid debet operari.*

43 *Nemo prohibetur ex vi pacti idem obtineri quod cōpetit ex vi ſtatuti.*

44 Pactum *ſi ponatur vt dos ſoluto matrimonio reuertatur ad dotantem euaneſcit filiis ſuperſtitibus, licèt iſti quandocumque decedant*

45 *Laus magna eſt laudari ab ipſis conciuibus.*

46 Don *Franciſcus* Piquer *laudatur.*

47 *Minerua à minuendo vires dicitur, & eſt aliquis morbus propter ſcientiam mori.*

CAPVT XV.

1 IOSEPHVS Catalina & Liperi matrimonio ſe coniūxit cum Catalina Angela Piquer, & Aquena in primis votis, in tabulis nuptialibus celebratis promiſit reſtituere omnem dotem ſoluto matrimonio, etiam ſuperſtitibus filiis, & iſtis decedentibus in pupillari aetate; euenit reſtitutionis caſus defuncta Vxore, & filio ſuperſtiti, poſtea impubeſcentibus annis ex vita migrato. Pulſatus fuit per Cathalinam Angelam Piquer Auiam defunctae Vxo-

ris ad vniuersam dotis restitutionem ex vi pacti nuptialis, Iosephus verò Cataina sibi deberi legitimam filii, pactumque hoc restitutionis totius dotis intelligendum fore deductis deducendis contendit pacta in capitulis matrimonialibus affixa indistin-
2 ctè seruanda esse † dũmodo publicè vtilitati dissona non constituantur. Ad longum in dessert. edocui; ex qua conclusione tuto pede calcanda profluit, vt si pactum interponatur inter coniuges vt dos reuertatur ad dotantes & quod filii in ea succedere nequeant, tunc ex vi istius pacti successo obitu filiorum dotis portiones eorum reddi debẽt ad dotantes, vel ad eorum hæredes, & nõ ad proprios fratres iuxta tex. in l. Pater cum filiæ. ff de pact. dotalib. ibi. *namque traditur, quod cum Pater pactus sit, vt mortua filia, vno pluribusque filijs superstitibus deducta parte tertia, reliqua sibi dos, aut post mortem suam illi, aut aliis filiis, quos in potestate habebat redderetur, deindè hoc fieri stipulatus est, & post mortem eius mulier in matrimonio decesserat relictis filiis, quaesitum est an ex stipulatione duas partes illi petere possint respondi, posse, etenim vim eius stipulationis hanc esse, at si in matrimonio mortua esset dos Patri redderetur*, quam opinionem tenent. Morot. resp. 19.
3 † num. 4. & 5. vbi quando pactum affigitur dotem reuertendi ad dotantem exclusis filiis decedente quolibet istorum portionẽ illum in dote tangentem ad dotantem reuerti debere exclusa successione fratrum. Tenet in propriis terminis Thoro. vot. 80.
4 tom. 2. num. 10. † quæ conuentio vtique stipulari queit. Fonta. † de pact. nupt. clauf. 4. glos. 24. num. 22. cum seq. etiam ex interuallo Ant. Amat. var. resol.
5 tom. 2. resol. 64. † & semel pacto interposito dotem restituendi certis personis, non potest postea recedi ex interuallo Molf. ad con. Neapol. part. 6. quæst. 8. ex num. 18. 19. 20. 21. Fab Capic. Galeot. Illustr. tom. 1. contro. 12. num. 23.

Inspirans ratio assignatur, nã contrahentibus matrimonium licèt quo ad successionem filiorũ sibi quas maluerint pacta affige-
6 re, † leges præscribere & formam adhibere, quæ semel conuenta firmitatis robore muniũtur, & variationis haud aleæ adscribũtur. Ramon. cons. 100. num. 423. Capic. Latr. decis. 98. nu. 49. tom. 1. Prato discept. forẽs. 12. tom. 1. num. 23. qua propter si expressè conuentio adhibeatur de non succedendo filiis ex matrimonio
7 habituris, parentes incapaces † se constituunt succedendi filiis, illorumque bona seclusis parentibus deueniẽt personis pacto suppositis, docent pluribus laudatis. Rouit. cons. 98. & 99. Minodaur. decis. 26. num. 2. Theodor. allegat. 23. Capic. Latr. decis 35. Franc. Mar. de Prat. discep. forens. cap. 12. tom. 1. Merlin contro. Forens. tom. 2. cap. 49. ex n. 3.

Nam pactione celebrata, vt vir & Vxor seclusi iaceant à suc-
8 cessione filiorum, † ita contrahẽdo

do tollunt ſe de medio, & locum faciunt aliis in ſucceſſione per ſucceſſorium edictum. l. 1. §. quibus. ff. de ſuceeſs. edict. efficiun-
9 tur penitus extranei, † Minod. deciſ. 26. num. 2. habeantur pro mortuis. Napod. in conſuetud. ſi quis, vel ſi qua. Gloſ. in bonis omnibus. nu. 195. Prat. loco. citat. nu. 4. quæ excluſio tali hypotheſi, ſucceſſionis parentũ nõ per modũ ſucceſſionis & translationis in alium, ſed abdicationis, & abſtentionis contigit. Georg. allegat. 23. num. 44. verſic. † quintus eſt caſus, cuius effectus eſt, vt non ſolum parentes, ſed & cæteri aſcendentes excludãtur. Reg.
10 de pente. conſ. 61. num. 75. lib. 1. † Rouit. deciſ. 100. num. 19. & bona redire debent vnde prouenerunt. Amat. conſ. 26. num. 11. & 12. cum Georg. Franch. & aliis. Hodiern. controuer. forenſ. tom. 1. contro. 28. num. 69. quod continere æquitatem, videtur vt ſaltim defunctum conſanguineum deplorantibus ſolatium ſit bonis etiam quæ antiquitus prædeceſſorum fuerant nõ fruſtrari. l. iure ſuccursũ ff. de iur. dotium. Prat. diſcept. 36. tom. 1. num. 19.

Adſcribuntur hæc fauori matrimonii in quo iniendo pacta omnia expreſsè à iure non improbata affigi poſſunt, vt ad longum magna cum Doctorum turba exhibui in dict. differt. & eſt text. in l. 1. §. illud. cod. de rei. Vxor. action. Ioſeph. Ramon. conſ. 100. num. 423. Galeot. lib. 2. controu. cap. 30. nu. 58. quinimmò etiam aliàs improba tollerantur; ponit caſum Ant. Fab. in cod. defin. 6. de pact. cõuent. futuræ ſucceſsionis quod
11 pactũ ſuſtineri † poſſe in coniugali contractu defendit. Sequuntur Rouit. deciſ. 87. num. 15. nouiſsimè Cęſar de Afflict. controu. 31. num. 16. & licèt reſpectu excluſionum Parentum videbatur hanc eſſe reprobam, cũ
12 † pactum de non ſuccedendo de iure improbetur. l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hæred. l. pactum quod dotali. cod. de collat. l. neque nos cod. de Capt. & poſt lim. reuers, etiam ſi fieret ex cauſa onerosa aliquo dato vel accepto. l. fin. ff. de ſuis & legitim. hæred. l ſi quando. §. illud cod. de in offic. teſtam. ratione tamen iuramenti ſuſtinetur. Surd. deciſ. 70. num. 17. Hodier. dict. controuerſ. 28. num. 49. fauore matrimonii, & quando eſt reciprocum. Prat. loco cit. num. 15. & 16.

Reſolutio hæc iuxta Ant. Amat. proximè deferendum, non ſolum procedit vt vidiſtis inconcuſsè quando Parentes ex vi pacti expreſsè renunciarunt ſucceſsioni filiorum abdicantes
13 † ſe à iure illis arridente incluſiuo de iure communi ſucceſsionis illorum, ſed ampliatur ad caſum in quo ſolum Pater ſe obſtrinxerit reſtituere dotem filiis decedẽtibus in pupillari ætate, per quã obligationem conceptam abſq; reſeruatione iurium, videtur Pater ſe abdicare à ſucceſsione filio-

rum, & retentione legitimæ, sicque hanc non deberi Patri in casu restitutionis decedentibus filiis infert resol. 48. tom. 1. nu. 9.

In doctrina Antonii Amat. stabiliebãt omnem spem, & causæ Victoriam hæredes defunctæ Vxoris ad excludendum Patrẽ à iure, & retentione legitimæ prætextu obligationis per illum adhibitæ de dote restituenda filiis decedentibus in pupillari ætates quæ doctrina fuit originalis
14 Bald. cons. 2. lib. 3. ✝ & eã sectãtur Gabriel. cons. 24. num. 20. lib. 2. Mart. de succes. legal. part. 2. quæst. 3. art. 8. num. 14. & vallatur exẽplo statuti per quod si Pater exclusus iaceat à successione filiorum, per consequens etiam excluditur à legitima illorum. Mart. voto 23. Surd. cons. 401. num. 24. vbi si adest statutum in aliqua ciuitate, per quod Pater à successione hæreditatis filii excludatur. exclusionem, extendi, & comprehendi exclusionem legitimæ tenet Alexand. cons. 3. vol. 2. cons. 168. vol. 7. Brun. super Statut. quod stant. Mascul. articul. 9. quæst. 1. Grouet. cons. 11. num. 13. Tiraquel. de iur. primog. q. 5 5. n. 9. Cæphal. cons. 145. n. 9. Menoc. cõs. 206. n. 1. lib. 3, Ciurb. ad Consuet. Messã. cap. 11. Glos. 6. p. 1. n. 9. Viuian. Girochi. discept. 39. nu. 12.

Fundamentum hoc corroboratur, quia licet sit sub vindice opinio hæc: vtrum statutum ex-
16 cludens ✝ Parentes à successione filiorum, excludat etiam à petitione legitimæ, conciliatur verò, vt in casu quo persona certa sit vocata ad successionem intestatam ob exclusionem Parentum cuius fauore sit decreta exclusio, Parentes tunc à petitione legitimæ exclusi constituuntur. Glos. in l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. de inofficios. testam. Mangil. de imputat. quæst. 7. num. 45. & est genuina ratio, quia petitio legitimæ est portio hæreditariæ successionis. Damaud. de renunc. cap. 6. num. 159. at sic est quod ex vi pacti Parentes vel ad fauorem propinquorum vel dotantium constituerunt se abdicatos à successione filiorum præcipuè in-
17 testata, ✝ inde per consequens à petitione legitimæ cũ sit portio successionis hæreditariæ. l. cum quæritur. & l. parentibus cod. de inoffic. testam. Viuian. Girochi. discept. 39. num. 13.

Mihi qui causam Iosephi Cataina, immaturè hoc præsenti Anno 1662. vitali aura orbati fouebam, visa fuit doctrina Amati & nunc maturiori iudicio, & absque affectionis pondere illam trutinanti satis perdura inexorabile vulnus Parentibus afferens, sicque non amplexanda; nam res diuersa est pactum de quo agimus restituendi dotem filiis decedentibus in pupillari ætate, & excludendi se reciprocè parentes à successione filiorum, nihilquè commune habent inter se obligatio restituendi dotem & pactum exclusiuum parentum à successione filiorum vt ratiocinatur cum Aflict. decis. 337. Franc. Mar. de Prato. dict.

cap.

19 cap. 36. num. 34. † quando Parentes excludunt ſe ex vi pacti à ſucceſsione, vtrum per conſequēs excluſi iaceant. à legitima noſtri muneris nunc non eſt diſpungere, conſule Merlin. contro. 7. nu. 5. tom. 2. Prat. dict. cap. 36. nu. 42. & 43. vbi tenet ex vi pacti non poſſe tolli in totum ius legitimæ, benè tamen minui. Georg.
20 alleg. 20. nu. 25. † Surd. conſ. 480 num. 14. & 15. vbi tenet non poſſe paciſci excluſionem totalem legitimę etiam adhibito Iuramento ratione enormiſsimæ læſionis, quam contineret pactū excluſiuum legitimæ. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 3. quæſt. 4. num. 1.

Quando verò ſolum promittit Pater reſtitutionem dotis etiā filiis decedentibus impuberibus vtrùm ex hoc renuntiare videatur iuri reſtitutionis legitimæ ſibi debitæ in bonis maternis filii,
21 † hoc eſt dubium quod Antonius Amat. haud exemplo ſucceſsionis valet diſcernere quinimò ad illum refellendum ſat erat proximè doctrina allata, vt per pactum non poſsit in totum ſtipulari excluſio legitimæ, quæ ex diametro ad radicem affigit gladium, quæ numquam excluſa cenſetur etiam ſi ſtatutum diſponeret, vt Pater ad libitum poſsit de bonis ſuis diſponere, quia intelligitur reſeruata legitima filiorū. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæſt. 1. num. 31. & quando ſtatutum ſimpliciter excludit matrem à ſucceſsione filiorum, tunc ab eorum legitima non cenſetur excluſa prout docet idem Merlin. lib. 3. tit. 1. quæſt. 23. num. 8.

Promiſsio indiſtinctè concepta de dote reſtituenda licèt ſit
22 abſoluta, † continet nihilominus omnes conditiones à iure inductas, quæ imbibitę tacitè intelliguntur, ac ſi expreſsè forent inſertæ. tex. in l. quod ſi maritus. ff. ſolut. matrim. Sanfelic. deciſ. 212. num. 10. Pater promittens reſtitutionem dotis filiis impuberibus decedētibus non ex hinc reſtitutionem legitimæ de iure debitæ, & tacitè reſeruatæ vide-
23 tur reſpuere, † cum ſub obligatione aliquid reſtituendi intelligatur reſeruatum ſtipulatori de iure debitum. Elegans text. in l. ſi Patronus. 20. de donat.

Pro fundamento hoc expendo text. in l. Maritus. de Religio. &
24 ſumpt. funer. † vbi licèt Maritus promittat reſtitutionem dotis, obligatio hæc ſubintelligi oportet deductis deducendis, nempè funeris expenſis, quarum deductio excluſa non concipitur ex obligatione abſoluta dotem reſtituēdi adhibita, quam doctrinam ſectantur Ripa. de peſte. tit. de remed. præſeruatiuo. n. 135. Barb. cō. 24. lib. 1. col. 3. quæ procedit licèt promitteret Maritus reſtituere certo caſu dotem veluti filiis decedentibus in pupillari æ-
25 tate, † quia nihilominus poterit adueniente caſu reſtitutionis retinere expenſas funeris vxoris, & etiam portionem dotis à ſtatuto ei conceſſam veluti antifactum in Ciuitate Saſſeris. Sic Creſent

ſin-

singul. 25. Viscont. in suis conclus. verbo expensæ factæ. fol. 78. Prat. dict. cap. 36. nu. 44.

26 Funeris expensæ † pro quibus actio personalis arridet. l. 2. de priuileg. credit. Roderic. de concurs. credit. 1. part. 3. artic. num. 2. priuilegiata verò respectu omnium creditorum etiam anteriorum, & expressam hypo-
28 thecam † habentium. Gait. de credit. cap. 4. quæsit 11. ex nu. 910. Amat. var. resolut. cap. 3. num. 7. Maqued. in l. priuilegia. de priuileg. credit. nu. 14. Matthias Berlinch. cum infinitis conclus. 64. num. 86. tom. 1. & num. 88. cum seqq. delineat quæ sint funebres expensæ, & quæ nomine illarum veniant. Acost de priuileg. credit regul. 2. ampliat. 1. num. 2. quæ ante-
29 latio arridet, † licèt impensa funeris in stipulatum deducta esset ex. l. aliam de nouat. Salgad. in laberint. credit. par 3. cap. 11. num. 88. funebres igitur sumptus ante deductionem legitimæ licèt deducantur cum habeantur pro ære alieno respectu totius corporis hæreditatis, sicque nulla adhuc deductione antecedente nec etiam legitimæ deduci oportent ex l. cum quæritur. cod. de inoffic. test. Capic. Latr. cons. 78. num. 21. Laur. Vrsell. conclus. 42. num. 390. & 494. Dexart. decis. Sardin. 49. num. 4. germanantur tamẽ respectu formæ deductionis & causæ efficiẽtis cum ipsamet legitima: argu-
30 mentum procedit, † nam deductio funebrium expensarum, ideo priuilegiata constituitur respectu deductionis, & reseruata tacitè in ventre obligationis absolutè conceptæ de dote restituenda intelligitur, quia sunt æs alienum, quod antecedenter deduci oportet, & eius retentio tacitè stipulata censetur, sed sic est quod legitima respectu deductionis habetur etiam pro ære alieno igitur iura tacitè retentionis seu reseruationis, & prælationis in ordine ad corpus hæreditatis remanentis deducto ære alieno testatoris illi arridere debent.

Et quod legitima deducatur ex corpore hæreditatis tanquam æs alienum est punctualis doctrina Minsig. cent. 6 obseruat. 43. & 44. deduciturque ex text.
31 in l. † quia ff. pro socio. l. fin. §. sin autem perpetui. cod. de curat. furios. vbi habetur legitimã deberi filio tamquam æs alienũ respectu Patris docent Prat. dict. cap. 36. num. 44. Damaud. de nenunciat. cap. 6. num. 164. sicque pari modo dicendum est, de vtraque hypothesi, nempè cũ funeris sumptibus haberi se tamquam æs alienum in deductione legitimam, hac diuersitate inter ambo iura versante, vt expensæ funeris respectu totius hæreditatis deducantur intellectiuè tam-
32 quam æs alienum, † legitima verò tantum respectu bonorum remanentium; in reseruatione verò tacita ambo confricantur, & germanantur, scilicet quod licèt

cèt quis ſtipuletur dotem reſtituere vel hæreditatem, intelligatur deductis deducendis, nempè funeris impenſis, & legitima tãquam ære alieno.

Accedit fauor legitimæ, cui non intelligitur renunciatum per quamlibet renunciationem,
33 † etiam in qualibet ampla forma conceptam, requiritur ſpeciali renunciatio illius ex text. in l. ſi quando. §. generaliter. ff. de inoffic. teſtam. Marta. de legal. ſucceſſ. quæſt. 14. art. 3. num. 1. part. 1. fuit deciſum apud Rotã Romanam teſte Gregor. xv. deciſ. 449. num. 18. & deciſ. 419. part. 2. in recent. cum Peregrin. Gratian. & aliis, qui vnico ore fatentur, legitimam in generali renunciatione non venire, niſi de ea ſpecialis mentio adhibeatur. Laur. Vrſell. concluſ. 42. nu. 629. pluribus laudatis Damaud. de renunciatio. cap. 4. num. 2. pro vt nec compræhenditur ſub vniuerſali legato vſu fructus. Cyriac. controu. 1242. nu. 7. Merlin. de legitim. deciſ. 214. num. 13. Girochi. diſcept. 15. num. 12.

Et generale eſt, quod renuncians omnibus iuribus ſi habeat aliquod particulare veluti lucrũ
34 dotis, vt ſupra cum Prat. Viſcont. & aliis exhibui † hoc non includi ſub generali renunciatione. Molfeſ. ad Conſuetud. Neapolit. tit. de renunc. quæſt. 1. nu. 48. verſic. Hactenus hoc eſt verũ. Sanfelic. in addit. ad deciſ. 135. Poſt. tom. 2. Ioſephus Catainã neutiquam iuri legitimæ renunciauit reſtitutionem dotis ſolum filiis decedentibus in pupillari ætate ſpopondit, quæ generalem renunciationẽ videtur importare ſub qua legitimæ excluſio, & ius particulare ad illam retinendam non debet comprehendi.

Circa fauorem legitimæ nota caſum qui hoc præſenti menſe Nouembris. Anni 1662. in quo verſor dum hæc typis mando accidit in tribunali Regiæ Gubernationis.

Andrioto in ſuo poſtremo elogio diſpoſuit, vt caſu quo eius vir Don Ioannes Roig Ciuitatis Caſtri Aragonenſis ad ſecun-
35 da vota conuolaſſet, † caderet ab vſufructu, & adminiſtratione bonorum maternorum filiorum cum dictus Nobilis Roig. ſecundas contraheret nuptias, voluntas teſtatricis fuit in dubium appellata, & Relatore Doctore Franciſco Zuca, & ſcriba Ioanne Vſaii fuit obſeruatum, & declaratum, quod mulier hæc teſtatrix non potuerat Patrem priuare vſufructu legitimæ filiis debitæ in bonis maternis, licèt in reliquo remanenti bonorum deducta legitima valuiſſet ex veriori opinione, quam ſectantur aliis laudatis. Gratian. deciſ. 76. num. 50. Marin. Quot. reſol. cap. 128. num. 7. Franc. Roco reſponſ. 77. num. 2. tom. 1. Viuian. Girochi. diſcept. 6. nu. 38.

Concluſio noſtra ex diametro oppugnans Amati doctrinam ſtabi-

36 stabilitur † in singulari consilio Angel. Aret. 81. vbi licèt Pater promittat restituere dotem decedentibus filiis in pupillari ætate, debet intelligi retenta legitima, & ex iuribus hactenus exaratis proprio Marte fulcitur, quæ rationes illas quibus Amato nititur euacuant, & eneruant.

Et licèt appositum apparebat verbum, Lii, *Omnem dotem*, non facessebat negocium, cum ad sūmum renunciationē generalem poterat importare, sub quam legitimam non comprehendi affirmaui, & semper deductis deducendis intelligi oportet. Exēplum habes in grauato restituere totam hæreditatem, qui nihil-

37 ominus † poterit deducere quartam trebelianicam sibi debitam, quippè obligatio restituendi totam hæreditatem intelligitur deducta Trebelianica tex. l. nam quod. §. fina. cum l. seq. l. ita tamen. l. Trebelianum. l. 1. §. indè Neratius. ff. ad senat. consul. Trebel. Bartol. in l. Centurio co-

38 lum. 7. de vulgar. vbi docet, † quod licèt testator mandet hæredi restituere totam hæreditatem, debet intelligi retenta sua quarta trebelianica, quam doctrinam fatetur esse admirabilem Barbat. cons. 24. lib. 1. probaturque ex tex. singulari in l. si quis ad declinandam. cod. de Episcop. & cleric. vbi licèt testator grauet hæredem erogare totam hæreditatem in redemptionem captiuorum, potest sibi reti-

39 nere trebelianicam, † quæ expressis verbis debet prohiberi. §. si verò expressim. in Auth de hæred. & falcid. Auth. sed cum testator cod. ad leg. falcid. vbi habetur ad prohibendam detractionem trabelianicæ requiri expressam prohibitionem. docent. Intrigliol. de substitut. centur. 3. quæst. 71. Mantic. de coniectur. Volunt. lib. 7. tit. 12. num. 12. Molin. de rit. nuptiar. lib. 3. cap. 36. vbi enim aliquid lex iniungit expressum fieri, id exprimi oportet verbis particularibus. l. item apud Labeonem §. 1. de iniur. ibi. *Quæ enim particulari nota digna sunt, nisi specialiter annotentur, videntur neglecta*. Sequitur

40 Paul. Staib. † resol. 24. n. 33. vbi etiam voluit † non intelligi prohibitam trebelianicam per verba ęquipollentia, de quo puncto dubitant Censal. ad Peregrin. fol. 347. art. 35. versic. secundo obseruo. Andreol. controu. 33. & 63. num. 22. & 24. nouissimè Viuian. Girochi discept. 10. nu. 18. cum seq. Spada. cons. 385. potiori pondere procedunt respectu legitimæ hæc omnia que fauorabilior est trebelianica, cum dicatur debitum naturę fortius debito ciuili. Damaud. de renunciat. cap. 35. num. 15. sicque non intelligi renunciatam per verbum, *omnem*, fatendum venit.

Replicabis, quid ergo operatur pactum restituendi dotem filiis decedentibus in pupillari ætate cum iam hic casus reperiatur præuisus per statutum Tur-

rita-

ritanum, & Conftitutionem Catalonicam *de los impubers?* aliquid plus neceffario debet operari ex regula,quod quando pactum cōtinet idem,quod ius commune,
41 vel ftatutum † aliquod plus debeat operari. Rub. Prati. refol. cap. 4. 358.numquid fatebimur pactum effe fruftratorium, & nullius momenti? abiit, cum claufula omnis, & verbum debeat aliquid operari. ex tex. in.
42 l. Titia. 134. de V.O.I. † Titia. 34. §.1. de legat. 2. Marefan.poft controuer. 4. Florian. Dulphi. n. 11. Valenzuel. conf. 11. nu. 83. Merlin. Centur. 1. controu. 49. num. 13. Altamiran. ad l.1.cod. de filiis. official. qui in bell. moriunt. cap. 9. num. 25.

Refpondeo multos effectus fecum ducere, nempè coadiuuare ftatutum hoc pacto, nemo enim impeditur pactis, & priuilegio obtineri id ipfum,quod fibi de iure communi arridet ad maiorem fui iuris corroborationem, & confirmationem. l. forma §. final. de cenf. Salgad. in laberint. credit. part 2. cap. 17. num. 29. Solorzan. de iur. Indiar. tom. 1. lib. 3. cap. 1. ex num. 56. rurfus tollere ambages,quæ reuolui poterant fuper obferuantia, & interpretatione ftatuti, præcipuè fi incideret in manus cuiufdam Aduocati iftius Ciuitatis,qui abfolutè confulit ex vi ftatuti Turritani *de filijs decedentibus* non effe oblatam hæreditatem Parentibus, declinarentque partes virtute huius pacti ex Turritani ftatuti dubietate quã patitur, nempè, vtrum etiam Patri competat vfusfructus per deceffum filiorũ impuberum, quæ dubia euacuãtur pacto interpofito dotem reftituendi.

Inter effectus quos producit pactum hoc præcipuus eft, vt contingenti obitu in pupillari ætate filiorum dos debeat reuerti ad dotantem, aliàs licèt oppofi-
44 tum † effet pactum dotem reftituendi foluto matrimonio non porrigeretur ad hypothefim noftram fuperuiuentium filiorum & decedentium poftea, quo cafu, non ad dotantem, fed ad Patrem de iure communi fpectaret Bertrand. conf. 309. vol. 3. part. 2. vbi ponit cafum pacti reftitutionis dotis foluto matrimonio, & tenet non habere locum fuperftitibus filiis, licèt poftea hi per momentum temporis fuperuiuerent, quod fufficit ad exclufionem dotantis, & purificationem conditionis. Multa fuper confuetud. Panorm. cap. 47. nu. 27. Amat. refol. 48. n. 5. Thoro. vot. 80. num. 16 part. 2. Mari. Cutell. decif. 18. igitur non fruftraneum,& abfque fruge pactum reftituendi dotem, licèt adfit ftatutum idem difponens.

Exarabam hæc pro tutamine Iofephi Cataina lite mota in tribunali Regiæ Gubernationis quibus vifis Doctor D. Francifcus Piquer Regii Patrimonii confiliarius, & frater Actricis magnis in mei honorem laudi-
45 bus diffufis, † de quibus mihi

gloriabundus gratulor: *hęc est vitae gloriosa cõmoditas* dicebat Cassiodor. lib. 1. var. epistol. 3. & refert. Zaur. Matth. de regim. Regn. Valent. tom. 1. cap. 6. §. 5. num. 89. *Dominos esse testes, ciues habere laudantes* à lite incepta tanquam ius non fouente desisti
46 curauit, † sicque legitimam in dotis restitutionem sibi retineret pulsatus Reus. poterit sibi extorquere D. Franciscus Piquer magno omnium luctu Anno 1659. vita orbatus Serui Sulpicii laudes, quas refert Cicer. lib. 1. offic. vt quia litium anfractus tollere assueuerat, de quo gloriabatur val. de Imperator Henricus Tertius, cuius erat symbolum *qui litem aufert execrationem in benedictione mutat.* Schorborn. lib. 7. politicor. cap. 2.

Felix Patria mea Turritana, quæ tot peperit sibi filios, & sydera ad illam exornandam;
47 † vtique virtutum, & scientiarum sydus non tenuis lucis fuit dictus de Piquer qui tam anxiè Mineruæ elaborauit, vt euacuatis viribus extremum clauserit diẽ; nec mirùm, cùm Minerua à minuendo dicatur, nam illi adscripti & assiduo conatu in illius officina elaborantes marcescant, carpantur, & ad mortem deueniant Auth. habita. cod. ne filius pro Patre, Cicer. in natur. Deor. lib. 2. hinc dixit Plinius *Est aliquis morbus per sapientiam mori.* Tradit Altomirand. ad l. 1. cod. de filiis official. qui in bell. moriunt. cap. 14. num. 5.

ARGVMENTVM

Futuro socero non est comendanda educatio futuræ nurus Appellatio quoad exequtiuum vtrum admitatur à sententia vbi pupillus educari debeat declaratoria. Exaratur quantæ sit Reipublicæ vtilitatis optima pupillorum educatio. Discutitur vtrum Mater, vel Pater magis filios amet, & vtrum Mater debeat reintegrari ad educationem filiorum dissoluto secundo matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Socer de futuro non potest esse educator nurus de futuro. Fuit sic declaratum in Regia Gubernatione Saceris. 46. ratines quę mouerunt. 47.*

2 *Iudex in arbitrarijs argui non potest nec syndicatui supponi. 3.*

4 *Educationis materia pendet ab arbitrio iudicis. Potest recedere in illa à voluntate patris. n. 8. 9. quia Prętor vtilitatem pupillorum debet sequi, non scripturam testamenti 10. immediate successuri excluduntur ab illa. 11.*

5 *Voluntas testatoris est seruanda quia sic interest ad cuius obseruãtiam inspirat ipsamet ratio naturalis 6. & præfertur piae causae.*

12 *Matri potest commendari educatio filiorum, etiam transeunti ad secunda vota, si index ita expedire iudicauerit pracipuè quando est honestae vitæ 13. nec spes succedendi in legitima illã excluderet*

14. &

14. & ſi inuenietur excluſa à filiorum ſucceſsione nullatenus poſſit illi denegari educatio filiorum 15.

16 Mater conuolans ad ſecundas nuptias intelligitur magis maritum ſecundum quã filios prioris matrimonij diligere.

17 Abortus immanitas ab effectibus exaratur.

18 Mater magis amat filios quam pater 24. quia eſt mater certa, quia eſt magis coniunctior filijs. 19 .ex diuturnitate laboris 22. mater non præſumitur, quę non diligit filios. 23.

20 Vbi verſatur coniunctior nexus ſanguinis, ibi fortior dilectio illaqueatur.

21 Fere ipſę rudes pro tuendo ſuo partu fortius propugnant, vulnera excipiunt, & nullos caſus reformidant.

25 Materna pietas, potens lenocinium dicitur ad extorquendum arbitrium iudicis, vt illi educatio pupilli comendetur, & ob leuem ſuſpicionem legitima, non debet ab illa remoueri.

26 Non debet Iudex quando præſumptiones vrgent blanditijs & lachrimis molliri, ſed virtutum & vita rectitudine moueri debet. Semper debet ſequi in committenda educatione pupilli coniecturata mens patris 27. & non debet recedere à uolũtate patris, niſi in caſu maligna ſuſpicionis 28.

29 Pater intelligitur plꝰ proſpicere pro filijs quam alia perſona.

30 Paterno auo fuit comendata educatio nepotis excluſa matre in caſu propoſito per Regiam audientiam Sardoam coniecturae & cauſae que concurrebant in præfato caſu 31.32.

33 Tutelam reaſſumit mater tranſiẽs ad ſecunda vota, ſi non fuit ſequtus effectus àqua cadit propter matrimonium nulliter cõtractum 34 & procedit licèt matrimonium eſſet contractum, ſed poſtea diſſolutum re intergra. Fuit ſic declaratum in Gubernatione Saceris ad fauorem nobilis Roſa Tola anno 1656. quod poſſit reaſumere tutelam 35. 36. & pari modo reintegratur ad educationem 37.

38 Iudices in educatione pupillorum ſolum maiorem vtilitatem intendere debent.

39 Reipublicae intereſt optima educatio pupillorum 40.

41 Arbitrium iudicis debet rationi coherere, non ab illa aberrare.

42 Educauit qui bene & fideliter ſemel pupillum, præſumitur inpoſterum ſic educabit, & ſic cepta educatio debet continuari n. 43. & non poteſt abſque cauſa ab illa remoueri 44. & quomodo procedat haec regula 45.

48 Apellatio non datur in arbitrarijs; iuxta opinionem aliquorum doctorum. Contrarium 49. conciliantur hae opiniones 50.

51 Doctori diſtiguenti ſtandum eſt.

52 Apellatio datur quoad ſuſpenſiuum in materia educationis.

CAPVT XVI.

CONCLVSVM fuit ad fauorem Bernardi Berart tutoris testamentarii filiorum Ioânis Antonii Genouesu in tribunali Regiæ Gubernationis, relatore Doctore Francisco Zaca Aduocato Fiscali illius, anno 1660. actuario Ioãne Vsai, Antoniam Genouesu non esse educandam penes Seraphinum Merega Socerum futurum, vt Patrem Sponsi istius pupillæ, inter quos sponsalia per verba de futuro fuerant contracta, cuius partes in iudiciali puluere peregi.

Sententia Gubernationis à Socero futuræ Sponsæ, educationẽ abdicans, notæ censuræ adscribi nequit, cum arbitrio iudicis materia hæc attributa appareat, dictum est enim in arbitrariis iudicem argui non posse ex glos. notalib. in cap. statutũ §. assessorem, verbo relinquatur, de rescript. in 6. cum plurib. Salgad. de Regia prot. par. 3. cap. 13. num. 29. & 30. negotii decisio si iudicantis arbitrio à iure vel ab homine commendatur, solum cõscientiam percutit, & Deum habet vltorem, & vindicem. Hinc prouenit, quod in sententiis & rebus in quibus iudex ex arbitrio illi impartito procedit, nequeat syndicatui supponi, latere vtique possunt syndicatoris animum causæ, quæ impulerunt iudicantis arbitrium, in quo conscientia vnius, alterius sensui adaptari nõ potest, quæ rationes & aliæ conclusionem prædictam, iudices in arbitrariis non esse syndicandos constituunt. Bouadill in politic. lib. 5. cap. 3. num. 55. Larrea decis. 98. num. 59.

Et quod materia educationis pupillorum à iudicis arbitrio pẽdeat, illiusque iudicio sit commendata, adscripta, & reposita, vulgare est axioma cõmuni doctorum calculo suffultu per text. in l. 1. ff. vbi pupil. educar. deb. Franch. decis. 350. Tapia decis. 51. Sacri Concil Neapol. cum Bald. & antiquiorib. Thesaur. quæst. forens. lib. 3. quæst. 26. num. 1. Mastrill. decis. 230. nu. 12. Sesse decis. 288. num. 2. lib. 3. Morot. respons. 74. num. 25. Peregrin. decis. 28. num. 2. Fab. de Anna cons. 33. num. 2. Thoro in compendio decis. part. 2. verbo educatio, & voto vndecim. ex num. 12. Rube. decis. 255. num. 2. tom. 1. Marin. quotidian. Resol. to. 1 resol. 95. Arias de Mesa lib. 2. var. cap. 25. nu. 6. taliter quod licèt voluntas testatoris sit tanquam lex seruanda ex §. disponat Auth. de nupt. collat. 4. ibi. *disponat itaque vnusquisque in suis vt dignum est, & sic lex eius voluntas, quia nihil est quod magis hominibus debeatur, postquam hinc demigrauere cum iterum non redeat arbitrium, quam quod exitum videant, eorum quæ disposuere* ex Constantino in l. 1. cod.

de

de ſacroſanct. Eccleſ. cap. vltima voluntas 4. 13. q. 2. ad cuius obſer-
9 uantiam ratio ipſa naturalis indita in primo naſcenti exordio ſuggerit. Paul Rub. pract. de teſtam. cap. 58. n. 247. Belmont. deciſ. 51. nu. 3. quæ potentior eſt quam fauor piæ cauſæ & religionis, cui præfertur; idem Paul. Rub. cap. 21. nu. 135. Carol. Ma-
7 rant. reſponſ. 15. n. 81. tom. 4. at tamen in hac educationis materia adeo arbitraria iudici conſtituitur, vt illi fas ſit à propria teſtatoris voluntate recedere, au-
8 thore vulpiano in l. 1. ff. vbi pupil. educar. debet, in cuius figurata hypotheſi, cum quidam teſtamento ſuo cauiſſet, vt filius penes ſubſtitutum educaretur, Imperator Seuerus reſcripſit *Pratorem. aſtimare debere preſentibus cateris propinquis liberorum id enim agere pratorem opportet vt ſine vlla maligna ſuſpicione alatur partus & educetur*, quæ Iuriſconſulti verba expreſsè demonſtrant iudicis in arbitrio repoſitam eſſe materiã, pupillorum educationem, illique arridere poſſe, à voluntate patris recedere. Grammatic. in deciſ.
9 55. refert Senatum receſſiſe à voluntate paterna circa educationem filiæ perſonæ certæ ab eo præſcriptæ, & alteri fuit demandata referunt alias conſimiles deciſiones, & iudicis determinationes diſcedentes à voluntate paterna & mandantes alteri perſonæ filiorum educationem. Maſtrill. deciſ. 235. lib. 3. Thoro. vot. 11. nu. 8. & ſeq. & in compend. to. 1. verbo pupilli educatio, Carol. Marant. reſponſ. 78. par. 4. nu. 18. Fontan. de pact. nuptial. clauſ. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 1. 1. n. 17. rationem acipi-
10 mus ex Trifonio, lib. 14. d. ſp. in l. vtilitatem 10. ff. de confirm. tutor. vel curat. dum de confirmando tutore teſtamento à patre dato, agens, poſſe à patris voluntate prætorem recedere reſpondet, quia dicens vtilitatem pupillorum prætor ſequetur non ſcripturam teſtamenti, Marin. dict. reſol. 95. n. 4. Thomingius deciſ. Lipſienſ. 51. n. 5. cum Paris, Surdo de alim. Gutier. & alijs Valenzuel. conſ. 36. & n 35. Rubeus. deciſ. 355. n. 7. tom. 1. cum Ponte, Tapia & alijs Arias de Meſa loc. cit. Anna iunior. conſil. 33. Sanfelic. deciſ. 205. n. 9. Peregrin. deciſ. 28. n. 1. Giurb. obſeruat. 23. ex n. 17. Leon. deciſ. 201. n. 8. Coſta. conſ. 7. in fin. Ramon. conſ. 4. nu. 36. vbi n. 25. cenſuit quod à voluntate teſtatoris expreſſa in ordine ad educationem filiorum, non recedere opporteat niſi vnico in caſu, ſcilicet mali-
11 gnę ſuſpicionis, quæ eſt ipſa ſpes ſuccedendi, propterea ſucceſſuri Pupillo ab educatiõe excluduntur, vt voluere omnes hic relati, & infiniti, quorum nomina apud eos repete Criſoſtõ. Mart. deciſ. Senenſ. 62. n. 26. Prato diſcept. 37. n. 30. tom. 2. Barbat. de fideicom. cap. 5. par. 3. num. 39.

Procedit hinc, quod filiorum educatio matri poſſit commendari,

12 dari, etiam transeunti ad secunda vota, & contra prohibitionem patris si iudicis arbitrio Pupillis conueniens esse fuerit diiudicatum. Tapia, decis. 51. sacri Cōcil. Neapolitan. Sanfelic. decis. 206. num. 3. in cuius materna viscera de facili non cadit suspicio, præcipuè quando est hone-
13 stæ vitæ, Rubeus, decis. 255. nu. 15. part. 1. Leon. latè loc. cit. decis. 201. num. 15. quod procedit etiam si matri competeret filiorum in bonis deductio legitimæ
14 quod interesse non induceret suspicionem ad exclusionem educationis illorum, sic Thoro, dict. voto, 11. num. 35. & nullatenus illi denegari potest filiorum educatio, etiam ad nouos conuolanti amplexus, quando inueni-
15 retur ex vi statuti exclusa à successione filiorum, Rouit. decis. 8. num. 5. Viuian. Giroch. discept. 67. num. 17. in fin.

Iudicis arbitrium, quod in materia educationis totum principatum obtinet, alta mente triturare debet, quod licèt mater nouo hymenæo se iugens, præ-
16 sumatur in iure magis secundū maritum amore prosequi, quam filios ex prioribus amplexibus habitos, Thoro in compendio decis. verbo educatio Pupilli column. 1. in fin. Tapia, decis. sacr. Concil. Neapol. 51. num. 15. & quod inueniantur matres, tam impia viscera nutrientes, vt non solum ad nati interitum propinent, sed & non dum ad vitalē auram producto sub abortiuo interitu vtramque vitam abducētes, quibus vuluæ, tumulus; requies ruina deseruit, cuius delicti imanitatem deliniat Cicer. ab effectibus in Cluentina; *Sustulerat*, verba sunt Tullii, *spem parentis, memoriam, subsidium generis, hæredem familiæ, designatumque ciuem; Reipublicæ*; Grauiter Tertulianus in hoc scelus inuehitur: *cum nobis homicidium semel interdictum sit, etiam conceptum vtero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur dissoluere non licet*, attamen cum in omnes tale crimen non cadat, nec tali suspicione afficiantur, non est vni-
18 uersarum matrum pietas detestanda, matres enim in amore vehementiori filiorum, patres longè excellunt, quæ resolutio argumento comprobatur ex triplici illa Aristotilis ratione conflato lib. 1. Ethicor. cap. 12. scilicet ex certitudine filiorum, quia mater semper certa est, l. quia, ff. de inius. vocand. cuius authoritate Guillerm. Benedict. in cap. Rainutius, verbo suscipiens, num. 15. relatus per Mascard. de probat concl. 187. num. 7. arbitratus fuit ad probādam filiationem ex parte matris non debere præsumptiones admitti, cum possit per obstetrices, aut alias assistentes partui probari, teste Bald. in l. 1. num. 5. ff. de probat. Valenzuel. conf. 169. tom. 2. nu. 127. ex coniunctione sanguinis, nemo enim negare audebit matrem partui esse coniunctiorem quam patrem, ex cuius vtero for-

91 formatus & conceptus prodijt Graffet. de homicid. prodit. par. 1. num. 3. 4. 5. & vbi versatur coniunctior nexus sanguinis, ibi
20 fortior dilectio illaqueatur, l. si viua matre, cod. de bon. matern. Barbat de fideicommiss. part. 2. cap. 1. num. 9. Fabius Capic. Galeot. illustr. tom. 1 cap. 10. nu. 44. Ganauer. nouissimè cons. 51. num. 190. hinc filij dicti sunt pars viscerum matris, Langleus semestr. lib. 7. cap. 2. Laurent.
21 Matth. de Regim. regni Valent. tom. 1. cap. 4. §. 6. num. 46. Altamiran. ad l. 5. cod. de filijs official. qui in bell. moriunt. cap. 17. num. 18. tantoque amoris pondere afficiuntur matres, vt feræ ipsæ rudes, quas nulla ratio sentiendi percutit, ita pro suo partu propugnent teste Cic. 5. quæst. Tuscul. vt vulnera excipiāt, nullos casus reformident, quam veritatem agnouere Tyraquel. in l. si vnquam in præfat. num. 14. cod. de reuocand. Donat. Tacit. lib. de moribus German. cap. 7. vbi fortitudinis incitamentum esse in bestijs partus tutamen, & in proximo pignora, asserit Altamiran. in l. 1. cod. de filijs official. qui in bello moriunt. cap. 12. num. 4.

Tandem constipatur amor in
22 matre erga filios feruentius quā in patre ex diuturnitate laboris & difficultate in educatione, mater domestica curans è domestico lare nunquàm discedit, pater, vt plurimum suis voluptatibus ancillatur, de vtroque verba facit Quintilian. in suis declamat. declam. 33. *alia est horum ratio, quos breuis transitus voluptatis fecit parentes, quos liberis suis extra positę voluptates conciliant. Aliter amat quę peperit, quę memoriam decem mensium; quę tot periculorũ, tot sollicitudinum recordationes ad nos iudices affert.*

Hinc non præsumitur esse mater, quæ in amorem filijs non exuat cap. ad Romanorum, 8. 2.
23 quæst. 6. cap. afferte 2. de præsumpt. dum præceperat Rex Salamon: *diuidire infantem viuum in duas partes & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri, dixit autem mulier, cuius filius erat viuus ad Regem, commota sunt quippe viscera eius super filio suo, obsecro domine, date illi infantem viuum & nolite interficere eum; e contrario illa dicebat, nec mihi, nec tibi, sed diuidatur. Respondit Rex & ait date illi infantem viuũ & non occidatur; hęc est enim mater eius*, hæc quæ diligit mater est & viuentes vult filios, non mortuos, Carol. Marant. respons. 13. num. 33. tom. 5.

Hæc sunt pignora affectionis quæ materna viscera ancillant erga filios, hæc lenocinia amoris, & vincula, ob quæ magis mater exardescit amore, quam pater, & hinc plus diligit filios quam pater, Valenzuel. cons. 169.
24 num. 122. 123. Fabi. Turret. in paralel. ethic. & iuridic. differt. 32. num. 104.

Ergo, materna pietas potens lenocinium dicitur, & constituitur

tur

tur ad allíciendum arbitrium iudicis in illius fauorem, vt illi committatur educatio filiorum, quod est idem, ac mandare illi sui ipsius nutrimentum, in quo nemo carnem suam odio habuit non igitur leuis suspicio legitime, vel alterius tenuis causæ potens videtur, vt abdicetur mater à filiali educatione, doctores supracitati. Rubeus decis. 255. num. 11. & in num. 19. dicit hoc procedere, licèt recederet à voluntate patris circa disposita in testamento, quo casu licèt cadere ab vsufuctu, & legatis, nō vero ab educatione filiorum, & de matre semper lex magis confidit, Thoro, voto, 11. num. 26. Ramon. 45. cons. 4. verum est quod quando præsumptio vrget & qualitas personæ expoleit ab illa remoueri non debet iudex blanditijs illius, ac lachrimis molliri, rigurosus opportet constitui obtusas aures præseferens ad maternam mollitiem, quibus haud, sed virtutum & vitæ rectitudine moueri debet ad educationem committendam, sic Baldus antesignanus in hac materia cons. 487. lib. 5. Marin. dict. resol. 95. num. 10. Molfel. ad consuetudin. Neapolitan. titol. de success. testam. q. 11. Viscon. in concl. iur. verbo Pupillus. Arias de Mesa Var. resol. lib. 2. cap. 25. num. 6. in fin. Franc. Maria, de Prat. discept. forens. tom. 2. cap. 37. num. 31.

27 Author hic admonet Iudices, vt in committendā Pupilli educatione pro scopo habeāt præsumptam patris mentem, illamque ex coniecturato iudicio sectentur, & faciant id, quod pater si in humanis ageret, faceret, & Marin. loc. cit. num. 7. semper sectandum cōsilium patris in hac materia edocet, hoc etiam consuluit Castill. decis. 20. num. 5. tom. 1. quam voluntatem paternam debet iudex intendere, tamquam nautæ stellam polarem, ac etiam insequi tamquam venatores leporē, Barbat. de fidei com. lib. 3. cap. 5. num. 2. cum Thoro, num. 35. vbi citat Buen & alios, & Ramon. num. 1. & 36. vidisti non esse recedendum à voluntate patris, nisi in casu malignæ suspicionis, id est vt illi explicant, spes succedendi,
28 optima quidem consultatio, nā vt exclamat Parlador. epistol. de iurisdicēd. ad filios in princ. quis pro filio prospicere accuratius poterit, quam pater? Cuius in filio tanquam permanens mor-
29 talis alioquin, ac fragilis perpetuatur.

Patet me in hac materia educationis anno 1658. fuisse decisum in Regia nostra audientia
30 ad fauorem Baronis Nin, & contra nobilem Dominā Angelam Marti vxorem in primis nuptiis Foelicis Nin, & in secundis Don Francisci Gala, educationem filij superstitis dicti Foelicis, & Angelæ Marti, non ad matrem ad secunda vota conuolatam, sed ad auum paternum spectare, tum ratione successionis

nis legitimæ quæ matri arridebat in filij bonis, tum quia
31 tranſeundo ad nouos amplexus, incapax conſtituta mater remãſit tutelæ filij, & ſic educationis, cum iſta intelligatur pars, & portio tutelæ, voluit Arias de Meſa loc.cit. num. 14.& in fin.in hypotheſi deciſa per Regiam audientiam deciſum fuiſſe ad fauorem aui paterni refert, quam ſententiam ampliſſimus ſenatus Sardoas fuit ſectatus, tenent illam plures, quorum nomina delineantur penes Arias de Meſa, vide Marin. reſol. 95. num. 2. & Sanfelic.deciſ. 105. ex num. 3. qui hunc lapidem reuoluunt, nouiſsimè Viuianus Giroch. diſcept. 67. num. 89. ego huic ſentẽtiæ ſubſcriberem quando præſumptiones plures coaleſcerent contra matrem binubam; ſucceſsio verò legitimæ tantummo-
32 do non induceret apud me illas ad remouendum matrem ab educatione filii, vt ſupra dicebã: in caſu Regiæ audientiæ, tranſitus ad ſecundas Nuptias, ſucceſſionis legitimæ ſpes, affectio aui paterni ad nepotem educãdum, quæ eſt magni roboris, quod nõ produceret inſtantia extranei, & aliæ circumſtantiæ coaleſcebãt, quæ viribus ſcatere viſæ fuere, vt iudices magis auo paterno quam matri binubæ arbitrium ſuum accommodarent & educationem committerent.

Obſerua quod ſicut mater tranſiens ad ſecunda vota, ſi hæc
33 cum effectu non fuerint adimpleta non ſequuto matrimonio, etiam ſi ſponſalia contracta eſſent reaſſumit tutelam filij Gutier. conſ. 52. num. 3. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. caſu 152. num. 7. Peguer deciſ. 168. Thoro in ſuplem. verbo tutela ãn ſit fol. 560. à qua ceciderat propter matrimoniũ etiam nulliter contractum, Olea cum plurib. de
34 ceſſion. iur. tit. 2. quæſt. 5. num. 6. ad illam tamẽ reintegratur non
35 ſequuto effectu; quod ampliatur, etiam ſi matrimonium eſſet cõtractum & poſtea morte viri, vel aliàs diſſolutum, quia etiam hoc caſu, dummodo eſſet res integra, in eo quod non eſſet alius tutor adſignatus, mater reaſſumere poteſt tutelam filii, fuit declaratũ in Regia Gubernatione Saceris anno 1656. actuario Georgio Seque ad fauorem Dominę Roſæ Tola & Sampero, quæ ſub ſpe proxima conuolandi ad ſecunda vota à tutela eius filij Don Ioannis Baptiſtæ Tola fuerat remota, hanc tamen reaſſumpſit ſecundo matrimonio non contracto, & idem eſſet ſi contractũ extitiſſet, & poſtea diſſolutum re integra, quia poſſet mater tutelam reaſſumere, Cãcer. Var. lib. 3. cap 21. num. 211. Sanch. de
36 Matrim. lib. 7. diſp. 88. num. 5. cum infinitis, Anton. Amato, var. reſolut. reſol. 24. ex num. 10. Salgad in laberint. credit. part. 3. cap. 4. num 32. & 33. pari modo procedit in educatione filiorum, ad quam mater poterit per iudicem reintegrari diſſoluto matri-
37 monio, dummodo ſit res integra, ſcilicet vt educatio alteri

S non

non sit commissa, cum Leon. Mast rill. Cabed, & aliis, Salgad. num 34. Sanfelic. decis. 206.

Obsecro Iudices in materia educationis, solum pro scopo Pupilli maiorem vtilitatem intendant, in qua & publico statui

38 laborantinam si infantes sub optimo vindice, & recta educationis bilance non procreantur, difficile ac in exorabile vulnus contrahitur, pernicies & sibi ipsis, & reipublicæ infertur, Plato lib. 6. de legibus rectæ educationis necessitatem & vtilitatem exprimit, *homo*, inquit, *rectam nactus institutionem diuinissimum, mansuetissimum animal effici solet, si vero, vel non sufficienter, vel non benè*

39 *educetur, eorum quae terra progenuit ferocissimum*. Crates philosophus vt lib. de educat. puerer. Plutarchus testatur in altissimo iuitatis loco sedēs sũma vocis cõtentione clamare assueuerat: *quo ferimini ô mortales, qui ad possidēda opes magno studio incumbitis filiorũ vero quibus illos relinquitis exiguam curam geritis*. Audi Aristotel. lib. 5. politicor, qui te huius vtilitatis non tenuis veritatem edoctũ constituet, *omnium eorum quae dicta sunt*, verba sunt illius, *ad rerum publicarum diuturnitatem, et stabilitatem, maximum est, quod nũc omnes negligunt puerorum educationem, atque institutionem ad*

40 *Reipublicae formam esse accommodatam*. Nouella ætas apta est & tenera ad optimos mores amplexandos, ipsorum animis, cum molles adhuc sunt, disciplinæ in melius instillantur; difficilius quæ dura sunt molliuntur, ita & boni mores dum pueri is animus adhuc est insculpuntur, pulchre hoc Pocilides Poeta monuit.

Dum tener est gnatus generosos instrue mores

De recta educatione Pupillorum, supressis classicis vide Plutarch. in special. titul. Maiol. tom. 4. titul. de homin. educat. colloq. 3. Vernolei. institut. politicar. lib. 3. tit. 11. cap. 1.

Seraphinus Merega socer futurus Antoniæ, Genuesu neruosè contendebat sibi committendã

41 esse educationem illius, seu conseruandam, in posse namque illius per spatium fere quatuor mensium reperiebatur pupilla hæc, quam edocuisse optimos mores, & omni circunspectione & cura educauisse probauerat, quę per patrem, per iudices, & ius in hac materia desiderantur, sicque debitum esse illi arbitriũ iudicis inferebat, quod rationi debet cohærere, non ab illa aberrare, aliàs esset iniquum, l. continuus, §. cum ita, de v. o. Valenzuel. consl. 29. num. 9. ego ipse dissert. 3. num. 22.

Ratio hæc vrgere videbatur,

42 nam qui bene & fideliter educauit præsumitur quod eodẽ modo educabit in futurum per text. in l. si cui, §. i isdem, D. de accusat.

43 l. omnes, §. à barbaris de re milit. docent Euerard. consl. 31. num. 6. vbi subdit ceptam educationem debere continuari Valenzuel. consl. 36. num. 28. Arias de Mesa, 2. var. cap. 25. nu. 34. quapropter educatio semel alteri man-

mandata non debet ab eo abſque
44 legitima cauſa tolli † Merlin. controu. iur. tom. 1. cap. 9. n. 30.

Educatio quam Seraphinus Merega obtinebat reſpectu iſtius pupillæ de facto procedebat, ipſemet non iudicis imperio adhibito, ius ſibi dixit in illa, vndè
45 regula allata † quod educatio ſemel conceſſa nullius ponderis viſa fuit, procedit ſolum quando mediante ſententia iudicis educatio adiudicatur alicui, à quo abſque legitima cauſa non poterit tolli; fuit declaratum in Re-
46 gia Gubernatione Saceris, † non eſſe educandam Antoniam Genoueſu penes Seraphinum Merega, ex eo quia cum eius filio contraxerat ſponſalia per verba de futuro: quæ declaratio fuit nixa in ſingulari doctrina Fragoſ. de Regim. Reip. Chriſt. tom. 1. part. 1. lib. 5. diſp. 15. fol. 809. num. 21. ibi. *arbitrio Iudicis non eſt relinquendum, ſed abſolutè docendum non debere educari apud Patrē ſponſi, quoniam non eſt libera facultas recedendi à ſponſalibus, nec pudicitia illius tuta apud patrem ſponſi.* Priuatio libertatis non poſſe liberè à ſponſalibus recedere, & ti-
47 mor frangendæ honeſtatis, † sūt cauſæ in hypotheſi noſtri caſus ad denegandam educationem Patris ſponſi. Has Regia Gubernatio perpendit, & has ego qui tutamen fouebam propoſui & inueſtigaui, quibus obtinui.

A ſententia Gubernationis, pars ſuccumbens ad Regiam Audientiam appellauit, cui per Bernardum Berart, nomine tutoris pupillæ contradictum extitit, ſub prætextu quod materia educationis eſſet arbitraria iudici, inferebat ex hoc non arridere appellationem parti victæ; in arbitrariis non dari appellatio-
48 nem conſtans † eſt ex doctrina Felin. in cap. 16. ſuper his lib. 1. num. 8. & ſequent. de accuſat. vbi in ſententia lata à iudice habente liberum arbitrium non dari appellationem commemorat. huic doctrinæ adhærent Magon. deciſ. Lucenſ. 42. ſtatut. ſub num. 21. Ruginel. de appellat. §. 9 gloſ. 2. quæſt. 54. num. 43. cum aliis. Marchſan. de Commiſ. part. 1. de Commiſ. appell. in Rom. Cur. cap. 6. num 53. & 55. fol. 74 quam ampliat ad iudicē habentē ſimplex arbitrium. Scacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 15. num. 1. & 2.

Contrariam ſententiam te-
49 nent infiniti † quos longa manu congerit Salgado de Regia protect. part. 3. cap. 13. num. 28. & in nu. 31. has opiniones diſtinguit & conciliat, in arbitrariis non dari appellationem, in cauſis paruis & leuioribus, ſecus in his quæ ſunt magni præiudicii; puta in criminalibus, vel in ciuilibus, in cauſis magnis, cui diſtinctioni libenter me ſubſcribo, tum propter authoritatem Salgad. quæ apud me magno in pondere habetur, tum quia doctori limitanti & diſtinguenti tanquam magis appropinquan-

ti veritati est inhærendum. Fla-
51 min.† Par. de resignat. benefic. lib. 11. quæst. 10. num. 29. Caualc. cap. 9. de vsufruct. mulier. relict. num. 2. Ioseph. Ludouic. decis. Lucens. 29. num. 8. Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 8. tit. 3. num. 9. Cæsar. Barzin. decis. Bonon. 130. num. 69. Surd. decis. 126. num. 12 Fontan. de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 8. part. 9. num. 34. Leon. decis. 210. in respons. iur, Dub. 2. nu. 54.

Educatio pupilli, vt vidisti
52 magni preiudicii est, † & causa grauis, sicque in ea dari appellationem suspensiuam censeo, pro vt fuit admissa in casu relato. à Thoro voto 11. in quo in gradu appellationis fuit discussum de legitimitate sententiæ Iudicis à quo, & de comittenda educatione pupilli contra præfatam sententiam; & in casu sententiæ Regiæ Audientiæ, tibi propositæ, pendebat inibi per viã appellationis, declarauerat in prima instantia Regens Regiã Cancellariam ad tenorem relatum, adiudicans Auo paterno nepotis educationem, à qua sententia mater ab educatione filii interdicta appellauit, & in gradu appellationis per Regiam Audientiam fuit sententia firmata. Regia gubernatio mediante decreto, detulit appellationi, à qua pars appellans postea recessit, & se accõmodauit agnoscens vota illius legitima non niti Anchora, sententiæ Gubernationis, quæ inde ex consensu partium optatæ exequutioni extitit mandata.

ARGVMENTVM.

Administrator vtrum debeat gaudere eodem salario, ac emolumentis, quæ ad fauorem Tutorum per legem municipalem inueniuntur præscripta. Panduntur in mediũ discrimina inter Tutorem, & Administratorem de iure versantia. Mulier administratrix potest & elegi, & in testamento assignare filiis valet administratricem aliam Mulierem. Protegitur bona secun. Mariti nulla hypotheca, vel onere iacere affecta ad fauorem priuignorum, quando mater non tutrix, sed simplex administratrix fuit.

SVMMARIVM.

1 *Mulier incapax est officij tutelę nisi accedat priuilegium Principis, administratrix vero eligi potest*, 2. *si verò cum alijs viris eligeretur, tunc pro honoraria haberetur*, 3. *& potest esse procuratrix*, 7.

4 *Mater potest filijs prescribere administratorem.*

5 *Tutela ab extraneo data resoluitur in administratorem.*

6 *Referuntur discrimina versantia inter tutorem & administratorem*, 55.

8 *Rationem tenetur reddere administrator, tutor, pro tutor, vel quomodolibet negocium alterius gerat*, 13. 14. *licèt sint transacti triginta anni* 15. *& si sunt administrato-*

ſtratores plures inſolidum tenentur 16. procedit reſpectu Summi Pôtificis, 17. nec directò poteſt liberari à redditione rationis 18.

9 Vtilitatem propriam quiſque poteſt allicere, licèt in damnum alterius reſundatur.

10 Breuis quis nequit eſſe vt obſcurus fiat; & breuitatis dulcedo exprimitur, 11.

12 Frugem quis aliquando percipit ex malo, & onere.

19 Natura duce incedi oportet, & comoda cum incomodis germanauit, 20.

21 Adminiſtrator, pro reliquatu ſoluendo, licèt ſit nobilis poteſt incarcerari licèt actio ciuiliter eſſet praeparata, 22. 23. 25.

24 Conſiliarij, finito conſulatu, in memoriam priſtinæ dignitatis non poſſunt torqueri.

26 Nobilitas denigratur per perſonæ captionem ex vili cauſa, & ipſa nobilitas cogit, & raptat ad nobilia exercenda, 27.

28 Vſufructus vtrum videatur imbibitus in diſpoſitione, per quam cum libera adminiſtrator deſignatur, 29. 32.

30 Adminiſtrator abſque confirmatione Iudicis poteſt adminiſtrare & nullis praeuijs ſolemnitatibus, 31.

33 Lex rigurosa reſtringenda; poteſt extendi per comprahenſionem ex identitate rationis, 34.

35 Declaratio caſus refertur.

36 Conſuetudo per legem ap probata, mutatur in legem; eſt altera natura, 37. quando eſt notoria, poteſt Iudex de illa ſe informare extraiudicialiter, 38. & hoc, non citata parte, 39. Doctori atteſtâti de conſuetudine, fides iniungitur, 46. quando verſatus eſt in curijs, de quarum ſtilo teſtatur 47 conſuetudo eſt ſtrictiſſimi Iuris, 49. non protrahenda de loco ad locum, de perſona ad perſonam, de caſu ad caſum, 50. 51.

40 Principi ateſtanti de aliqua re, credi oportet, creditur bene informatū eſſe, 41. nõcreditur Principi ateſtanti ſuū eſſe vaſſallū rebelde, 42 creditur ex falſa relatione motus, quando ateſtatio redundat in tertij praeiudicium, 43. & quid dicendum eſt de atteſtatione Locum tenentis, 44. affertur diſtintio, 45

48 Obſequij gloria nobis relicta eſt Principis ſummum rerum Iudicium.

42 Protutor, & adminiſtrator non comprahenditur ſub diſpoſitione Tutoris, eadem hypotheca tenetur, 60.

53 Bona ſecundi mariti licèt remaneât obnoxia pro redditione rationis tutelae quando mater tranſiuit ad ſecunda vota, fallit tamen quando non fuit vera tutrix & non adimpleuit ſolemnia 54.

56 Adminiſtrator non tenetur licèt nomen debitoris remaneat inexigibile, ſi debitorem paupertate oppreſſū nõ compulit ad ſoluendum, 57.

58 Pericula quibus reuoluuntur tutores recenſentur.

59 Pater non poteſt pulſari pro mala adminiſtratione, niſi probetur dolus vel lata culpa.

62 Vſufructus non videtur relictus ex libera adminiſtratione vel etiamſi mater relinquatur domna

&

& domina superstitibus filiis, quia tunc habet solum alimenta, 63. si reliquatur vna cum filio vsufructuaria, tunc habet medietatem vsusfructus, 64.

65 Pro tutor, & administrator non debent lucrari idem salarium, quo potitur tutor, Iuxta leges Sardoas vel alias.

66 Maritus putatiuus, lucratur fructus dotis, & filii suscepti ex matrimonio putatiuo, non admittuntur ad Maioratum, ad quem vocantur filii ex vero matrimonio, 67. 68.

69 Parens si conscius esset impedimenti matrimonii non admitteretur ad successionem filiorum.

70 Filii suscepti ex putatiuo matrimonio sunt capaces dignitatum & successionis actiuæ & passiuæ, & legitimantur per illud, 71.

72 Non debet quis dolere de legis prolatione, sed quia meruit legem proferre.

73 Pupillorum Iura tueri est fungi munere pietatis.

CAPVT XVII.

1 ANTEQVAM huius admirabilis, & nodosę quęstionis viscera reuoluamus suppono, † quod licèt mulier, excepta matre, & Auia incapax sit muneris tutricis, nisi accedat Priuilegium Principis Fontant. to. 2. decis 431. & 432. vbi latè pluribus laudatis Thoro in comp. decis par. 3. sect. 3. verbo Tutrix fol. 397. administratrix vero eligi queit bonorum per testatorem pupillo relictorum, probat text. in l. qui aliena negocia §. quãquam ff. de negot. gest. vbi mater, quæ iure digestorum tutrix filiorum esse nequit l. tutela l. fin. d. de tutel. Guttier de tutel. cap. 8. con uers. eod. titul. tit. qui test. tutel. dar, pos. §. 1. num. 31. Leopold. HacKelm. in suis quæstionib. illustrib. quæst. 15. Balthar. Clamer. in promptuar. iur. tit. 32. §. 23. recte administrat bona filii ex voluntate patris, vbi Bart. Bald. & Angel. ita obseruant; Castrens. ibi subdit tunc videri matri cõcessam administrationem, quando testator non se retulit ad personam,

2 † sed ad bona, Vergil. de legit. person. cap. 5. num. 32. hanc resolutionem tenet Surd. consl. 438. num. 17. vbi dixit posse fœminam bonorũ pupilli administrationem habere Giurb. obseruat. 23 tom. 1. nu. 3.

Quando verò mulier curatrix, tutrix, vel administratrix eligitur insimul cum aliis viris contutori-

3 bus, † vel coadministratoribus, tunc causa consilij videtur relicta ad text. in l. quidam decedens, §. Papinianus ff. de admin. tutor. tunc què videretur nudum nomen habere, vt tutrix honoraria, prout fuisse sic decisum refert Thoro in comp. decis. par. 3. sect. 3. verb. tutrix fol. 397. in fin.

Tutelæ igitur licèt interdictum onus reperiatur mulieri, non verò simplex bonorum administratio,

4 † quę bona, non personam percutit, & hæc non solum potest designari per patrem, sed & per matrem,

trem, cui poteſtas aſsignandi filijs administratorem bonorũ arridet, probatur ex, l.4. de teſtament. tutel. quem pro hac reſolutione comprobanda expendit gloſ.in l.fideicommiſſi,§.cum Pollidius de vſur. vbi matrem filijs,quos hæredes inſtituit,poſſe administratorem, vel adminiſtratricem bonorum præſcribere tenet.obſeruat Cancer.var.Tom. 1. cap. 7.num. 4. vbi ſubiungit cum Bartol. in l. ſi patronus, ff. de confirm.tut.tutelam ab extraneo aſſignatam reſoluit in ſim-
5 plicem adminiſtrationem, † Giurb. loc.cit. quapropter ſi mulier, vel extraneus illi quem ſub ſacris paternis non retinet, curatorẽ præſcribat, hic pro adminiſtratore habetur, ad hoc vt actus valeat, eo modo quo valere poteſt. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 282. num.39. Vergil. de legitim.perſon. cap.5. num.32.

Diſcrimen inter adminiſtra-
6 tionem verſans, † & tutelam, & quod hęc mulieri interdicatur, illa impartiatur, videtur eſſe, quod tutelæ onus perſonam pupilli percutiat,& ſecum intrinſece inuoluat poteſtatem ad actus iudiciales celebrandos; adminiſtratio verò intra ambitum extra iudicialiter ſe contineat prout ratiocinatur,Vergil.loc.cit.adquę acta extraiudicialia conficiẽda nullatenus mulier incapax, vel prohibita luſtratur,quinimmo illorum reſpectu procuratoris
7 munus ſubire queit,l.3.§.1.ff.de negot. geſt. l.ſed etſi quis,§.potui ff.de inſtit. actiõ. l.alienam quod de procurat. diſcrimina quæ inter vnum, & alium caſum militant, annuente Deo inferius reguſtabimus fuſius.

Nobilis Eliſabetha Delarca & Rugier oppidi de Ocier adminiſtratrix bonorum Don Petri
8 Delarca pulſata fuit,† & cõpulſa per nobilem Eliſabetham Tola eius neptem ad redditionem villicationis adminiſtrationis ſuæ, quam reddere diuina & humana iura proclamitant obnoxiam eſſe, licet non tutrix legitima eſſet, ſed protutricis nomine adminiſtrationem habuerit, Galganet. de tutel. lib.2.tit. 25.num. 12. & 14. Seraphin. deciſ. 1408. & 1473. Balthaſ.Thomaſ.de tut. & curat. titul. 22. cap. 1. num. 7. tract. 9. hac diſtinctione adhibita, quod ſi bona impuberis adminiſtrauerit actione tutelæ, ſi puberis, negotiorum geſtorum pulſari debeat,eſt text. in l.1.cod. de eo qui protutor, quam concluſionem,ſetãctur,Gutierrez.de tutel. par.2.cap.17.num.1.Montan.eod tract.cap.39.num.25.

In redditione adminiſtrationis fructus omnes hæreditatis lucratam fuiſſe vigore Regię Pracmaticæ pro retributione laborũ
9 in illa exercenda paſſorum,† ſicque non obſtrictam fuiſſe in parcellis fructuum deſcriptionem, confeciſſe prætenſum fuit;votum hoc, licèt nepti, cuius partes faciebam, per durum, rationis tramite aberrans, & non æquum viſum fuerit, attam en hac cenſura

sura immune fateri oportet, quippe vtilitatē propriam quisque queit sibi allicere, licèt in alterius damnum impingat, & hoc nō repugnante natura Cicer lib. 3. officior. DechKer. dissert. lib. 2. dissert. 3. num. 25. præcipue dum rationes non leui ponderis illi arriderent, quas tibi præuie haud paruuo adhibito sudore delineabo, breuitati haud consulens ne in sententiam Horatij incidam, dum breuis esse volo obscurus fio, arrisit mihi in lucubrationibus meis sententia Quintiliani instit. orat. lib. 4. ibi. *& breuitatem in eo ponimus non*
10 *vt minus*, † *sed ne plus dicatur, quā oppo-tet*, Laurent. Mattheu. de reregim. regni Valent. tom. 1. cap. 4. §. 3. num. 23. huic regulæ me accommodari studui, & in posterum studeam, si breuitas absit, non calamo, sed materiæ, haud intra ambitum breuem recludendæ, tribuendum; notescit mihi Ouidianum Carmen breuitatis dulcedinem exprimens,
11 † audi verba illius.

Omnia longa solent cunctis fastidia ferre.

Quæ comprahensa breui sunt bene cunctaplacent.

12 Constituamus mulierem hāc obnoxiā redditioni rationis suæ villicationis ad hoc onere munimenta illi arridentia ad optatam retentionem fructuum deducat, quod parturiens nouitatem haud habebis, nam teste Senec. vt refert, Marques de gubern. Christ. lib. 1. cap. 6. §. 3. sæpe ex malo & onere quis deducit frugem sibi; & quod obstricta iaceat ad redditionem rationis, vel quia tamquam mera administratrix, vel vt protutrix se gesserit in administratione bonorum pupilli eius filii, patet ex apertis iuribus quæ habentur in l. tutores qui, §. curatores de admin. tutor. ibi, *qui pro tutore negotia gerit licet*
13 *tutor esse non possit, eandem fidem ac diligentiam præstare tenetur*, l. qui pro tutore, ff. de eo qui pro tutor, l. 1. §. cum eo, ead. l. 1. cod. eod. Montan. de tutel. cap. 39. nu. 24. 62. 120. & 243. Gutier. eod. tract. par. 2 cap. 1. num. 16. vbi tenet mulieres pro tutricibus se gerentes teneri ad redditionem rationis Petrus Gregor. Singtamat. iur. part. 2. lib. 13. cap. 10. num. 16. Rubeus, dec. 3. tom. 1. nu. 8.

Anchora huius conclusionis in eo nititur quia natura magi-
14 stra qui aliena negotia gerit in calce operis functi obstringitur ad rationem reddendam iuxta illud Lucæ. cap. 6. *redde rationem villicationis tuę*, cuius memor est Summus Pontifex, in cap. qualiter & quando, de accusat. cap. 1. de obligat. ad rat. quæ conclusio vt quilibet rei alienę administrator siuè sità lege, siuè ab homine, siuè particularis, siuè vniuersalis, teneatur rationem reddere, generalis est, & nullum contradictorem ex his, quos vidi patitur, & procedit hoc, siuè negocia sint priuata, siuè publica, siuè procurator, negociorum gestor, tutor, pro tutor, vel quilibet admini-

miniſtrator ſit, ex Caio.in lib. 3.
ad edict. in l. ſi quis abſenti 2. §.
& ſi Sanc. in fin. de negot. geſt.
ex Vlpian.in l.idem quæ in fundo. 10. §. ſi ex fundo & §. ſi mandauero, l.quædam ſunt perſonę,
9. l. argentariis 10. ff. de edend.
l.ex mandato 20. ff.mandat. docent, Marc. Anton. Bellon.deciſ.
116. num. 1. & deciſ. 191. nu.4.
& 5. Rota apud Coccin. deciſ.
116. num.1. Cardin. Caual. deciſ.412. num.2. & deciſ.647. nu.
4. Bero. quæſt. famil. 15. Gregor. Lopes in l.23. tit 6. part. 1.
Baeza de decim. tut.cap.1.n.154.
Roland. conſ. 49. num. 1. Franc.
Marc. deciſ. 100. & 572. part. 2.
Ludouic. deciſ. Lucenſ. 43. Fontanell. deciſ. 233. Petrus Tondut.
qq. regal. tom. 1 quæſt. 68. vbi
aſſignat diſcrimen verſans inter
adminiſtratorem particularem,
& generalem circa redditionem
rationis, Gregor. deciſ. 30. n. 4.
Mar. Anton. var. reſol.46. n. 12.
Thomat. deciſ. 53. num. 17. &
18.Carol.Marant. reſponſ. 62. n.
34. tom. 4. & reſponſ. 51. n. 24.
& 35. tom. 5. Niger. Cyriac.
controu. 51. n. 57. tom. 1. Merlin. de pignorib. lib.3.quæſt. 37.
ex n. 13. Laurent. Vrſell. concluſ. 56. Andreas Cenſal. ad l.
vnic. cod. ſi quis Imperat. maledix. §. 20. num. 38.

Etiam ſi (procedit hæc reſolu-
15 tio) † tranſcurſa appareret meta
triginta annorũ impartita præuia reſtitutione in integrum ex
capite ignorantiæ, vel alias, nihilominus adminiſtrator pulſatus
ad diſpungendum calculum ſuæ
adminiſtrationis, illud diſpungere obſtrictus taceret, Rota Genuenſ. deciſ. 203. Franc. Rocco t. 1.
reſponſ. tit. de mandat. & complem. n. 18. & 101. & ſi eſſent
adminiſtratores plures eiuſdem
negocii inſolidum ad rationis di-
16 ſpunctionem † arrideret actio l.
habebat quis §. ſi duo, ff. de inſtit. action. l. 1. §. ſi plures & cum
lege ſeq. ff. de exercit. action. eadem Rota deciſ. 59. Fontan. de
pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 3.
part. 3. num. 67. Rocco. loc. cit.
num. 83.

Reſolutio hæc de plano cur-
17 rit, † etiam reſpectu Summi Pōtif. qui ſi eſſet adminiſtrator alicuius particularis rei vel bonorum teneretur ad redditionem
rationis, Bero. loc. cit. Salgad.
cum aliis de regia protect. par. 2.
cap. 11. num. 13. vbi ſubdit non
dari appellationem à ſententia
circa redditionem rationis interpoſita; talique priuilegio redditio hæc rationis ſuffulta luſtratur
ratione naturali inſufflãte ad hu-
18 ius oneris conſtitutionem, † vt
adminiſtrator nullatenus poſſit
directè liberari, vel eximi etiam
per teſtatorem ab onere reddendi illam, probant Ruin. conſ. 69.
num. 3. vol. 2. Excob. de ratiocin.
cap. 5. num. 3 Fragoſ. de regim.
Reipublicæ part. 1 lib. 6. diſput.
15 fol. 421. num. 65. & 66. vbi
latè nec indirectè vt voluit Cyriac. controu. 95. tom. 2. num 20.
quia aliis præberetur anſa ad delinquendum, doluſque conce-

ptus de futuro remitteretur, quod vtique iura aborrent, l. si vnus 28. §. illud ff. de pact. l. 2. §. illud non probatis, ff. deposit. l. in commodato, ff. commodat.

Habes nunc dministratri icē nostrā pro tutrice se gestam obnoxiam, obstrictam iuribus, & ratione damnatam ad redditio-
19 nem rationis, † quæ obligatio videtur illi ansam, & causam præbere ad retentionem optatam fructuum; nam natura ipsa, *qua duce*, ait, Senec. lib. 6. cap. 22. de benefic. *incedendum est*, germanauit, ac mutuo, & reciproco amplexu maritauit commoda cum incōmodis, taliter vt illa semper istis inhæreant, Fab. Turret. in paralel. & hic & iuridic. fol. 198. n. 72. quo pertinet illud Theodor. apud Cassiodor; *quin satis absurdum est vt affligatur damnis, qui commoda non habet actionis*; natura verò, quæ nos & edoctos huius disciplinę reddit, nihil est aliud quam ipsemet Deus vt dicebat idem Senec. lib. 4. cap. 7. de benefic. *quid est aliud*, verba
20 sunt illius, † *natura quam Deus & diuina ratio toti mundo & eius partibus inserta*. Quapropter germanatio commoditatis, cum incommoditatibus originem ab ipsomet Deo arripuit, qui res ita temperauit vt incommoditas sit semper comes commoditatis. Marant. respons. 57. tom. 5. n. 21. Ego. disest. 23 num. 1. igitur si administratrix, & protutrix incommoditatem reddendi rationem, sicut & tutrix vera subit, videtur consonum, vt ratione laborum illi attribuantur fructus bonorum pupilli pro vt tutori adscribuntur.

Ex coæquatione tutorum & aliorum administratorū proue-
21 nit, † vt sicuti tutor pro reliquatu tutelæ, licèt sit nobilis carcerandus veniat Carrasc. aliis laudatis ad leges regni l. 14. tit. 2 lib. 6. recopilat à n. 81. pro vt per personę captionem potest cogi ad exhibitionem bonorum pupilli Salgad. de Regia protect. part. 4. cap. 8. n. 165. ita etiam depositarius, sequester, & quilibet alius administrator dispuncto calculo administrationis, si reliquati appareāt pro illius solutione carceribus mancipari queunt, priuilegio militari haud obstante, quia tunc inficiatio solutionis delictū magis quā ciuile debitum sonaret Farinac. q. 27. n. 75 Salgad. in laberint. credit. 1. part. cap. 41. num. 8. & 36. Bouadil. in politic. lib. 5 cap. 4. n. 80 fuit sic decisum penes Oleam, de cession. iur. tit. 5. q. 8. nu. 9. in fin & hoc procedit etiam in quo actio ciuiliter tantum intentata esset cōtra administratores,
22 † nihilominus hi pro reliquatu, poterunt carceribus mancipari Laur. Matth. de regim. regni Valent. cap. 3. §. 4. num. 43.

Doctrinā hanc memorię cartofilatio repone pro singulari inter
23 nostrates, † & obserua quod licèt nobilis pro debito ciuili non possit carcerari, vel doctor, pro vt est Pracmatica Regia, cap. 1. tit. 47. vbi regens Vico Glosator pluribus

bus adductis, quibus addo Otalor.
de nobilit. & alios penes Parlador.
rer. quotit. lib. 2. cap. fin. §. 6. n. 9.
Menchac. de ſucceſ. creat. §. 22.
num. 75. Garzia de nobilit. Gloſa,
1. n. 9. cum infinitis Salgad.
in laberint. part. 1. cap. 41. nu. 1.
Solorzan. de iur. Indiar. 2. tom.
lib. 4. cap. 2. num. 22. prout nec
24 Conſiliarii, † vt dicit regens Vico
qui nec in memoriam præteritæ
dignitatis poſſunt torqueri finito
officio, l. fin. ff. de decurionib.
Grãmatic. voto 1. num. 13. fallit
tamen vt dicit Olea, Salgad. &
alii apud eos in tutela; & in reliquatu
administrationis & in a-
25 lio debito, † quod ex delicto, vel
quaſi originem arripuit, quibus
caſibus haud à carcere priuilegiũ
militare eximit.

Perpendant nobilitatis ſtemate
ſuffulti ſententiam hanc, illam
alta mente reponentes, ne impin-
26 gant in hæc ſcopula, † denigrent,
poſtergant, & deturpent ipſammet
nobilitatem, cui dedecus ex
carceratione ex hac cauſa prouenięte
affertur, magis quam ex indigentia,
Matth. loc. cit. num. 23.
ad quæ vitanda & alia vitia patranda
non ſolum pellicit, & allicit
nobilitas, ſed cogit. Audi Altamiran.
ad l. 3. cod. de filiis official.
milit. qui in bell. moriunt.
cap. 5. num. 40. non tanta eſt fortunæ
bonis virtus corruptiua virtutis,
quanta optimæ indoli tranſfuſæ,
vt fas rectum colatur, au-
27 geatur & perſeueret: † illa enim
quamuis inuitent, non tradunt,
licèt pelliceant, non raptant; genus
verò nobilitatis a natura intra
libertatis aream ſtrictiſſimam
quandam neceſſitatem imponit.
Sequuntur Tapia de triplic. bon.
lib. 3. pag. 389. Paul. Iamar. de
offic. iudic. & aduocat. part. 1. q.
1. num. 32. Boetius lib. 3. de conſol.
proſ. 6.

Angit ſecundo difficultas ad
28 fauorem iſtius partis, † deducitur
que ex celebri cõſilio Caſtrenſ.
71. incip. ad primum breuiter volum.
2. vbi tenet, quod ſi mulier
adminiſtratrix bonorum in teſtamento
relinquatur, quod ex
eo ipſo videtur relicta vſufructuaria,
& illi legatus vſufructus
bonorum, quorum adminiſtratrix
eſt electa, quam doctrinam
ſatis admirabilem ſectatus fuit
Soccin. iunior conſ. 85. num. 17.
vol. 2. vbi dicit verbum adminiſtratricem
importare legatũ vſufructus
Picus in l. Titia. § Titia
29 n. 172. verſic. 76. ff. de legat. 2. †
quod præcipuè procedit ſi teſtator
reliquerit vxori vel alio plenariam
& liberam adminiſtrationem,
quia tunc in ſuppoſita
hypotheſi cenſeretur relictus integer
vſufructus, Pariſ. conſ. 94.
num. 3-. vol 2. Symon de Pretis
de interpetr. vltimar. volunt. lib. 4.
dub. 10. n. 79. Bero. cõſ. 35 nu. 8.
vol. 2.

Et nota verbum adminiſtra-
30 tionis † potens eſſe in tutorẽ tranſferendi
bonorum pupilli adminiſtrationem,
etiam ſi non adimpleuerit
ſolemnia iuris præſcripta
in introitu ſuſcipiendæ tutelæ,
taliter vt quis relictus tutor & ad-

T 2 mi-

ministrator, licèt per Iudicem illi non assignetur administratio, vel accedat confirmatio, & quod plus est nón adimpleuerit solemnia veluti conficiendi inuentarium, satis dandi rem pupilli saluam fore, & administrare queit, & omnimoda acta cum eo celebrata valida erunt. Gabriel cons. 25. n. 6. lib. 2. Misinger. centur. 2. obseruat. 7. Mattheus de Afflict. decis. 262. incip. fuit in consilio. D. Anton. Vergil. de legitim. person. cap. 5. num. 8. Matthias Berlinc. pratic conclus. tom. 1. cap. 16 num 9. Versic. nisi ex testamento, Thoro vot. 75. nu. 21. tom. 1.
31 † vbi dicit in tutore testamentario non requiri decretum administrandi interponendum per iudicem, & vtrum datus cum libera possit vendere rem pupilli absque solemnitate decreti, & cæterorum quæ in venditione bonorum minorum desiderantur. Vrsill. conclus. 56. num. 77. & conclus. 86. num. 77.

Hanc opinionem, quod plena administratio importet legatum
32 vsufructus tenent † Gabriel. comun. opin. lib. 5. tit. de vsufruct. non arrideret, procederet ex coniecturata mente testatoris, ex plenaria administratione relicta, per quã vsumfructum venire est dicendum. Castill. controu. iur. tom. 1. cap. 47.

Nec obicis constituitur, quod hæc lex Sardoa adiudicans tutori fructus bonorum tutelæ pro re-
32 tributione laborum illius, † & pro tuitione stabilium pupilli sit sat rigurosa, correctoriaque iuris cõmunis, inde restringenda & comprimẽda intra ambitum casus, & verborũ expositio casus prout supra dissertatione alia dixi, Fragosius de regim. Reipub. tom. 1. par. 1. lib. 6. disput. 18. num. 12. abhorrens omnem extensionem, seu
34 extrinsecam interpetrationem, † Leon. decis. 24. num. 9. tom. 1. & decis. 91. num. 4. quia quando adest identitas rationis, † prout in presenti hypothesi inter tutorem, protutorem, & administratorem, quos germanat rationem reddendi idem onus, adæquat pondus laborum, & sub eadem sphera conglutinat identitas periculi, & ærumnarum contributio, tunc etiam in correctoriis arridet extensio de casu ad casum. Tiraquell. in tract. cessant. caus. n. 158. Bardaxi ad foros Aragon. tit. de iuram. vendit. per domin. Reg. præstand. n. 2. quia tunc proceditur per viam compræhensionis & non extensionis, Paul. Rubeus practicar. resol. de testam. cap. 11. num. 653. Laurent Matth. de regim. Reipublic. Valent. cap. 1. §. 2. nũm. 29. Dexart. decis. Sardin. 94. num. 11

His non obstantibus fuit declaratum in tribunali Sancti Vfficii per D. Ioannem Panyagua Inquisitorem anno 1656. hanc administrationem teneri ad redditionẽ & restitutionem fructuũ.
35 † Fundamenta quæ per me exarata fuere tamquam patronum causæ ad huius declarationis obten-

tentionem tibi in ſequētibus proponam.

Primùm ſit quia hæc lex Sardoa, quæ tribuit tutoribus retentionem fructuum in computum ſuorum laborum ſtabilitur in cõſuetudine ipſius met Regni, 161. *Segun la antiga coſtumbre del Reyno ſuelen los curadores teſtamentarios*
36 *y datiuos gozar por ſus trabayos y adminiſtracion dela cura del vſufructo delos bienes ſitios y ſemouientes.* Quæ conſuetudo iam per legem Regniculam apparet approbata, ſicque nunc vim legis ſortitur Carol Marant. tom. 5. reſp. 6. n. 28. viget in toto Regno exceptis Ciuitatibus Calaris, & Saxeris in quidus curatori ſalarium certum aſſignatur, ſiuè ſit datiuus, legitimus, vel teſtamentarius: in oppidis hæc conſuetudo eſt inconcuſſa, niſi per teſtatorem aliud extiterit diſpoſitum, & tamquam
37 ſi eſſet ius naturale obſeruatur, ✝ nec mirùm cum conſuetudo ſit altera natura. Ariſtotel. 3. cap. de memor. & reminiſcent. audi verba Querri apud Petrum Gualter. ad Orat. Satii 3. lib. num. 30. & 40. *mihi, qui omnem ætatem egi, benefacere; eam ex conſuetudine in naturam vertit*. Et verba Ariſtot. loc. cit. hæc ſunt: *affirmo, amice, conſuetudinem diuturnam exercitationem eſſe, illamque tandem in naturam hominibus euadere*. Quæ cõſuetudo tam notoria eſt, vt licèt non inueniretur emologata, præ-
38 ſcripta, ✝ & aprobata per viuum regium oraculum, ſufficeret vt Iudex de illa ſe extra iudicialiter in-formaret, Sanfelic. deciſ. 502 n. 5 tom. 2. vbi docet quando eſt conſuetudo ſat notoria poſſe Iudicem extra iudicialem vocem arripere
39 ad deciſionem cauſæ, ✝ & hoc altera parte haud citata, Franc. Rocco. tom. 1. reſponſ. tit. de mãdat. & complement. num. 132.

Nec adeſt locus in diuerſorio ad appellandam in dubium huius notoriæ conſuetudinis perſiſtentiam, cum Princeps de illa teſtimonium perhibeat, cuius aſſertioni fides iniungenda venit, dictum eſt enim Principi credendum eſſe ex motu proprio procedenti, illius aſſertioni plenam tribuendam fidem, credique legitimè informatum proceſſiſſe, Clement. 1. de probat. Afflict in cap. 1. qui ſucceſſ. tene. verſic. 6 fallit. num. 75. Fontan. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 10. part. n. 28. Salgad. de Regia protect. part. 1. cap. 1. num. 27. Acatius lib. 3. cap. 9. de priuileg. Capic. Latr. conſul. 47. à num. 66. Giurba obſeruat. 75 n. 2. Capic. Galeot. in reſponſ. de Princip. poteſt. in
40 reuocat. priuileg. n. 103. ✝ nam cauſæ à Principe expreſſæ animi motum impellentes ad aliquid aſſerendū vel conficiendum axim veritatis videntur ſtabiliri, etiam ſi legi repugnarent, fidem integram extorquent, nec probationem in contrarium patiuntur. Tiber. Decian. reſponſ. 18. n. 274. lib. 1 Farinac q. 63. nu. 82. Cardin. Tuſc. concluſ. 924. nu. 4. lit. C. Maſcard. de probat. concl. 1284. Giurb. loc. cit. Peregrin. de

42de iur. fisci. lib. 1. tit. 3. num. 69. dixit hinc Fontanel.clauf.4.glos 8. num. 19. fidelitatem alicuius ciuitatis vel Regni probari assertione Principis; non verò iniungitur fides ei attestanti suum subditum esse rebeldem voluit Grammatic. decis. 15. num. 11. & 13. & decis. 105. num. 64. Ioseph. Oldrad. de rescript. prælud. 5. num. 24. vel quia est in re graui, & magni pręiudicii, qua hypothesi assertio Principis non diceretur perfecta probatio, Farinac. de testib. q. 63. ex num. 148. Salgad. in laberint.
43credit. part. 1. cap. 39. num. 12. cum seq. vel quia, quæ ratio magis genuina apparet, ille tunc diceretur circumuentus ex falsa relatione, qua instigatum & non ex proprio motu fuisse cõmotum credendum est, Salgad. loc. cit. nu. 13. Andreas Censal. ad l. vnic. cod. siquis Imperat maledix. §. 8. n. 16.

Hanc iniunctionem fidei aliqui protrahunt ad Locumtenẽtes ge-
44nerales, † vt sunt Camill. Medic. cons. 60. num. 1. & ex Iason. Cephal. & Roland. probat. Valenzuel. cons. 4. num. 116. & cons. 99.
45num. 1. mihi vero arridet temperamentum huic illationi adhibitum per Regentem Vico tit. 4. lib. 1. Pramaticar. num. 15. vbi tunc credendum esse Locumtenenti docet, quando processit ex concilio procerum, seu conciliariorum voto.

Nec mireris quod Principi attestanti de consuetudine fidem
46iniungenda sit, cum & doctori de illa attestanti credatur, vt dicunt Soar. in Thesaur. sentẽt. lit. C verbo *consuetudo*, Menoch de arbitr. casu. 360. num. 94. & cons. 1. num. 164. & cons. 54. num. 5. & 37. Anton. Gab. Var. tom. 1. commun. opin. in princip. lib. 1. tit. 17. de legib. nu. 334. vbi Viui. num. 364. Surd. cons. 311. num. 15. Farinac. in prax. par. 1. tit. 5. q. 45. Ceuall. in cõmun. contr cõmun. q. 1. Ludouic. Rodulphin Var. qq. lib. 2. q. 51. n. 28. & 29. Riccius, collect. 969. Salgad. de Regia prot. par. 1. cap. 1. num. 27. Andreas Censal ad l. vnicam, cod. siquis Imperat. maledix. §. 22. num. 92. quod axioma, vt doctori attestanti de consuetudine & de stilo fides iniungenda sit, limitari opportet, vt solum procedat quando doctor attestans in aliquo loco adesse ali-
47quam consuetudinem, † fuerit versatus in illo; hinc dixit Paris de Puteo, de sindicat. Bartolo attestanti consuetudinem adesse in aliqua ciuitate non tribuendam fidem, si in curiis illius precisè non appareat versatus, quam limitationem sectantur Natta cons. 277. num. 1. Franc. Maria de Prato responsf. criminal. 37. num. 19. Arias de Mesa, var. resolut. lib. 2. cap. 18. nu. 12. Horat. Gioua. lib. 1. responsor. respons. 21. num. 12. Carleual. tom. 1. disp. 2. num. 62.

Dubium reuoluere de hac con-
48suetudinis existentia videtur ad instar sacrilegii, cum impingere necesse esset in non atribuendam fidem Regio oraculo nobis conuenit M. Terentii, verba vsurpare apud Cornel. Tacit. lib. 6. Annal.

Non

Non est nostrum estimare quem supra ceteros, & quibus de causis extollas, tibi summum rerum iudicium dicidere nobis obsequij gloria relicta est.

Supposita hac generali & aprobata totius Regni Sardiniæ con-
49 suetudine exceptis ciuitatibus; † in quibus consuetudo hæc non viget datio tutoris regulatur iuxta iuris ciuilis præcepta, nisi voluntas testatoris tanquã Regina aliud præscripserit; infero quod cùm consuetudo sit strictissimi iuris Carol. Marant. respons. 51. n. 64. tom. 3. Oldrad. cons. 237. Gregor. xv. decis. 45 n. 6. & 8. & decis. 162. n. 2. Criuel. decis. Dolan. 40. n. 20. Caualer. decis. 192. n 5. decis. 203. num. 8. & 9. Franc. decis. 253. n. 11. Seraphin. decis. 1159. n. 6. haud. extensionẽ patiens de loco ad locum cap. 2. in fin. de const. lib. 6. Marant. respons. 16. n. 59. tom. 1 de casu ad casum Cyriac. Niger. controu. 151. n. 46. tom. 2. Barzin. decis. 98. n. 15. Fontan. decis. 211 n. 29 & decis. 255. n. 14. Gregor. xv. decis. 162. vbi Beltramin. & decis. 451. num. 7. nec de tempore ad
50 tẽpus, † taliter quod desideratur existentia consuetudinis tempore actus cõtrouersi, quę qualitas existentiæ debet articulari & probari terminans, & percutiens tempus actus controuersi, aliàs non diceretur rectè consuetudo probata, & ad nihil prodesset. Rota apud Caualer. decis. 125. n. 9. & penes Farinac. decis. 255. num. 5. parte 1. Select. & decis. 318. n. 6. parte 3.

Lex Sardoa adiudicans tutoribus fructus omnes hæreditatis pupilli pro retributione laborum
51 †, & constituens illum tantùmodo obnoxium ad restitutionem bonorum immobiliũ, & valoris mobilium absq; interesse, vel fructu, loquitur de tutore, igitur nequit extendi non solum quia odiosa, sed quia in consuetudine Regni nititur, quæ extentionem respuit, & non amplexatur de persona ad personam, de casu ad casum, de loco ad locum, & de tempore ad tempus. Roland. cons. 94. n. 17. vol. 2. Surd. cons. 37 n 8. & cons. 525. n. 14. Fragos. de Regim. Reipubl. disput. 28. p. 1. n. 12. tom. 1. lib 6.

Et quod sub appellatione seù dispositione tutoris. administrator, & protutor non compræhen-
52 dantur, † probat mihi singulariter text in l. si quis ad aliquem 3. §. x. iudicat. solui, vbi Vlpian lib. 76. ad edict. docet distincta munera esse tutoris, protutoris, & administratoris, & sub stipulatione vnius alium non comprænhendi, verba sunt iuris consulti. *Sed, & quod de tutore diximus, ita accipiendum est si js fuerit qui tutelam administrabat cum tutor non esset, tutoris appellatione eum non contineri sed & si quidem tutor sit, non tamen quasi tutor negocia administret, vel dum ignorat vel ex alia causa dicendum erit non committi stipulationem.* Est etiam text. in l. si debitor §. 1. ff. ad Trebellian. docet Fragos. loc. cit n. 18. ideoque legatum tutori relictum non debetur admini-

ni-

nistratori. Alex. cons. 102. column. fin. versic. præsertim lib. 1. Guttier. de tutel. cap. 17. n. 21. part. 2. Galgan. de tutel. lib. 2. tit. 25. n. 16. in fin. Fragos. loc. cit. Balthasar. Tomas. tract. 9. de tutorib. & curat. tit. 22. cap 1. n. 22.

Procedit ex hac resolutione
53 admirabilis † satis illa limitatio, quod licèt bona secundi mariti tacitè obnoxia iaceāt ad fauorem pupillorum pro redditione rationis tutelæ, quando eorum Mater, absque prçuia redditione rationis conuolauit ad secunda vota. iuxt. text. in l. si mater cod. ex quibus causis pignus tacit. contra. Barbos. in l. matres num. 6. cod. quando mulier tutel. officio fungi potest Gregor. Lopes lib. 26. Glos. Los. de aquel. tit. 13. part 5. Piag. de tutel. part. 3. quęst. vltim. n. 29. Baes. de decim. tut. cap. 4. n. 55. Gutier. de tutel. part 3. rubric. 2. n. 10. Montan. eodem tract. cap. 38. nu 6. & 8. Vrsill. decis. 75. n. 4. Negusant. 2. part. 4. mem. 6. n. 17. attamen fallit hæc doctri-
54 na quando nō esset tutrix, † sed de facto absque solemnitatibus iuris administrasset, qua hypothesi si ad secunda conuolaret vota, bona secundi mariti non remanerent tacitè obligata pro redditione administrationis, quæ tantum obligatio procedit, quādo esset verè & legitimè tutrix, & est ratio quia ducitur & est odiosa solum in odium tutricis animaduersa, sicque non potest ab illa transgredi; & protrahi ad casum quo solum administratrix, vel protutrix est Barbos. in dicta l. matres n. 2. & in l. pro vfficio n. 89. & 10. cod. de admin. tut. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 19. n. 3. 45. Gutier. de tutel. dict. cap. 9. n. 13. Giurb. obser. 23. nu. 7. rursus quamplurima
55 inter administratorem, † & tutorem discrimina militant, tutor actione tutelæ, administrator negocium gestorum actione pulsantur ad ratiociniū villicationis suæ, prout vidisti, & est text. in l. militię cod. qui dar. tut. pos. Cuman. Consil. 87. Galgan. de tutel. tit. 25. n. 15. lib. 2. Balthas. Thomas. de tutor, & curat. tract. 9. tit. 22. cap. 1. n. 25. & 26. Fragos. de regim. Reipublic. loc. cit. administrator, & protutor nequeunt procedere ad vēditionem bonorū pupilli, tutori verò arridet hæc potestas Fragos. loc. cit. Tomas. num. 11.

56 Vt administratoris periculo, † & protutoris abscribatur periculū nominū debitorum pupilli, considerabilis eorum negligentia, nō exacta quæ in tutore desideratur, requiritur diligentia: Excusantur administrator, & protutor si debitorē paupertate oppressum non compellerūt, & præcipitarunt ad soluendū l. Thais. ff. fin. de fideicom. libert. Valenzuel. cons. 179. n. 75. Excob. de raciocin. cap.
57 19. à n. 21. † Lara de anniuersar. lib 1. cap. 22. nu. 31. Benignè debitores per eos, & salua honestate cōueniri possūt l. si benè ff. de vsur. ibi. *Dummodo non acerbum se exactorem, nec contumeliosum præbeat, sed moderatum, & cum efficacia beni-*

nignum, & cū inſtantia humanum, Carleu. de iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. n. 2. per pupillos neceſſe eſt vt adminiſtrator obnoxius iaceat ad refectionem, & emendationem damni ex nomine non exacto, & non ſoluendo redacto paſſi, probari dolum, latam culpam, maximam, & culpabilem negligentiam non leuem interueniſſe l. chyrographis D. de admin. tut. Burgoſ. de Paz. conſ. 43. à n. 48. aliis relatis Olea. de ceſſion. iur. tit. 5. quæſt. 22. n. 13. in fin.

Reſolutio benignè pulſādi adminiſtratores, & non ſuffocandi
58 illos periculis, † & verticibus per quæ miſerrimè reuoluuntur tutores, quæ ſi perpenderēt vtique tutelæ onus haud ambirēt, & vt plurimum Rofred. verba p. 3. tit. de rationib. diſtrahend. n. 1. nō adimplerentur: *Quod multi tutelas affectant vt ex illis bonis ingraſſentur, & non ſint pupillis adiutores ſed hoſtes*. Fragoſ. de regim. Reipub. part. 1. lib. 5. diſput. 16. n. 38. vbi tales apellat tollitores fol. 824. æquiori pondere amplexari oportet in ordine ad parentes filiorum bo-
59 na adminiſtrantes, † qui culpabili adminiſtratione haud affici debent, niſi ſe doloſè vel fraudolenter geſſiſſe probetur. Nycoſ. de pignorib. 4. membr. 2. part. num. 23. Sanfelic. deciſ. 179. num. fin. tom. 2.

Nota tamen pupillo arridere in bonis protutoris eandem hipothecam, quæ in bonis tutoris compe-
60 tit; † habetur in l. pro officio iuncta, l. vnica, §. ſed vt plenius cod. de rei vxor. action. docent Faber in ſuo cod. lib. 8. tit. 7. diffinit. 2. Capic. deciſ. 119. num. 3. vbi eandem hypothecam in bonis protutoris quæ in ſpecie reſpectu tutoris ſufragatur pupillo tribuit; exornat hanc doctrinam apprimè Acoſta de priuileg. credit. regul. 3. ampliat 1. num. 15.

Rationes pro parte nobilis tutri-
61 cis, † hic exaratę, licèt in ſua ſphera haud vilipēdio afficiendæ, huius reſolutionis munimenta nequaquam percutiunt, & proſternunt; adminiſtrator onere reddendi rationem afficitur non autem æquali illi cui obnoxius tutor conſtituitur; & caſu quo germanitas oneris arrideret, non hinc germanaret illos Sardoę legis diſpoſitio & vtilitas, cum ſolum ex vi conſuetudinis tutorem tangat, non ab illo in odium pupillorum protrahenda, alias eſſet non ſolum in odioſis extentionem amplexare, ſed conſuetudinem de caſu ad caſum, & perſona ad perſonam protrahere qua hypotheſi nullatenus admittitur extentio, præcipuè concurrente diuerſitate rationis, Paul. Rub. reſol. de teſtam. cap. 38. n. 89.

Legatum vſufructus in ventre adminiſtrationis relictæ imbibitum, perpenſum, quidquid in puncto iuris fuerit, hypotheſi controuerſi caſus haud adæquabatur;
62 hic neptis, † quæ loco filiæ habetur in iure, ſuperſtes dabatur qua ſuperſtite ex diſpoſitione adminiſtrationis etiam liberè relictæ legatum vſufructus neutiquam valet deduci, eſt puntualis doctrina,

V Ruin.

Ruin. consil. 17. num. 13. vol. 2. vbi si testator filios relinquit sub administratione liberè relicta, vsufructum non comprehendi docet, Bald. consil. 29. vol. 1. versic. tamen cõmunis, vol. 5 Surd. de alim. q. 9. lib. 1. tit. 1. quæ conclusio ampliatur etiam si esset mater relicta domna & domina, quia relictis filiis, honorabili hoc titulo solum alimenta consequeretur ex Caso. lib. 7. ad edict. in l. nam in honorem 2. ff. de action. rerum amot. glos. recepta in auth. hoc locum verbo derogari circa fin. cod. si secund. nupser. iuxta Bulgari consuetudinem vbique approbatam docent Fontan. de pact. nup. Clau. 7. Glos. 3. part. 10. num. 10 Franc. decis. 58. Ludouis. decis. 460. nu. 7. vbi Beltram. Thesaur. q. 54. lib. 1. Surd. de alim. tit. 2. q. 15. num. 1. Rube. decis. 162. num. 6. & 7. par. 3. in recent. Castill. de vsufruct. cap. 45. num. 6. Carol. Marant. tom. 5. respons. 84. num. 53. 54. 55. vbi etiam defendit mulieri reli-
63 ctæ patronæ, † & dominę interim quod aliqua Ecclesia construitur solum alimenta deberi Thoro in compend. decis. part. 3. sect. 3. verbo vsufructus relictus vxori, vbi disputat an decedentibus filiis remaneat proprietaria, quem punctum resoluit etiam Fontan. & cæteri relati, & referendi, Gratian. discept. 901. num. 6. & decis. 201. num. 1. Capic. Latro. decis. 52. Sanfelic. decis. 201. Paul. Staiban. resol. 24. tom. 1. num. 48. Andreol. controu. 7. tom. 1. num. 1.

Benè verum est quod si relinqueretur vxor coniunctiue vna cũ
64 filio vsusfructuaria, † quod tunc nõ alimenta, sed medietatem vsufructus, alia relicta pro filio cõsequeretur iuxta magis receptã opinionẽ, quam sectantur, & protegunt, aliis laudatis, Andreol. cõtrou. 71. n. 1. Mar. Anton. var. resol. lib. 2. res. 35. Cyrac. Niger. cõtrou. 52. n. 9. & 10.

Non solum rationes hæ ad vi-
65 ctoriam reportandam astitere, † sed singularis doctrina Fragol. de regim. reipubli. part. 1. lib. 6. cap. 18. n. 18. f. 870. cũ Gutier. de tutel. part. 3. cap 8. n. fin. quæ gladium ad radicẽ affixit, vbi docet protutorem & administratorem non lucrari decimam veris tutoribus per leges Regni Castellæ elargitam, qui casus & dispositio germanatur præsenti dubio, nã sicut in Regno Castellæ protutor & administrator neutiquam lucrantur pro retributione suorum laborum decimam pro salario assignatam sic in Regno Sardiniæ protutores & administratores fructus hæreditatis pupilli non lucrabuntur, cum illorum retentio virtute pracmaticæ solum tutoribus arrideat.

Replicabis fortasse protutores administratores saltim tutores pu-
66 tatiuos esse, † & pro talibus cõmuniter haberi vnde ęquum videtur fructus omnes illi deberi: exemplum habemus in marito putatiuo qui onera matrimonii sustinẽs fructus, suos facit fructus omnes dotis, est glos. in l. proculus, ff. de iur. dotium, Roman. in l. si cum dotem, §. transgrediamur colum. 7. versic. 8. ff. solut. matrim. Tyra-

quell.

quell. in 8. gloſ. poſt leg. conubial. num. 62. Fragoſ. loc. cit. num. 17. Nyger. Cyriac. controu 32. lib. 1. Olea. de ceſſion. iur. tit. 4. quæſt. 8. nu. 8. quod putatiuum matrimonium verum non eſt, quapropter filii ab eo habiti non admittuntur ad ſucceſſionem maioratus, ad quã vocati apparent filii ex vero matrimonio procreati. Caſtill. apud, Oleam num. 11. pariformiter tutori putatiuo, prout & marito, retentio fructuum videtur arridere, cum ratione oneris paſſi in vno & altero caſu inſpiret adæquatio, coaleſcat ratio, & eadem determinatio concipienda veniat, Germanatio caſuum non procedit; vir putatiuus ducit cauſam oneroſam re-
68 ſpectu onerum matrimonii, † quibus retributione pro condigna fruitio fructuum adſcribitur, alia merces non poteſt condigna tribui; protutores cauſam lucratiuam percutiũt, quibus pro onere laborum condecens ſalarium debet impartiri, non integra fructuum conſignatio, quæ ex vi conſuetudinis ſolum tutoribus adſcripta & alligata apparet. Rurſus maritus putatiuus ignorans impedimentum latens in bona fide conſtitutus eſſe dicitur, qua ratione fructus conſumptos ſuos facit Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. q. 66. num. 4. extantes obſtringitur reſtituere impedimento cognito Phanuc. de lucro dotis gloſ. 3. num. 6. Roland. eodem tract. quæſt. 97. num. 9. Merlim controu. Forenſ. tom. 2.
69 cap. 95. num. 4. cuius impedimenti ſi parens conſcius eſſet ad filiorum ſucceſſionem non adminiſtretur Giurb. ad conſuetut. Meſſan. cap. 5. gloſ. 5. n. 5. & 7. Lara de vita homin. cap. 3. num. 10. ignorantia vero ſemper præſumitur niſi contrarium probetur Merlin. nu. 2. latè Laurent. Vrſell. legal. concluſ. cap. 59. nu. 93.

Inſuper legis aperta ſanctione priuilegia omnia elargita vero matrimonio & putatiuo arrident
70 in fauorem illius, † ſicque filii ex eo ſuſcepti capaces ſunt dignitatum ſpiritualium, & temporaliũ, admittuntur ad feuda, & maioratus, ad quos filii habiti ex legitimis votis vocantur, ſucceſsionemque obtinent actiue, & paſsiue in ordine ad parentes, & conſanguineos, cap. peruenit cap. ex tenore, qui filii ſint legitim. cap. inhibitio, §. 1. de clandeſtin. deſponſ. exornant. Caſtillo, lib. 2. controu. cap. 15. & tom. 4. cap 31. num. 90. Addent. ad Molin. lib. 3. cap. 1. num. 12 Lara de vita homin. cap. 3. a num. 4. Solorzan. de iur. Indiar. lib. 2. cap. 17. à num. 58. Olea. num. 10. Faxardo de legitim. per ſubſequ. matrim. nu. 167.

Tantaque eſt vis putatiui matrimonii vt non ſolum filii ex eo ſuſcepti his priuilegiis veris ma-
71 trimoniis arridentibus fruantur, † verum etiam illi qui antea damnabili coitu nati per ſubſequens matrimonium putatiuum legitimati remanent, Olea. cum aliis, num. 14. Noguero l. allegat 3. n. 224 quæ omnia priuilegia fauorabilia competunt putatiuo matrimonio, non odioſè exornat infi-

V 2 ni-

nitislaudatis. Arias de mesa var. resol. lib. 3. cap. 22. num. 5. in fauorem sobolis & coniugum, quæ ratio non procedit in tutore putatiuo, qui nequit esse in bona fide, ob defectum solemnitatum, vt dicebam cap. 15. num. 8. vbi malam fidem positiuam constituo in omissione solemnitatum habui tenebatur ad consecutionem priuilegi huius solemnitates in iure præscriptas adimplere, non adimpleuit, inde querulas voces haud conficere queit, cur non meruerit hoc priuilegio potiri; sed cum diuo Hieronymo vt exarabam. dissert. 16. num. 31. debet dolere non quia lex hæc prolata appareat, sed
72 cur meruerit legem proferre, † vel illius priuilegio indignum se constitui; nec respectu administratoris ad hanc querelam amplexandam adest locus in diuersorio cum consuetudo illum includere haud maluerit, qui si includeretur per nostram vel alterius benignitatem daretur extensio de persona ad personam, de casu ad casum in correctoriis, & in odium pupillorum, in quorum fauorem, iura exclamant, fouet ius; placitaque doctorum proclamitant præcipue quia in odium alterius etiã accedente identitate rationis non
73 datur extensio, † cum Ponte Dexart. decis. 94. num. 11. & pupillorum iura tueri dicit Imperator Gordian. in l. pietatis, 6. cod. vbi pupilli est pietatis munere fungi, Fran. Maria de Prato discept. 37. num. 52. tom. 2.

ARGVMENTVM.

Apretiatio secunda est conficenda si quælibet pars ex litigantibus asserat primam vel nullã esse vel læsionem continere; quę sumptibus cõmunibus est facienda, si altera pars in electione peritorum concurrere velit. Et vtrum secunda ęstimatio sit decernenda, si prima ex consensu partium est cum electione tertii mediante pacto de non contraueniẽdo extiterit celebrata degustatur, per quot tempus rerum valor presumatur variatus.

SVMMARIVM.

1 *Lis quæ pendet in Regia Sardoa audientia inter Don. Matthęum Pilo & nobilem Antoniã Giagarachio recensetur.*

2 *Assessor Doctor Angelus Giagarachio violenter anno 1621. fuit occisus.*

3 *Aestimum secundum est conficendũ si primum læsionem continere prætendatur, sic fuit decisum in Regia audientia.*

4 *Pretia rerum temporum varietate mutari solent. Non præsumuntur variata ex modico temporis interuallo 6. probato valore de tempore antecedenti, & subsequenti, pręsumitur medium 7. nisi appareat de causa extrinsica, veluti pestis 8. valor rerum præsumitur variatus per spatiũ decem annorum.*

5 *Omnia tanquam temporalia volubilitati temporis subijciuntur.*

11 *Causæ quæ releuant vt non fiat æstimatio.*

matio bonorum immobilium recenſentur.

12 *Aurum & argentum, non indigent extrinſecâ æſtimatione, nec ſunt ſubhaſtanda 13. etiam ſi ſint in exequtionem capta 14.*

15 *Si res inuentariatæ æſtimantur, nihilominus rurſus poſſunt æſtimari.*

16 *Valor rei non probatur ex ſubhaſtatione.*

17 *Subhaſtationes ſolent eſſe animoſę in eis competit remedium l. 2. cod. de reſcidend. vendit 18. preſumitur iuſtum prtium in illis ad ibidem 19. quia venditiò ſub haſta eſt ſub retitudine 20. euacuatur per eas ominis fraudis preſumptio 21. & poteſt probari contrarium horum omnium 22.*

23 *Aeſtimari tantũ debet res in quantum publice vendi poteſt 24. aſtimatores hoc modo debent illam appretiare, aliàs nullitas committetur 25. æſtimatio diuerſorum corporum debet fieri ſeparatim, aliàs ſi omnia corpora æſtimentur in confuſo, & nõ diſtinctè erit nulla æſtimatio 28.*

26 *Periti debent reddere rationem ſcientię deponentes de valore rerum prę cipue quando periti iudicium non tangit meram operationem intellectus, ſed percutit diſcuſionem facti cadentis in ſenſum corporeum 27.*

29 *Pretium rei in contrauerſiam deductum debet dimetiri habito reſpectu ad tempus obitus teſtatoris. Sic in legitima, & in legato 30. in re datu in ſolutum debet fieri æſtimatio iuxta tempus initi contractus 33. in omnibus contractibus 32. in materia iuris congrui 34.*

35 *Peritorum electio pertinet ad ipſas met partes. Sicut, & tertij ipſis diſcordantibus 36. ſi verò partes non concordarent, & peritorum, & tertij electio ad Iudicem ſpectat 37. poſſunt periti in die feriato relationem facere ſui iudicij n. 38 acceſſus illorũ debet intimari cum prefixione certi diei n. 39. poſſunt recuſari periti electi ab ipſis met partibus noua ſuper uenienti cauſa 41. omnes periti ciuitatis non poſſunt recuſari 42.*

40 *Aeſtimatio ſecunda non eſt concedenda, ſi prima rectè, & ritè eſt confecta 43. pręcipue quando adeſt pactum de non contraueniẽdo, & tertius fuit electus 44. cõtrarium fuit deciſum in Regia Sardoa audientia, nempe quod ſecundum æſtimum ſit conficiendum ad nutum ſi primum leſionem cõtinere deducatur 46. quod procedit licèt primum per comunitatem eſſet celebratum 47. & licèt ad eſſet pactum de non contraueniendo, quia intelligitur dumodo ſit equũ 57. tertium eſtimum non eſt concedendum ne detur proceſſus in infinitum 56.*

45 *Eeſtimum ſecundũ ex penſis petentis eſt faciendum, ſi non concurrit pars altera in eletione periti.*

48 *Periti non ſunt proprie teſtes. Sic que eorum dicta poſſunt recipi poſt dedicita teſtificata ſed quaſi iudices reputantur 49. & eorum imperitia poteſt corrigi per magis peritos 50.*

51 *Peritorum iudicium non tranſit in rem iudicatam. Poterit ab illo appellari poſt decem dies 52. ſine periti*

riti sint electi à iudice, siue à partibus 53. illis concordantibus nihil ad iudicem 54. si discordant tunc poterit suum arbitrium interponere 55.

58 *Reductio ad arbitrium boni viri potest peti licèt adsit pactum de illo non petendo, & quare.*

CAPVT XVIII.

PENDET in Regiæ audientiæ Sardoò cōsistorio lunga temporis intercapedine actitatalis inter D. Matthæum Pilo Succarello Dominum Baroniæ de
1 Puntificali, † & nobilem Antoniam Manca uiduam, & tenutariam bonorū D. Caroli Giagarachio eius defuncti viri super solutione census propietatis mille ducatorum in bonis doctoris Angeli Giagarachio assesoris in criminalibus Regiæ gubernationis Ciuitatis Sasseris oneratis qui dum anno 1621. vineam sitam ad latus Ecclesiæ diui Petri de Sirchis peteret violento, † & prodito ballæ
2 plumbeæ ictu percussus animam euomuit, cuius sat criminosi interitus ministri extitere Michael, & Andreas Cossu fratres, sed ò, bone Deus? non dum pluribus elapsis diebus delicti poenas persoluere proditoria, & violenta nece ipsorum per mandatarium patrato. Incidens quod in hac lite per Regiam Audientiam anno 1661. extitit decisum, tempore quo nos in Ciuitate semper illustissima Calleris reperibamur nititur in confectione secundi æstimi bo-
3 norum Assessoris Giagarachio, † non obstante primo cum adiuntione tertii ex consensu partium, & cum pacto de non contracelebrato. Fouebamus partes actoris, adueniendo cuius simplicem nutum secunda apretiatio extitit, fundamenta ad illam obtinendā sucessiuo, & prę intexto ordine delineabimus.

Laudabilis sanè, & toto conatu amplexanda Sardoi magni consistorii resolutio in ordine ad decernendam bonorum æstimationem, ex qua valor rerum dignositur, & pretia bonorum calculantur, non enim volubilis temporū rota sub eadem firmitate illa reposuit, illorum vicissitudine, & varietate mutari solent l. pretia rerum. Vbi Glos. Bartol. & Alex.
4 ff. † ad leg. Aquil. Syluan. cons. 99. n. 161. Crauet. cons. 165. n. 14. Nycol. Fastus de æstimo part. 1. cap. 1. num. 20. Barz. indecis. 60. n. 4. vbi pretia rerum mutabilia esse in dies, & obnoxia temporū varietati docet: tenenet Corn cons. 142. n. 8. vol. 1. Laurent. Vrsell. legal. conclus. cap. 66. n. 1. tom. Cyriac. Nyger controu. 159. n. 3.
5 nec mirum cum omnia tamquā temporalia volubilitati temporis svbiiciantur, sub quo perpetuo motu nihil perpetuum reponitur Carol. Marant. tom. 5. resp. 96. n. 17. audi Corn. Gallum.

Cuncta tra hit secum, vertit que volubile tempus,
Nec patitur certa currere quêq; via

Et

Et licèt ex modico temporis in-
6 teruallo, † non præſumatur pretium rei fuiſſe mutatum. Rota apud Merlin. de legitim. deciſ. 196 n. 8. Cepoll. de ſimulat. contract. n. 30. Poſtius reſol. 124. n. 6. immo ſi paulo poſt contractum infra breue tempus pretium augeatur præſumitur tale quale fuit ab initio, ita Velaſc. conſult. 43. n. 28. verſic. item igitur, vbi docet ſpatium anni vnius breue tempus
7 eſſe, † taliter quod probato valore de tempore antecedenti, & ſubſequenti idem debet cenſeri de valore temporis intermedii Rubeus deciſ. 186. n. 10. part. 1. niſi ap-
8 paret de cauſa extrinſeca, † propter quam intra breue tempus mutatio valorum contigerit Maſcard. de probat. concluſ. 963. n. 3. vbi aſſignat bellum, & peſtem pro triſta cauſa extrinſeca, quorum rigor non ſolum ad vilipendium, & tenuitatem res reſoluere adſolet, ſed vt plurimum ad ruinas, & cinerem. Rota deciſ. 457. n. 2. in fin. part. 2. recent. Franc. Rocco reſponſ. 22. n. 18 indiſtin-
9 cte, † quando accidens violentum de intermedio non contingit, per lapſum decennii pretia, & valores rerum mutari præſumuntur Maſcard. de probat. in verbo æſtimatio concluſ. 656. n. 4. poſt Balb. in l. 2. ſub. n. 66. verſic. ſed pone cod. de reſcindend. vendit. Natta conſ. 323. ſub. n. 3. vbi valor rerum precipuè in rebus immobilibus præſumitur mutatus ex cur-
10 ſu decem annorum, † Ciriac. controu. 261. n. 14. Viuian. Girochi diſcept. 76. n. 45.

Nobilis Antonia Manca iampridem variis rationibus ſuffulta apretiationi bonorum per Sardorum agnũ Senatum decretę cõtradixerat, † tanquam in figura-
11 ita hipoteſi non neceſſariæ: dixerat bona repertorio ſuppoſita, continere aurum, argentum, lintea ac ſupellectilia domus, & bona immobilia, que omnia æſtimanda haud eſſe, quia iam de valore intrinſico illorum apparebat per documenta quæ tibi referam autumauerat: ſed anxietas hæc æſtimationi repungnans duplicato, & reiterato conatu, per duplicem Senatus ſententiam bis repulſam fuit paſſa: nam non ſolum ad inſtantiã ſimplicis creditoris confecta extitit bonorũ debitoris mediante appretiatione calculatio, ſed rurſus noua æſtimatio ſub prætextu lęſionis contentę in prima fuit admiſſa. Reſpectu auri, & argenti in inuentario deſcripti, † haud in
12 dubio reuoco quod ęſtimatio non deſiderabatur, hæc in comuni ore omnium, & comercio hominum ſub certo, & determinato valore reponuntur, ſicque extrinſeca ęſtimatione non indigent prout fatetur Bald. in l. 1. cod. ſi propt. public. penſit. n. vbi ſubhaſtanda, †
13 & æſtimanda nõ eſſe voluit bona quæ in ſuo ventre æſtimationem concipiunt in puncto iuris prout aurum, & argentum Niger de ſubaſtat. cap. 4. p. 20. n. 7. taliter quod capta in executionem rei iudicatæ non ſint nec ſubhanda
14 nec æſtimanda, † habent iam enim

enim suum valorem intrinsecum
determinatum, nempe scutum
pro vncia Leon. decis. 108. num.
15.

Mobilia reperta in inuentario
licèt iam apretiata extitissent in
15 exordio descriptionis illorum, †
& recte & rite estimata presume-
rentur, attamen nequiuit reyci
conatus creditoris circa ad hiben-
dum nouum estimum ex eo quod
bona inuentariata, & inibi apre-
tiata si sub recta bilance non fuisse
appensa obiiciatur, rursus nouo
æstimo supponi debent, docet
Anton. Faber. in codic. titul. 11.
de iure deliber. diffinit. 17. lib. 6.
vbi posse probari contrarium va-
loris quo res inuentariatæ fuere
appretiatæ tenet ioan. Baptist. Ho-
diern. lib. 1. controu. cap. 5. num.
31.

Minus subhastatio immobiliũ
quæ post obitum debitoris fuit ad-
hibita impedimentum adhibuit
ad hanc æstimationem conficien-
16 dam, † cum regulariter ex subha-
stetione non probetur rei valor,
vt ex Hercul. & aliis tenet. Franc.
decis. 54. n. 12. solent licitationes
17 esse animose, † Fontan. de pact.
nuptalib. claus. 4. Glos. 9. p. 2. n.
88. & vt plurimum continent læ-
18 sionem magni ponderis, † quapro-
pter in eis arridet remedium l. 2.
cod. de rescindend. vẽdit. est com-
munissima hec opinio, vt in ven-
ditionibus sub hasta celebratis
conpetat remedium prædictum
in tribunalibus totius regni indi-
stincte amplexat, possem plura e-
xempla refferre in quibus vidi, &
obtinui rescindi publicas licitati-
ones continentes læsionem enor-
mem ex remedio prædicte leg. 2.
cod de rescindend. sub primo illa
tamquam robur in re tam clara
non adhibentia hanc opinionem
innumeris laudatis sectantur Gra-
tia. discept. forens. cap. 7. n. 10.
& cap. 96. n. 30. Amat. cons. 87.
n. 3. Anton. Faber in codic. lib. 4
tit. 30. diffinit. 4. & diffinit. 25. &
lib. 8. tit. 16. de distract. Pignor.
diffinit. 8. Parladon. rer. quotidian.
lib. 2. cap. fin. 5. part. p. 16. n. 10
Mastrill. decis. 33. n. 10. Niger
de subast. cap. 5. n. 3. & 5. Carle-
ual. de iudic. tom. 2. lib. 1. titul. 2.
disp. 25. n. 17. Petrus Tond. in
quæstionib. regalibus quæst. 28.
Hodiern. lib. 1. controu. 40. n. 59
Salgad. in laberint. creditor. part.
3. cap. 10. n. 4. pluribus laudatis
Olea. de cession. iur. tit. 4 quæst.
2. n. 6. provenit hinc quod licèt
pretium quod fuit habitum in
publica lesione presumatur æquũ
19 † & iustum Rota apud Farinac.
decis. 649. n. 1. part. 1. pluribus
Valenzuel. cons. 156. n. 123. tom.
2. Nyger de subhastat. loc. cit &
de laudem. lib. 3. q 22. articul. 16
per text. in authentic. hoc ius
porrectum. cod. sacrosant. Eccles.
20 nam venditio concepta, † & cele-
brata sub hasta, dicitur facta sub
rectitudine; sumpta metaphora
ab hasta, que in forma recta ere-
cta decantatur simbolum iustitie
vt Bouadill. dicit, & ratiocinatur
sic Fontanel. de pact. nupt. claus.
4. Glos. 10. part. 2. n. 96. sequitur
Niger de subhast. cap. 2. p. 3. n. 9.
&

& 10.per quam omnis fraudis ſu-
21 ſpicio euacuatur † Surd. conſ. 49.
nu.6.Georg.allegat. 5. n.46. Mer-
lin. controu. iur. tom. 2. cap. 75.
num.4. non tamen venditio ſub
voce preconis inducit neceſſariam
probationem iuris & de iure iuſtũ
vndequaque fuiſſe pretium in ea
22 habitum † valet contrariũ pro-
bari, poſt Bart. Anton. Gabr. &
alios Trentacin. lib. 1. var.tit. de
empt. & vendit. reſol. 6. num. 11.
ſequitur Hodiern. loc. cit.n.54. in
med. Maſcard. de probat. concl.
655. n.5. Cyriac. controu. 453. ex
n.67 par.3. rationes hæ apertè ex-
hibent minus legitimam fuiſſe
anxietatem circa repugnantiam
æſtimo bonorum debitoris confe-
cto adhibitam, & legitimam Se-
natus voluntatẽ in ordine ad con-
fectionem illius haud quieuit co-
natus actoris primo hoc æſtimo
celebrato, rurſus per actionem al-
terius petiit ſub duplici prætextu,
23 † quod prima æſtimatio & nul-
litate afficiebatur, & læſionem
claudebat. Dicebam in ore illius
cuius partes fouebam, primam
non coherere iuris tramitibus, nã
iuxta communem valorem, quẽ
res publicæ ſubhaſtationi ſuppo-
ſitæ poſſent ſortiri, non erat con-
fecta, obiectio hec premit ſanè,
nititur in communi brocardico,
quod res tantum valeat quantum
communiter vendi in publica li-
24 citatione poſſit, † deſumitur ex
text. in l.mortis cauſa 18. p. pen.
de mort. cauſ. donat. 161. quanti
is homo venire potuiſſet taliter
quod ſcabini, ſeu eſtimatores in-
tantum res æſtimare cogantur in
quantum ſi licitarentur venderẽ-
tur, hanc concluſionem docent
25 Barboſ. in l.maritum † 13.n. 16.
ſolut. matrimon. Hodiern. cõtrou.
40. nu.56. cui directioni haud ſe
accõmodarunt periti, qui in pri-
ma æſtimatione interuenerunt,
quin imo iuxta valorem intrin-
ſecum eam confecerunt,hinc nul-
litas, hinc reuiſio, & reiteratio æ-
ſtimi, ſequuntur Franc.Maria de
Prato practicar. obſeruat. cap.87.
num.21. Sanfelic. deciſ.268. n.7.
Thomat. deciſ. 50. n.512. Poſtius
reſol. 124.

Claudicabat inſuper primęua
appretiatio cum periti non reddi-
diſſent rationem ſuæ ſcientiæ,quã
reddere obſtringebantur tãquam
26 deponentes † de valore rerum
etiam non interrogati,Caſſad.de-
ciſ. 14. n.3. Vrſell. legal. concluſ.
cap.69. n. 86. hęc aſſertio eo ma-
27 ximè procedit caſu, † quo periti
iudicium non percuteret meram
operationem intellectus, ſed tan-
geret,vt in pręſenti dubio,diſcuſ-
ſionem facti cadentis in ſenſum
corporeum, cum Felin. Maſcard.
& aliis ratiocinatur Petrus Ton-
dut. in quęſtionibus regalibus to-
mo 2. q.106. n.31. per quam ſe-
mitam haud periti primi fuere
ingreſſi, imò egreſſi,& tranſgreſ-
ſi formam ęſtimandi, celebraba-
tur ęſtimatio diuerſorum corpo-
28 rum † quæ non ſubinuolucro, &
inconcreto communi erat calcu-
landa, ſed diſtinctè, & ſeparatim
per quam libet rem peragenda;
ſolemnitas hęc haud obſeruata,

hinc orta confusio, & obiectata nullitas, quæ de plano procedit, per text. in l. fin. §. præterea, cod. de iur. dot. fatentur Velasc. in prax. de partit. cap. 10. n. 5. Tondut. loc. cit. n. 1. Cyriac. controu. 222. n. 66.

His nullitatibus afficiebatur æstimum primitiuum ex consensu partium, cum adiunctione tertii, & pacto de non contraueniendo celebratum; in vno tamē
29 sanabatur † quod referebatur ad tempus mortis testatoris, in quo prudenter periti se gesserunt, nam pretium rei in controuersiam appellatum calculari oportet habito respectu ad tempus obitus testatoris, iuxta admirabilem doctrinam Anton. Fab. in codic. lib. 4. tit. 2. definit. 10. versic æstimatio sanè ad tempus mortis referenda est; prout sic debere fieri in calculo legitimæ docet Fontan. decis.
30 574 n. 26. † in legato Petrus Tōdut. quęst regal. 13. n. 14. tom. 1. nec angit difficultas, quod versaretur de tēpore sat remoto, quippe valor rei de præterito argui, & auspicari queit ex his, quæ de presenti occurrūt, Font. decis. 382.
31 † nu. 2. nec incutiat tibi admirationem resolutio præfata, aliàs enim nec valor iustè probaretur, nec periti concluderent, oportet vt pretium rei dubio suppositæ referatur ad initium contractus,
32 & venditionis † Pena decis. 564. n. 2. & 6 Rota decis. 344. nu. 18. par. 4. recent. per text. in l. si filius familias 28. de v. oblig. Carol. Marant. resp. 88. n. 20. p. 5. Franc. Rocco respons. 22. num. 15. par. 2. Theod. Rubeus singul. tom. 2. p. 4. fol. 247. n. 56. Viuian. Giroch. discept. 26. n. 31. tempus in quo miserrimè assessor Angelus Gigarachio extremum clausit diem dicitur exordium dubietatis pretiorum suæ hęreditatis, nam illo tunc eius vxor ratione suæ dotis se opposuit, & bona pro computo illius consumpsit, & discernitur, si hæc excedebant, vel deficiebāt, hinc ad præfatum tempus appretiatio erat omnimodo referenda.

Pariformiter valor rei acceptæ insolutum si ad arenam descendat
33 debet calculari † habito respectu ad initium contractus, Rubeus decis. 46. n. 8. tom. 2.

In materia iuris cōgrui res appretianda venit inspecto tempore exequutionis, & in quo ad fauorem retrahentis declaratur, &
34 non petitionis † quia ex die in quo res retractui supposita realiter retraenti consignatur, dicitur & retractus, & contractus robur accipere, & in suo exordio effectus reponi. Thoro. in compend. decis. verbo æstimatio facienda, in supplem. Sanfelic. decis. 108.

Æstimationem bonorum debitoris fuisse rectè factam ex consensu partium per peritos electos, & his discordantibus tertio adhibito, sicque non esse reiterandam ad euitandum processum in infinitum prætensium fuit; periti per
35 ipsas met partes extitere electi † ad quas pertinet eorum electio, l. hac edictali, §. his illud 161. *quos vtraque pars elegerit*, & ibi Baldus

cod.

cod. de ſecund. nupt. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 228. nu. 21. vbi peritorum electionem ad partes ipſas pertinere, & non ad Iudicem tenent Laurent. Vrſell. legal. concluſ. cap. 64. nu. 68. vbi dicit ita
36 obſeruari de conſuetudine † Fragoſ. de Regim. Reipublic. tom. 1. p. 1. lib. 5. diſp. 14. n. 70. prout etiã illas tangit tertii electio, primis peritis diſcordantibus, Fragoſ. loc. cit. n. 71. Pantaleon. in l. 2. col. 86. cod. de reſcind. vendit. Vrſell. nu. 67. Cyriac. controu. 222. nu. 94 Sperel. deciſ. 54. n. 43. ſi vero partes non conuenirent in peritorum
37 vel tertii electione † vel in termino illis præfixo illos non eligerent, tunc Iudex poterit ſibi aſcire ex officio quos maluerit, Fragoſ. n. 71. Sperel. loc. cit. Molin. de ritu nupt. lib. 3. cap. 74. nu. 4. Matthias Berlinch. practic. concluſ. tom. 1. cap. 83. num. 4. & 5.

Hinc periti, & tertius per partes accordi voto extiterant aſciti, qui iuramento mediante res appretiãdas appretiarunt, & relationem ſui iudicii reddiderunt, quam in
38 die feriato † & abſque citatione partis potuerant reddere, Mareſcott. var. lib. 2. cap. 70. nu 4. Poſtius de manuten. obſeruat. 101. num. 10. verſic. *Qua tamen citatio de rigore iuris non videtur neceſſaria.* periti verò acceſſus intimari oportet cum termini præfixione ad certum diem ad conficiendam
39 æſtimationem † Velaſc. in prax. partit. cap. 15. n. 25. Poſtius nu. 8. inferebat ex his pars victo non eſſe locum nouæ reuiſioni peritorum iudicii perpenſo calculo ſolemnitatum circa primam adhibitarum; votum hoc inhærebat
40 doctrinæ Farinac. deciſ. 531. † 1. part. recent. vbi tenet non eſſe cõcedendam nouam æſtimationẽ, ſi prima ex conſenſu partium, & cum adiunctione tertii extiterit celebrata. Et ibi docet peritos per partes electos non poſſe ab illis recuſari niſi noua ſuperueniẽte cau-
41 ſa † Fragoſ. loc. cit. n. 68. vbi hoc procedere etiam autumat in peritis de publico deputatis, prout etiam nec omnes periti vnius ciuitatis pro ſuſpectis poſſunt remo-
42 ueri † Capic. deciſ. 138. Apicell. in tutam. pauper. tit. de ſuſpect. official. n. 57. Cyriac. contr. 373. in fin. fundamentum repugnans nouæ æſtimationi ſtabilitur etiam
43 in deciſ. 55. n. 15. † Monach. vbi docet non dari reclamationem contra iudicium peritorum, quãdo hi ex conſenſu partium fuere electi, tenent Poſtius deciſ. 619. nu. 3. quod æquiori fundamento videbatur procedere in hoc caſu ſtante pacto in ſchedulis proceſſus celebrato per oblationem, & reſponſionem partium, qui eſt modus quaſi contrahendi in iudiciis, de non contraueniendo relationi peritorum, ſed illi ſtandi, quod pactum potens eſt in iure ad excludendam viam reclamationis, & præcludendum viam de
44 non petenda noua æſtimatione † iuxta reſponſum Rimin. iun. cõſ. 71. num. 34. lib. 1. vbi ſi partes promiſerunt ſtare relationi peritorum, renunciaſſe eo ipſo reuiſioni

sioni per peritiores faciendæ, docet Sperel. sequitur decis. 54. tom. 1. n. 36.

Hac ratione parui habita, & nullo habitu respectu ad nullitates contractas, solum perpensa læsione adducta; fuit per Regium Sardoum Senatum secunda æsti-
45 matio concessa † hoc adhibito vt si pars nobilis Antoniæ Manca vellet in illa interuenire cum assistentia sui periti, quod concurret in refectione, & subministratione expensarum, aliàs illa non assistente, non expensis cōmunibus, sed nouam æstimationem efflagitantis fieret hęc. Ex doctrina Coler. de proces. exeq. p. 3. cap. 9. sub num. 102. Postius de manut. obseruat. 101. nu. 6. hæc est praxis sic obseruanda circa expēsarum refectionem in secundo æstimo erogatarum, quam ad literam delineat Fontan. decis. 382. par. 2. n. 27. Relator huius sententiæ fuit nobilis Doctor Don Michael Bonfant. Calaritanus Decanus Regiæ Audientiæ vir omni virtute, & litteratura insignitus, Notarius Carta.

Conclusio hęc fęliciter prælibatur ex communi DD. calculo docentium secundam æstimatio-
46 nem esse conficiendam † si primam lęsionem continere deducatur, tenent Ioan. de Amic. cons. 102. num. 8. Riminald. iun. cons. 335. n. 2. lib. 3. Thesaur. decis. 25. Fontan. decis. 600. n. 14. vbi loquitur de Fisco per cap. causam matrimonii, de probat. Gratian. discept. forens. cap. 600. tom. 3. num. 28. verba sunt huius authoris. *Amplius in eiusmodi æstimationibus, non solum deuenitur ad electionem peritorum, sed si prætendatur lęsio, non impeditur probatio facienda per alios peritiores, per quorum iudicium poterit sententia lata per peritos retractari*. Gallia. cons. 27. ex n. 74. Cyriac. Niger controu. 156. tom. 1. n. 8. & 9. vbi ad secundum æstimum deueniendum esse di-
47 iudicat † etiam si primum de communi, & per communitatem esset celebratum, Fragos. de Regim. Reipublic. tom. 1. par. 1. disput. 14. n. 72. lib. 5.

Ratio huius conclusionis in eo nititur, quia periti electi per partes, vel per Iudicem in earum renitentiam, vel discordantiam, non sunt propriè testes, sicque eorum testimonia post dedicita
48 testificata, quocunque tempore, † & in gradu appellationis possunt recipi, Fontanel. decis. 381. & 382. Postius de manut. obseruat. 101. n. 3. Tondut. tom. 2. quæstion. regal. q. 107. nu. 26. sed sunt quasi iudices, l. certi iuris, cod. de iudic.
49 † docent Surd. cons. 452. nu. 30. lib. 4. Mascard. de probat. conclus. 653. n. 7. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 47. n. 15. & 94. Gratian. cap. 235. n. 32. & cap. 263. nu. 20. vbi dicit peritos esse quasi iudices non propriè testes, & cap. 600. n. 24. Fontanel. decis. 381. nu. 18. quapropter eorum iudicium, seu imperitia poterit corrigi per magis
50 peritos † sicut imperitia veri iudicis per peritiam alterius iudicis, ratiocinatur sic Gratian. dict. cap. 263.

263. num.20. tom.2.

Hinc ſententia lata ad relationem peritorum non tranſit in
51 rem, † quia per nouam reuiſionem per peritiores faciendam poterit retractari Pacian. de probat. lib. 1.cap. 47. num. 83. Theſaur. deciſ. 25. vbi dicit quod à relatione peritorum grauatus re-
52 clamet † quæ appellatio poterit interponi etiam poſt decem dies, Seraphin. deciſ. 513. num. 2. & num. 3. dicit ſententiam latam ad relationem peritorum non tranſire in rem iudicatam, ſed poſſe retractari per nouam æſtimationem, comprobant, Pinell de reſcind vendit. par. 3. cap. 4. num. 6. Scacia de appellat. q. 17. limit. 1. num 8. & hoc ſiue periti ſint electi à indice, ſiue à parte,
53 † Sperel. deciſ. 54. num. 40. Andreol. controu. 128. nu. 1. tom. 2.

In ordine ad hanc materiam, antequam vela comprimam, obſerua; quod ſi periti electi ab ipſis met partibus, vel à iudice ſuo caſu ſint concordes; tunc nihil ad iudicem, illis verò diſcordantibus
54 intrat arbitrium ſuum † Cæſar. Barzin. deciſ. 22. num. 31. Fontanel. deciſ. 600. num. 14. & 15. ſicut ſi æſtimatores in pretio non
55 conuenirent, † vel diuerſæ & inter ſe pugnarent æſtimationes, tunc iudicis poſſet eligere mediam, l.ſi fundum, 35. & leg. ſeq. ff. mandat. cum Felin. Cæpoll. & aliis Matthias Berlinch. practicar. concluſ. tom. 1. concluſ. 83. n. 79.

Rurſus memoriæ alliga, quod licèt pretextu nullitatis, vel ſimplicis aſſertionis primam æſtimationem læſionem continere ſecū-
56 † da concedatur, ne tamen reſultet proceſſus in infinitum vlterior nō concedenda, Gratian. cap. 600. nu. 30. lib. 3. docens facta ſecunda peritorum relatione non eſſe vlteriorem concedendam ne proceſſus trahatur in infinitum Mandel. conſ. 157. n. 1. Laurent. Vrſell. legal. concl cap. 133. tom. 2. nu. 126. in fine.

Nec negocium feliciter peractum reſoluebat in dubium partium conuentio de ſtando relationi peritorum, quia intelligitur, prout intelligi debet dummo-
57 do illa æqua & non læſiua fuerit † ſic præfatam promiſſionem ſub hac clauſula intelligendam eſſe docet Duran. deciſ. 200. num. 20. Petrus Tondut. q. 107. num. fin. par. 2. ciuil.

Prout etiā poterit peti reductio ad arbitrium boni viri nō ob ſtante pacto appoſito de illam non pe-
58 tendo † & de ſtando arbitrio boni viri ſub præfixa aliqua poena ſi laudum ſub æquitate non reponeretur & læſionem contineret poſ ſet de ſtando laudo proferendo, de illi non contraueniendo, & de ſoluendo poenam impoſitam in caſu contrauentionis ſubintelligitur dummodo æquum arbitrium, & abſque læſione ſit, ſic Tondut. loc. cit. ſequuntur, Cancer. var. par. 1. de arbitr. num. 9. Monach. ad Minod. deciſ. 19. num. 3. Ruginel. de appellat. §. 3. cap. 3. in princ. Barzin. deciſ. 86. num. 11. & 12. Gratian. deciſ. 6. num. 44. Balthaſ. de

Ang.

Ang. ad Gizarel. decis. 55. num. 2. Marin. resol. 119. num. 6. tom. 2. Franc. Maria de Prat practic. obseruat. cap. 21. num. 21.

ARGVMENTVM.

Dominus rei sub hasta licitatæ directo possessorem illius potest pulsare; quin obstringatur creditores, qui mediantè cautione ex deposito pretium exegerunt, excutere, non obstante qualibet lege municipali tutum reddi emptorem sub hasta lancienti, quia intelligitur respectu creditorum, & non domini rei venditæ.

SVMMARIVM.

1 *Subhastionem fuisse rectè adhibitam, & celebratam debet probari per publica documenta.*

2 *Non creditur instrumento referenti subhastationem precessisse.*

3 *Forma subhastationibus prescripta ad vnguem est seruanda, aliàs nullitas contrahitur.*

4 *Emptor in publica licitatione emens non seruata forma statuti constituitur in mala fide, & tenetur ad restitutionem fructuum.*

5 *Titulus si est nullus ex cortice ipsius constituit emptorem in mala fide, & nō solum procedit in primo emptore, sed in secundo 6.*

7 *Licitationes publicæ non sunt facilè retractandæ, quin imo fauendæ, & ampliandę, aliàs omnes ab eis declinabunt cum rei publicæ nocumento 8.*

9 *Emptor sub voce prçconis non potest molestari per dominum rei, si in gradu appellationis reportauerit sententiam reuocatoriam.*

10 *Antiquus creditor si dimissus sit ex pretio emptę rei, tunc emptor securus constituitur aduersus posteriores creditores, precipue quando actiones in eum sint cessę 11. nec poterit molestari respectu plus valoris, quando procedit ab euentu temporis 12.*

13 *Pignus potest licitari ipsemet creditori, qui tunc non tenebitur facere depositum, referuntur plures declarationes regię gubernationis 14. 15. & referuntur DD. qui huic opinioni adhærent 16.*

17 *Emptor sub hasta non poterit molestari ex clausula de non alienando & facto deposito rei emptæ aduersus omnes creditores, etiam anteriores securus constituitur 18. quæ securitas non arridet aduersus dominum rei venditæ 20. 24. fuit sic decisum in regia audientia 21 fundatur hæc opinio in dispositione pragmatica Sardoę 22. in dispositione iuris cōmunis 23. referuntur doctores, & rationes huius opinionis 26. 27. & ampliatur licèt interueniret regium decretum in venditione 29.*

23 *Venditio publica sub hasta non potest preiudicare vocato ad fideicommissum.*

28 *Dominus in re propria ratione dominij, est anterior omnibus alijs, qui concurrunt ratione crediti.*

30 *Decretum regium sanat defectum personalem, non realem.*

31 *Venditio rei alienę valet respectu contrahentium, non vero domini illius.*

CA-

CAPVT XIX.

SVFVLTVS Clypeo regię pramagticæ ſecuritatē ſub haſta publica licitantibus tribuentis ad arena deſcendit nobilis Sebaſtianus de la Zonza per fratrem Ioannem Baptiſtam Serra Ordinis Prædicatorum acerſitus, & pulſatus ad relaxationem domorum dicti de Serta in platea vulgo la eſtrada ſitarum per Sebaſtianũ Serra eius fratrem ſub publico incantu venditarum, quam ſubhaſtationem adhibitam fuiſſe ex inſpectatione actorum iudicia-
1 rium apparebat ✝ aliàs nulla fides tribueretur iuxta admirabilē doctrinam Bartol. ia l.c. num. 2. 3.
2 & 4. cod. de fide inſtrum ✝ vbi per acta ſeorſum facta deberi probari ſubhaſtationem celebraram fuiſſe tenet. Sequuntur Corneus Roland, Simoncell. & alii apud Ganauer. noniſſimè conſ. 6. num. 54. artic. 3 taliter vt inſtrumento referenti in in actu venditionis preconium, & proclama præceſſiſſe nō ſtetur Damaud. de ſubhaſt. cap. 5. n. 19. vbi ſubhaſtationem non probari per iſtrumentũ venditionis illā preuie interuentam fuiſſe aſſerens docet. ſequuntur Munos de Eſcob. de ratioc. cap. 16. tom. 1. n. 34. Berlinch. praticar. Conclus tom. 1. concl. 81 num. 229.

Securitas emptoribus ſub haſta per legem Sardoam promiſſa, nec elidibilis apparet nec in diſpendium emptorum fruſtranda, quinimo actui reponenda, & ſeruan-
3 da ✝ quippe forma ſub haſtationibus ſubhaſta celebrādis pręſcripta ad vnguem cũ omnibus ſuis pualitatibus requiſitis, & conditionibus eſt adimplēda, aliàs vitio nullitatis iacebit venditio affecta, ſiue in tēpore forma, vel aliis in requiſitis claudicet, & peccet: ſic ex Baldo & aliis Aſinius de excep. ʃʃ. 6. cap. 23. Danieli. Moler. ad cōſtit Saxon part 1. conſtit. 32. nu. 5. Gratian. decis. 130. nu. 1. Marius Muta ad contuetudines Panorm cap. 52. nu. 65. ſunt textus in lege ſi tempora, Cod. de fide inſtrumentorum; & iur haſt. fiſcal. lib. 10. l. quod ſi nolit. ʃʃ. reſtitui ff. de edilit. edit. aliàs conſtitueretur emptor in ma-
4 la fide ✝ obnoxius ſi præter miſſa forma ſtatuti in ſubhaſtationibus celebrādis appoſita emeret, reſtitutioni omniũ fructuum Bartol. & Angel. in lege ex diuerſo in principio ff. de re iudic Surd conſ. 119 num. 11. & 13. Munos Eſcob. de ratioc. cap. 16. num. 23. Matthias Berlinch. loco cit. n. 227. Mangil. de ſubhaſtatio 9. 24. n. 6.

Quæ reſtitutio fructuum, & mala fides poſitiua illo caſu radi-
5 caretur in defectu ſubhaſtationis ✝ vitioſæ ob non adimpletum ordinem ſtatutarium; & eſt ratio genuina quia emptor ſub hac forma niteretur in titulo nullo ex inſpectione ipſius, ratione defectus, & nullitatis ſubhaſtationis, & eſt certum, quod quando titulus emptionis ipſo iure eſt nullus, nullitas, qui ex ipſomet cortice reſultat,

tat, tunc emptor & posidens diciturconstitutus in mala fide posititua, pro vt lato calamo docent, Afflict. decis. 87. num. 5. Roland. con. 18. num. 86. lib. 2. Magon. decis. Florent. 67. nu. 37. Salgad. in Laber. credit. par. 2. cap. 4. num. 29. Cyriac. Niger. contr. 533. in fine, Franc. Rocco resp. 61. num. 9. Franc. Maria de prato discept.
6 forens. 17. n. 20. tom. 2. ✝ non solum primus emptor veluti à minore absque debitis solemnitatibus in iure desideratis emens diceretur cōstitutus in mala fide sed etiam qui ab isto emptore causam duceret, Surd. conf. 115. num. final. tom. 1. vbi secundum emptorem constituit in mala fide, Mangil. de subhast. q. 11. nu. 15. Postius eodem tract. inspect. 4. ex num. 35.

Forma igitur municipalis subhastationibus adhibita sequenda
7 venit vt iure cogente oportet ✝ qua actui reposita securitas plena emptoribus arridet, adscribitur, & impartitur per ius municipale, & cōmune, optima ratione ne rerum dominia volubili temporum varietate mancipentur, & incertitudinis notam patiantur. Securitas hęc emptoribus sub proclamate atributa pro communi vtilitate venit ferenda, non restringenda ob pericula, quibus publicæ hæ subhastationes subduntur, pro vt ad longum in 5. differt. num. 37. & aliàs nemo vellet accedere ad il-
8 las non absque Reipublicæ ✝ & publici comercii graui nocumento l. ait pretor aliàs l. si fine §. *quæsitum*, iuncta *l. si ex causa* in princip. ff. de minoribus, pro vt anotauit Antonius Faber in codice lib. 7. tit 32. de bonorum authorit. iudic. possid. diffinit 4. n. 2. & diffinit. 141. vbi inquit publicas licitationes facile retractari non solum esse iniquum, sed exemplo pernitiosum, pluribus laudatis, docet Fran. Mar. Prat. practic. obseruat cap 62. n. 22. quapropter venditores sub hasta perpetua potiri firmitate dixit Imperator in l. fin cod si propter publi. pensit. l si hypothecas cod. de remissionib. Pignor. Olea de cession. iure tit. 4. q. 2. n. 24. Arias de Mesa lib. 1. Var. resol. cap. 20. n. 4. Ganauer cons. 2. num. 74.

Procedit hinc resolutio feliciter per me auspicata in præfata Dis-
9 sert 5. n. 30. ✝ cum Franc. Giurb. Fabro, Fontan. Carleu. & Hodiern, quod omnes legitimę sub hasta virtute alicuius sententiè licèt hęc in gradu appellationis reuocationem patiatur, nō posse peruictorē molestari, cui tātummodo aduersus litis aduersarium pro damnis, pretio, & interesse non vero contra fundum sub voce pręconis venditum, & illius legitimum emptorem arridet, quibus addo Hermosill in lege 56. tit. 5. p. 5. Glos. 8. n. 22. Thoro 1. p. compend. verbo actio an detur Larrea, allegat. 43. n. 21. & 22. Olea de cession. iur ti-
10 tul. 4 q. 2. n. 26 ✝ Rursus si ex pignoris subhastati pretio antiquus creditor dimissus sit emptor curię respectu creditorum posteriorū omnimmodam securitatem

for-

ſortitur quorum hypothecę penitus extinctæ remanent l. 2.l. ſi cum prior. ff. de diſtract. Pignor. Guſman. de euict. quęſt. 34. n. 24. Leon. deciſ. 1. n. 26. Sueluef. conſ. 7. à n. 5. qua hypotheſi licitum erit emptori iuribus potioris cre-
11 ditoris illos retundere, † ſequemunire probat. Milan. deciſ. 1. lib. 2. à n. 169. præcipue quando iura illi explicitè ceſſa fuere l. 1. cod. de his qui in prior. credit. loco Molin. de primog. lib. 2. cap. 10 n. 27. Leon. deciſ. 1. nu. 18. Amat. reſol. 7. & 37. cũ infinitis. Salgad. in laber. cred. p. 2. cap. 7. nu. 49. quę ceſſio iurium haud deſidera-
12 tur in emptore curię, † & ſoluente ex mandato iudicis, qui eo ipſo iura omnia creditoris dimiſſi lucratur. Leon. & Olea loc. cit. nec poſterior creditor poterit emptot moleſtare prætexu plus valoris
13 rei venditæ, † quando fundatur pretii augumentum in temporũ varietate, per quæ diminui, & augeri ſolent per text l. qui à creditore cod. de diſtract. Pignor. Vicent de Anna alle 56. num. 8. Prato dicto cap. 62. num. 65.

Aduerte quod quãdo pignus ſubhaſta ipſomet creditori licita-
14 tur, quod vtique fieri queit, † pro vt cum Poſtio, Antonio Nigro, & Petro Tondut. deduxi dict. diſsert. 5. nu. 45. tunc non tenetur creditor depoſitum facere rei vendite, ſed ſi euidenter apparet ipſum potiorem eſſe creditorem, pro concurrenti quantitate ſui crediti pretium poterit ſibi retinere pro, reliquo facere depoſitũ pro vt obſeruatũ fuit in Regia gubernatione multoties, & pręcipue ad fauorem Oeconomi conuentus Deiparę de Bethlem anno 1662 actuario Lidaco Manca, ad cuius fauorem fuit dictum non teneri deponere pretium Vineę Bernardini Sanna
15 Coriarii, † tamquam creditorem anteriorẽ relatore Doctore Franciſco Zucca. Rurſus fuit obſeruatum ad fauorem Don. Ioannis Baptiſtę Nurqui in domibus illi addictis Saluatoris Branca ſartoris referẽte D. Franciſco Martinez Pilo qui mediante ſua ſententia nobilem Don Ioannem Baptiſtã Nurqui creditorem potiorem reſpectu domuum Saluatoris Branca ſub voce pręconis licitatarum, & illarum emptorem non obnoxium iacere ad pretium deponendum in poſſe Regii depoſitarii, ſed poſſe ſibi illud retinere pro ſuis iuribus declarauit, & eſt doctrina Rebuf. de precon, Licit. art. 5. Gloſ. vnica n. 19. Maſtrill. deciſ. 287.
16 n. 82. Caſtill. deciſ. 7. n. 7. † vbi tenet poſſe creditorem pro credito licitari Pignus Giurb. deciſ. 53. num. 6. 7. Fontan. de pact. nupt. claus 4. Gloſa 2. part. 8. num. 64. Niger de ſubahaſt. cap. 16. num. 48. Hodiern. controu. 40. num. 72.

Extenſiones quam plurimas fauorabiles publicæ venditiones
17 lucrantur, † in quibus enarrandis extenſior calamus deſideratur, fas tamen ſit mihi cum Acoſta de priuileg credit. reg. 3. limit. 3. n. 58. dicere, àdeo eſſe priuilegiatas vt licet adeſſet Clauſula de non alie-

alienando in re alienata, nec creditori prodesset, nec emptori in acquirendo dominio noceret, cui, facto deposito pretii rei licitatæ, hoc distributo mediante idonea cautione creditoribus interse de antelatione decertantibus, & ad concursum concurentibus arridebit omnis securitas in re empta, etiam aduersus creditores anteriores pro vt doctores differt. 5. allati docent; quibus addo Carteual. de iudic. lib. 1. tit. 3. disp. 22. Gusman de euict. dict. quæst. 34. an. 33. Larrea decis. 75. 12. n. 3. Ceuall. de congnit. per viam violent. 2. part. quęst. 16. à 37. Amaia in l. si tempora n. 8. cod. de fid. instrũ & iure hastæ Fiscal. lib. 10. Arias de mesa var resol. lib. 2. cap. 26. n. 4. Matthe. Coler. decis. 126. n. 12 Matthias Berlinch. decis. 126. n. 11. Prat. 1. & penes infinit. Franc. Mar. de Prat. dict. cap. 62. n. 15. nouissime Cęsar. de Afflict. contr. 3. nu. 67. quod procedit precipue quando, concursu formato inter
18 creditores † illis aditis decernitur venditio tunc nam quæ omnis securitas aduersus creditores qualibet antelatione vel priuilegio sufultos emptori tribuitur, Salgad. in laber. credit. par. 3. cap. 10. nu. 20. Olea. de cessiõ iurium tit. 4. q. 3. num. 27.

Securitatem hanc ad fauorem
19 emptoris licitantis sub incantu vtique amplexamur † non inficiamur illam ex vi regię pragmaticæ arridere, tamen respectu creditorum decertantium super comuni hypotheca non vero domini illius procedit, & militat, cui nec proclama publicum, nec confectio depositi nocet, sed indistincte fas illi erit rem propriam iure dominii vendicare à possessore rei emptæ sub hasta publica, emptori vero licitum erit aduersus creditores, & venditorem qui mediante cautione pretium exegerunt illud simul, & damna repetere, sic decisum ad fauorem fratris Ioannis Baptistæ Serra religionis diui
20 Dominici † & cõtra nobilem Sebastianum Zonza per regiam audientiam anno 1660. relatore D. Dominico Brunengo Sassarensi Regio consiliario in illa viro omni ęuo prædicando, & sub perpetuo encomio tamquam virtutum speculo, omnisque literaturæ museo, comuniter appellato magistro veritatis posteritatis monu-
21 mento reponendo † quæ sententia fuit ad confirmationem alterius in tribunali huius Regiæ Gubernationis prolatæ interposita, ambæque luculenti meo labore tamquam causæ patrono comparatæ.

Sententia hæc non solum fulcitur ex verbis finalibus Regiæ
22 pragmaticæ † ibi, *y porque podria ser que la cosa vendida se reiuendicasse, por rason de algun vinculo o, fideicommisso, en el qual el legitimo successor nopuede ser per Iudicado con la dicha venta*: vbi manifeste decernit venditorem rei subhasta celebratam non posse præiudicare vocato ad fideicommissum, quin imo posse hunc directo ratione dominij vindicare rem publicè venditam illum tangentem vir-

tute

23 tute fideicommiſſi † quę municipalis Sardoa Sanctio choæret iuri communi prout hanc concluſionem docent, & ſectantur Petra de fideicommiſ. q. 11. à num. 601. vſque ad nu. 624. Intrigl. de cenſib. q. 47. num. 4. & 5. Faber. in l. ſi eo tempore cod. de remiſ. pign. vbi proclama & venditionem publicam ad fideicommiſſum vocato non poſſe obeſſe tenet pluribus laudatis Antonius Amato var. reſol. cap. 11. nu. 16. hæcque Regia Sanctio licèt de fideicommiſſario loquatur, non tamen reſtrictiue, ſed demoſtratiuè videtur loquuta fuiſſe, intentio fuit legiſlatoris ratione dominii poſſe rem
24 venditam vindicari † domino que non poſſe publicam licitationem obeſſe huius mentis interpretationem, & ego prælibatus, & Regia audiētia ſequuta pro vt vidiſtis impreſata declaratione, per conſequens hanc ſententiam in ipſamet pragmatica ſtabiliri fatendum venit

Sed etiam dipoſitione iuris cōmunis conſtipatur, cuius memor extitit doctiſſimus Don Franc. Salgado in ſuo laberint. credit.
25 part. 3. cap. 10. num. 15. ibi † *à moleſtis autem tertij extraenei qui dominus rem hypothecatam, & in ſubhaſtatione venditam pro ſatisfaciendis creditoribus euincere velit, non liberabitur emptor cum poteſtas euictionis tollat intellectum a quiſitionis* l. poſtulante D. ad Trebelian. habes hic concurſum creditorum, & venditionem publicam ſub haſta
26 celebratam † non obeſſe vero domino, cum res aliena, nec poſſit obligari, nec alienari quin illęſum ius remaneat vero domino. Probat ſingularis textus in l. *Si probaueris preſidi prædia, vel hortos, de quibus agebatur, ſuos eſſe intelligis obligari eos creditori ab illo non potuiſſe ſi nō ſciens hoc agi in fraudem creditoris ignorantis diſſimulat*, cod ſi aliena res pignor. data ſit l 4. l. que prędium. eod. titul. Pacific. de Saluia interdict. inſpect. 2. cap. 2. n. 53 Mangil. de euict. quæſt. 37. num. 2.

Facta igitur venditione ſub haſta publica, & licitata plus offerenti ſi poſtea compareat verus
27 dominus † poterit virtute actionis realis rei perſequutoriæ vindicare rem venditam ab emptore, qui illum repellere haud poterit clypeo fidei publicæ, & ſecuritas in venditionibus ſub haſta celebratis impartitæ quæ ſolum in ordine ad creditores, & non dominum arridere valet, nam do-
28 minus in re propria potior eſt † præferri debet ac illius reintegrationem omnibus, & cuilibet iure ſuffulto, per quos in re empta pignus ad excluſionem veridomini non valuit acquiri Alex. in l. cretor nu. 5. & Iaſon. ff. ſi cert. petat. Valenzueſ. com. 56. n. 34. & 35. Criuell. deciſ. Dolan. 56. nu. 14. Seſſe deciſ. 42. n. 67. part. 1. Gutier. lib. 3. practic. qq. q. 98. Camill. de Tarat. conſ. 98. nu. 11. & 12. Macerat. var. reſol. lib. 2. reſol. 60. caſu. 41. Fontanel. de pact. nuptial. clauſ. 7. Gloſ. 2. p. 8. n. 7. Amat. var. reſol. 3. ex num. 40.

Castill. controu. iur. lib. 3. cap. 8. ex num. 9.

Ampliatur hæc conclusio licèt venditionis præcederet regium
29 decretum, putasi minor, † vel mulier venderet qua hypothesi emptor niteretur duplici Clypeo nempe authoritate iudicis, & fide publica subhastationis, quia nihilominus posset dominus ab emptoribus rem suam euincere, cum decretum solum defectum personæ, non vero rei abluat, nam facta hac hypothesi concurreret duplex impedimentum, personale primum respectu minoris ætatis, vel aliàs reale alterum ex incapacitate, & defectu dominii, qui per facultatem iudicis ad alienandum impartitam, nec oblatus fuit nec auelli poterat sic Salgad. cum aliis in laber. p. 2. cap. 9. nu. 6. &
30 licèt rei alienę possit dari, † & detur vera venditio l. si rem alienam 28. de contra. empt. non vero obligatio, quia primus contractus personam venditoris afficit posterior rem sic singulariter Glos. in l. 2. verbo potuisse cod. si alienares, & in l. si sine cod. ad Velleian. cum aliis exornat Negusant. de pignorib. 2. p. memb. 3. n. 58 intelligitur contrahentium respe-
31 ctu, † & in preiudicium vēditonis non autem domini, qui liberè rem suam poterit euincere, & e manibus cuiuslibet emptoris rei vindicare sic Anton. Gomes. 2. tom. var. cap. 2, n. 8. Cald. Pereir. de empt. & venditione cap. 11. per tot. Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 730. n. 26. & 28.

ARGVMENTVM.

Si vassalli baronales huius Regni matrimonium ineant iuxta consuedinem, & statuta Ciuitatis Sasseris vita & in morte, vtrum successio filiorum ex hoc matrimonio habitorum dimetiri debeat iuxta eadem statuta, sub quorum forma pacta nuptialia, & ipsum matrimonium extitit celebratum, vel iuxta leges forales loci contracti matrimonii cū sit penitus diuersa succedēdi forma in ordine ad filios impuberes in Ciuitate Sasseris, & in oppidis huius Regni.

SVMMARIVM.

1 *Pauci in Regno Sardiniæ posteritati studuerunt circa libros componendos.*

2 *Author gloriatur, quod sit anterignanus in elucubrandis patrijs lucubrationibus.*

3 *Successio liberorum in ætate pupillari decedentium diuersa est in Regno Sardiniæ, refertur forma, qua in illo habetur, & 6.*

4 *Affertur declaratio, qua habita fuit in consistorio. Regij Patrimonij ad fauorem auctoris super inclusionē domorum Don Gasparis Cariga.*

5 *Laudatur Dominus Don Gauinus de Aquena, & Pilo Regius Consiliarius.*

7 *Legitima, quæ parentibus reseruatur in ciuitate Saxeris virtute cōstitutionis delos impubers, est tertia totius hæreditatis, & quādo mater concurrit cū fratribus, tunc est tertia tertiæ n. 8. & à legitima excluduntur per susceptionem prolis naturalis num. 9. & etiam quando sup-*

ſuperſunt filij banniti nu.11.

10 *Naturales filij rumpunt donationem ex priuilegio l.ſi vnquam.*

12 *Exul pro mortuo habetur.*

13 *Seruus pœnę nemo afficitur hodie, & filij ſuſcepti poſt bannum faciunt deficere conditionem ſi ſine filijs deceſſerint n.14.*

15 *Legitima parentibus debetur ex die profeſſionis filiorum in religioné.*

16 *Pacta affixa in capitulis matrimonialibus ad vguem debēt ſeruari, & Principem obſtringunt ad obſeruantiam nu.17. & quęlibet pacta, licitum eſt contrahentibus affigere num.18. 19. licèt aliquantulum eſſent repugnantia naturæ actus nu.20. in quorum obſeruantia fides humanæ ſocietatis nititur nu. 21. & ſunt pars matrimonij num.22.*

23 *Mulier videtur approbare pacta in tabulis nuptialibus affixa; licèt pręſens non ſit reperta eárum ſtipulationi, per ſubſequens matrimonium.*

24 *Partes debent regulari ſub eiſdem regulis, quibus, & totum regitur.*

25 *Matrimonium contrahentes poſſunt ſe ſubijcere ſtatutis diuerſi loci, & vtrum ſub hoc pacto filiorum ſucceſſio includatur num.26. affertur opinio affirmatiua nu.33. contrarium num. 34. 37. 39. 46. vbi affertur deciſio caſus.*

27 *Matrimonij pracipuus ſcopus eſt ſuſceptio prolis.*

28 *Cōditio in vna parte contractus affixa ad cæteras porrigitur, pracipuè in matrimonio nu.29.*

31 *Verbum omne aliquid debet operari, ne ſit fruſtraneum, & ne pactiones contrahentium ſint inutiles, multum eſt inſudandum, & referri ad omne poſſibile 32.*

35 *Extenſio in contractibus non datur de pacto ad pactum, de re ad rem, de perſona ad perſonam; pręcipuè quando adeſt diuerſitatis ratio 42. nec fauore cauſę piæ.*

36 *Statuta, & conſuetudines alicuius ciuitatis, licèt pro lege habeantur reſpectu ciuium quoad forenſes quando illis ſubduntur, in vim pacti obſeruantur 45.*

38 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*

40 *Filij ſunt pars viſcerum Patris pro eadem parētes habētur in iure 41.*

43 *Conditio adiecta vni legato, vel inſtitutioni, quando intelligatur repetita reſpectu alterius legati, vel ſubſtitutionis 44.*

47 *Monſtruum partum fuit in ciuitate Saceris, dum hic Author mittebat calamo.*

CAPVT XX.

CASVS hic ſatis pulcher per manus in dies rotat, nec punctum fixum ex defectu expoſitorū apud nos vſ-
1 que adeo apparet lucratū, † paucisſimi poſteritati ſtuderunt, ſibi tantummodo proſpexerunt in hac Inſula, anteſignari brachium inde in patriis meis lucubrationi-
2 bus, † mihi ex torqueo retendeat, obſecro, arcum ſuum vibrantem paululum æmulatio, nam tandiu Veritatem hanc profitebitur concinit Ouid.

Paſ-

Pascitur enim viuis liuor, post facta quiescit
Tunc suus ex merito quem piam tuetur honos.

Antequam in figuratam hypothesim manum intingam, supponi in facto debet, quod diuerso marte, ac distincto tramite successio parentum in ordine ad
3 filios impuberes in ciuitatibus † Saceris, Caleris, & Alguerii, ac in oppidis, cæterisque Ciuitatibus regulatur, in præfatis tribus Ciuitatibus iuxta constitutionem delos impubers Catalonicam parentes, filiis vita functis in pupilari ætate solum in legitima succedunt, cætera bona ad proximiores intra quartum gradum, intelligitur inclusiue Cancer. var. p. 1. cap. 1. nu. 53. deueniunt, sic obseruatum anno 1658. inter Doctorem Antonium Cano, & Conuentum Deiparæ de Bethlem in Regia gubernatione Ciuitatis Sasseris, & pluries decisum in Regia audientia; extra vero pubertatem indixtincte parentes filiis in omnibus bonis succedunt, quod non reuocamus in dubium & est doctrina plurimorum, quos laudo in differt. 18. ad mei fauorē & odium Regii fisci patrimonio exaratum pro tuitione iuriū mihi arridentium in domibus Don
4 Gaspar Cariga † iuxta quam opinionem fuit sic declaratum in Regio Patrimonio anno 1661. in casu proposito in prædicta disertatione ad mei fauorem, vbi fuit dictum, constitutionē de los impuders, & statutum Turritanum exclusiuum successiones parentū cessare decedentibus filiis post pupilarem ætatem, notarius fuit huius sententiæ Ioseph. Carta, & relator nob. don Gauinus de
5 Aquena, † & Pilo Sacerensis tunc in consistorio Regii Patrimonii Senator, nunc in criminali aula iudex ad illam magno omnium applausu euectus propter ingenii acumen, quo ditatus lustratur propter morum integritatem qua fulgens prospicitur, & ob nobilitatem à minoribus in illum transfusam, & eximiam virtutē & litteraturam omni æuo celeberrimus, ad maiora, faxit Deus illi ascensus pateat pro patrię decore, & laborum retributione in oppidis huius Regni, & etiam in prędictis Ciuitatibus, quādo matrimonium apparet initium ad vsum Sarduum ad dimidieta-
6 tem, indistinctiè † quando turbato naturæ ordine filiis præcedunt in qualibet ætate, tunc iuxta ius commune Romanorum l. in suis de liber, & posthum. Authentic, functo cod. ad Tertul. & muncipale expressum in cap. 99. cartæ foralis, luctuosa illorū hęreditas ad parentes pertinet. Hæc est prescripta succedendi forma respectu filiorum impuberum aqud nos, diuersitas in tribus Ciuitatibus prædictis, & reliquo Regni militat.

Legitima quæ parentibus reseruatur in hoc casu est tertia totius hæreditatis, quidquid sit de iure communi seclusis his constitutionibus municiqalibus in puo

variis

variis hinc inde difficultatum reuolutis dubiis diſceptāt Doctores
7 vtrum ſit tertia tertiæ † vel tertia totius hæreditatis, pro quo puncto conſulendi ſunt Rouit. deciſ. 22. Thoro in compend. deciſ. Verbo legitima Auiæ fol. 317. & in verbo legitima Matris fol. 318. & in tom. 3. par. 2. 398 in ſingulari quæſt. quam circa hunc lapidem reuoluit, vbi infinitos ferè D D. cumulat Ioan. Franc. Papar. in prax. Iudic Rubric. ſuper petitione legitimæ Olea de ceſſ. iur. tit. 4. q. 5. nu. 15. in quo dubio fixo pede tenet Thoro in comp. p. 2. *Verbo legitima aſcendẽtis*, quod ſi reſtitutio facienda ſit
8 fratribus prædefũcti fratris, † ſolum eſſe tertiæ tertiam fuiſſe ſic deciſum multoties commemorat Lęlius Caputaqu. in repetit. conſuetudin. *ſi moriatur* par. 2. ʃ. 6. n. 18. Hanc opinionem cum Marian Merlin, & alijs ſectatur nouiſſimè Tondut. in quæſtionib. ciuilib. tom. 2. q. 194. num. 2. eſt inquam in noſtra hypotheſi tertia totius hæreditatis, quia ſtatutum prohibitorium ſucceſſionis parentum venit reſtringendum, eſt punctualis doctrina Ricii in collect. deciſ. 1639. p. 4. in fin. vbi legitimam parentum eſſe tertiã totius hæreditatis, quando à luctuoſa filiorum hæreditate arceantur, tenent.

Obſerua, quod legitima, quæ
6 reſeruatur parentibus, † decedentibus filiis abſque prole, non debet reſtringi ad prolem legitimam, ſufficit, quod ſit naturalis, taliter quod ſi ſuperſint filii naturales, tunc parentes à legitima, & ſucceſſione filiorum ab inteſtato decedentium, interdicti iacent. Docent Paſchal de patr. poteſt. p. 2. cap. 1. num. 39. & cap. 4 num. 52. Thoro. cum aliis in prim. part compend. *Verbo legitima, an com-*
10 *petat* fol. 317. ſicut, † & filii naturales ex priuilegio l. ſi vnquam cod. *de reuocand. donat.* donationẽ rumpunt. Thoro. in comp. 1. part. verbo filii naturales fol. 231.

Pari paſſu ſi filii banniti ſuperſunt, excluduntur parentes à legitima, & ſucceſſione filiorum, nam licèt banniti, & exules pro
11 mortuis reputabantur † quibus interdicebatur ignis, & aqua, de quibus fit mentio in l. gallus, ʃ. & ſi quid tantum, ff. de liber. & poſthum. & referunt Lactant. lib. 7. diuin. inſtitut. cap. 10. Alex. ab Alexand. dier. genial. lib. 3. cap. 5. in quibus vita humana niti videbatur, Cabrer. de metu lib. 2. cap. 31. num. 8. hinc Ouid. lib. 4. faſtor.

12 *An quod in his vitę cauſa eſt † hac perdidit exul.*
His noua ſit coniux, hac duo magna putant

Sicque in l. ex facto 17. ʃ. ex facto ff. ad ſenat. conſult. Trebel. filii concepti poſt deportationem non faciunt deficere conditionem ſi ſine filiis deceſſiſſent, quia ratione deportationis filii pro mortuis reputantur, explicat Eſcobar de purit. ſanguin. 1. p. q. 4. ʃ. 4. num. 138. Fabius Turret. in paralel. Et hic. & iuridic. diſſert 12. n. 183. Audi

Audi Senec. qui Corsicam suę relegationis locū in hæc compellat.

Parce relegatis hoc est iam parce sepultis.

Viuorum cineri sit tua terra leuis.

Attamen decedentia hæc fictitia
13 bannitis nostri temporis non accomodatur, † hodiè nemo ingenuus natus seruus poenæ efficitur Auth. hodie cod. de donat. inter Peregrin de iur. fisc. lib. 3. titul. 6. num. 47. Franc. Maria de Prato praticar. obseruat. cap. 41. n. 9. Vnde nec. bannitus & fori iudicatus pro mortuo habetur, & filii post bannum susceпti deficere faciunt conditio-
14 nem, † si sine filiis decesserint, etiamsi Pater esset declaratus hostis Patriæ, posset quis impunè occidi, Rota Rom. apud Theodos. Rubeū part. 5. circa leg intellect. cōcl. 8. in addit. l. ex facto fol. 543 tom. 2. singular. vbi alios cumulat.

Præcedentia filiorum desiderata in statuto, & constitutione de los impubers sufficit, si fictitiè
15 accedat, † veluti si filius in religione Deo se det, qua hypothesi pro mortuo reputatur ex die sue professionis, parentibus legitima debetur. Sunt textus in cap. cum simus de regularib. in aut. de monach. §. si quis autem, versic. si vero filius. Vbi habetur legitimam deberi emissa professione, quin sit necessarius aduentus diei, prout ego ipse tamquam Assessor mensæ Turritanæ diebus elapsis declaraui, quam opinionem protegunt tamquam veriorem in iudicando, & consulendo amplexandam, Marta in sum. decis. par. 4. q. 4. artic. 3. num. 17. Sanch. in opusc. moral. lib. 7. cap. 10. n. 3. Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 3. q. 3. num. 12. vbi num. 14. voluit idem procedere siue professio emittatur in monasterio capaci, siue in capaci, Fachin controu. lib. 6. cap. 13. Barbos. voto 5. dub. 4. n. 31. tom. 1. adden. ad Burat. decis. 16. Merlin. decis. 103. & 116. & 461. n. 503. p. 5. recen. eiusdē sentētiæ sunt Marin. quotidian. resol. cap. 253. Petrus Tondut. in quæstionib. ciuil. tom. 2. q. 193. n. 1.

His præuiè auspicatis quod Ioannes Lacano oppidi de Lairro tantum in bonis filii intra pubescentis annos suum diem clausit legitimam obtinere tantum posit; eo quia matrimonium, à quo filius hic habitus, initium extiterit ad vsus, practicam, & statuta ciuitatis Sasseris. Probatur
16 † quia pacta affixa in capitulis matrimonialibus ad unguem ob publicam vtilitatē obseruari oportet. Est text. in l. 1. §. si concurrerit, ff. deposit. Garsia de coniugal acquisit. num. 147. Turniol. cons. Molfes. consuetud neapolit. tom. 1. par. 4. de renunciat: q. 4. nu. 25. Fontan. de pact. nuptial. claus. 7. glos. 2. p. 9. num. 19. & in dict. claus. glos. 2. p. 4. nu. 38. dicit pactum in capitulis matrimonialibus appositum, mulieri non competere in bonis viri tenutam, esse obseruandum. Amat var. resol. tom. 1. cap. 48. num. 8. Larrea decis. 62. nu. 12. Vela. disert. 37. num. 35. quæ pacta semel

à par-

à partibus contractibus appoſita, dicit Prætor illa ſeruabo, & ſeruare faciam tamquam caſum legis l. 1. codic. de part. quæ vox in ore prætoris iuxta Bald. iu rubric. de conſtit. fuit verbum Dei Cyriac. controu. 129. num. 15. Ganauer. deciſ. 20. num. 1. & ſic. ipſum met Principem obſtringit ad obſeruantiam promiſſorum Franciſcus Maria de Prato
17 pratic. obſeruat. cap. 12. n. 18. † Galeot. Illuſtr. cap. 30. n. 6. tom. 2. nec in arenam diſcendere queit dubium validitatis huius pacti, ſubiugandi ſe contrahentes ma-
18 trimonium conſuetudinibus, † & legibus alterius loci, quam conconfectus contractus, cum licitū & conſonum appareat in nuptialibus tabulis quęlibet ad licitum pacta, ſuæ conditionis affigere; dummodo hęc ſigillatim indedictæ in iure non luſtrentur cap. 1. tit. 40. Regiæ pragmaticæ vbi vices Regēs eſt text. in l. in Caius Seius 23. de manumiſſ. l. cum dos 7. de pact. dotal. l. fin. ſ. 1. cod. de iure domin. impetr. docent Roland. de Lucro dotis q. 38. nu. 12. Muta in conſuetud. Panorm. cap. 55. ex. num. 3. Fontan. de pact. nuptialib. claus 5. gloſ. 8. p. 12. n. 54. Criuel. deciſ. 48. num. 11. Giurb. obſer. 93. p. 1. num. 19. Amato var. reſol. tom. 2. reſol. 64. Cyarlin. controu. 9. tom. 1. n. 1. Olea de ceſſion. iur. tit. 2. q.
19 2. n. 11. † ſemel à partibus appoſita obſeruari debent Honded. conſ. 19. num. 27. tom. 1. non debent eſſe quia eluſoria. Barzin. deciſ. Bonon 19. nu. 9. nec fruſtratoria Maſtril. deciſ. 242. num. 31. licèt aliquantulū eſſent repugnantia naturæ actus, dumodo ſint conſtitutiua illius. Doxart.
20 deciſ. 14. n. 7. & eſt ratio, † quia in illorum obſeruantia fides humanæ ſocietatis, tamquam in ſuo cardine nititur Thoro voto 80. n. fin. p. 2. quam frangere dicitur fundere veſtem inconſutilē redemptoris Andreas Cenſal. ad l. vnic cod. ſi quis Imperat. maledixer. ſ. 54 nu. 3. & quia ſunt ſimel appoſita pacta in matrimonii contractu pars illius eandē
21 firmitatem, † & robur obtinentia Amat conſ. 86. nu. 30. Ramon conſ. 100. nu. 423. vbi aſſeruit pacta nuptialia eſſe inuiolabilia ac ipſum met matrimonium Prato diſcept forenſ. cap.
22 12. n 23. tom. 2. † Cutel in tract. de donat contemplat. matrim. tom. 2. diſcurſ. 3. pratic. 4. num. 23. Galeot. Illuſtr. cap. 30. n. 58 tom. 2.

Quod procedit. licèt mulier pręſens non in ueniretur ſtipulationi tabularum nuptialium quia per matrimoniū ſubſequutū vi-
23 detur approbaſſe pacta, † & cōditiones in illis affixa Peregrin. conſ. 90. lib. 5. Amat. conſ. 86. nu. 8. Molfeſ. conſ. 14. num. 3. Franc. Maria de Prato diſcept. 14. tom. 2. ex n. 37. Franc. Roco reſponſ. 66. n. 6.

Et licèt ſub pacto ſubiectionis Statutis, & conſuetudinibus Ciuitatis Saſſeris filii ex preſſitur nō
24 conprændan, † attamen cum

Z matri-

matrimonium obnoxium directioni præfatorum statutorum iaceat, compræhendi per consequens debent filii suscepti, tamquam pars illius iuxta vulgare dicterium quod partes regi debeant sub eisdem dogmatibus, quibus,& totum regitur l.quæ de tota ff.de rei vendicat Franc.Veg. cons. 66. nu. 131. Petrus Andre. Gamar. in dialectic. legal. lib. 1. loco 4. Laurent. Matheu de Regim.Regni Valent.tom.2.cap. 8. §. 8. num. 11.& mentem contrahentium partes sub præscripta forma totius inclusim fuisse præsumitur l. 1. §. si stipulanti de v. o. l. si alii de vsufruct. legat. præcipue quod pater, & filius sũt correlatiui, & reciproci mutuo se se respiciunt vnde ad imparia iudicari non debent Carol. Marant.resol. 30. num. 21. tom. 1.

Augetur difficultas, quia vassalli baronales cõtrahentes matrimonium in suis locis subiicientes, & subponentes se consuetudinibus, constitutionibus, & statutis Ciuitatis Sasseris quod pro-
25 fecto facere queunt, † vt contrahentes matrimonium se subponant, & alligent statutis alterius loci, pro vt lato calamo docent Surd. decis. 13. num. 16. & 34. Thoro Sanch. de matrim. lib. 6. disp. 5. n. 1. Gomes in l. 53. tauri n. 75. Camill. Salern. ad consuetud. si qua moriens in addit. incip. ex hac consuetudine versic. ideo aliàs Molfes. cons. 5. num. 20. Teod. allegat. 1. n.um 45. Larrea. decis. 62. nu. 21. Merlin. controu. forens. tom. 2. cap. 49. nu. 18. & seq. Franc. Maria de Prato discept. forens. tom. 1. cap. 12. nu. 63. Galeot. illustrium cap. 30. n. 59. tom. 2. licèt expressam mentionem filiorum haud celebrent illos includunt imbibere quẽ videtur nam eadẽ statuta, & consuetudines Turrit. filiorum suc-
26 cessioni formam præscribunt, † sicque amplexantes ad directionem matrimonii constitutiones muncipales huius Ciuitatis filios inclusos sub illis constituunt reponunt,& per consequentiam intrinsecam à posteriori compræhendunt, qui effectus inclusionis filiorum non debent tribui formę stipulationis matrimonii, tamquã pacto sed ipsis met statutis tamquam legi eroumq; dispositioni, subqua matrimonium alligatum prospicitur sic ex Nepod. Afflict. & aliis fundat Concil. Theod. dict. allegat. 1. nu. 47 48. 49.

Cõstipatur axis huius rationis quippè licèt successio filiorum obliuioni mandata appareat vir-
27 tualiter tamen imbibita iacet, † cum præcipuus typus matrimonii sit desiderium prolis. Basil. epistol. 1. Cobrer. de metu lib. 2. cap. 19. nu. 41. ad quam suscipiendam tendunt parentum vota, anchora nititur, scopus dirigitur, mens torquetur, animus fatigatur qua propter filiorum obtẽtio pars virtualis matrimonii decantatur, ad quam pactum porrigitur affixum cæteris membris conttactus in liberorum susceptionem, & il-

& illos ſuſceptos vis pacti cōditio, & qualitas protrahitur, nā cōditio, & qualitas iu vna parte contractus appoſita in reliquis repetitę ceſentur Bartol. in l. ſi ita ſtipulatus §. Chiſogonus ſub num 4. lib. 1. Mantic. de tacit. & Ambig. lib. 3. tit. 10. num. 28. quæ reſolutio æquiori fundamento in contractu matrimonii amplexatur in quo qualitas affixa in vna parte illius cenſetur indiſtinctè repetita in omnibus text. in l. cum propter dotem ff. de pact. dotal. ib vbi Vlpian. iuris conſul. hæc verba fecit. *cum pater dotem pollicitus fu-*
28 *erit,* † *& paciſcatur neſe viuo petatur neue conſtante matrimonio dos petatur ita pactum interpetrandum diuus Seuerus conſtituit quaſi adiectum eſſet ſe viuo, hoc enim ita accipiendū eſſe contemplatione paternę pietatis, vt poſterior quoque pars conuentionis ad vitam patris relata videatur.* textus hic aperto probat conditionē in vna parte matrimonii affixam cenſeri repetitam quod aliàs
29 † docet Menoch. conſ. 201. n. 58 lib. 3. cōuincunt iura hęc pactum ſubiectionis ad ſtatuta Turritana perpenſum ex preſſe reſpectu parentum extendi oportere ad filios intelligi quę debet repetitum, tamquam ad partem contractus ſic ratiocinatur Molfeſ. ad conſuet Neapol. p. 1. cap. 4. Rouit. conſ. 98.

Perſpectio hæc vtique videtur amplexabilis aliàs verba contra-
30 ctus quod in vita, † & in morte ſupponebant directioni ſtatutorum Saſſeris nullius eſſent roboris, nec aliquid operarentur cum hæc ſuppoſitio reſpectu mortis non poſſit verificari niſi in ordine ad filios, nam circa coniuges quod mortem nihil affirmatiue in matrimonii materia præſcribunt, legitur nec verba hæc, & pactum ſeruiat de vento referri oportet ad ſucceſſionem filorum verbum enim *omne* aliquid debet operari l. hanc legem ff. de contrahend. emption. Garron. var. reſol. lib. 1. cap. 12. nu. 124. Cancer. var. p. 1. cap. 14. n. 12. Valenzuel. 187. num. 45. tom. 2. Franc. Maria de Prat. pratic. obſeruat. cap. 29. nu. 36. † & ne pa-
31 ctiones contrahentium inde ſint inutiles tanto opere eſt inſudandum, vt quoties ad caſum expreſſum vtiliter referri nequunt debeant omnino referri ad alium
32 diuerſum, † & ſeparatum qui tamen poſſit ſub ſubiecta materia compręhendi Valenzuel. conſ. 113. nu. 83. Merlin. controuerſ. forenſ. cent 2. cap. 49. num. 13. Altamiran. ad. l. 1. codic. de filiis official. qui in bello moriuntur cap. 9. n. 25.

Hanc opinionem, quod quando matrimonium iuxta alicuius loci conſuetudines, & ſtatuta initur, † licèt in eo mentio filiorum expreſſa non accipiatur, quod ſub eiſdem pactis eorum ſucceſſio compręhēdatur, & iuxta eadem ſtatuta regulari debeat, tenent Georg. allegat. 23. Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. par. 1 cap. 4. num. 12. Franch. decif. 491. num. 1. Rouit. conſ. 99. tom 1.

Cōtraria opinio verior est maiori rationum, ac sectatorum calculo suffulta, sequenda omni-
34 modo in iudicando, † & consulendo iuxta quam casus noster felicem exitum extitit lucratus, nam licèt statuta, & consuetudines patriæ meę, aliarumque ciuitatum, quas tibi delineaui successioni filiorum impuberum formam, præscribunt, formam qui contrahentium matrimoniū sub titulo, & pacto dotis, non ad dimidium contineant, attamen hæ consuetudines, & constitutiones diuersæ inter se constituuntur, distincta capita includentes. Infero ex hac separatione, quod pactum matrimonium submittenti statutis, & his constitutionibus, totum secundum caput formæ constitutionis dotis debet includere, non ad primum por-
35 rigi, † nec ad diuersas personas extendi, quam cōclusionem probat mihi text. in l. si vnus 27. §. ante omnia, ff. de pact. ibi. *ante omnia enim animaduertendum, ne conuentio in alia re facta aut cum alia persona, in alia re, aliaue persona noceat*, qui textus probat extensionem non dari in contractibus, & pactis de persona ad personam, de re ad rem. Est dicterium Bald. in cap. Venerabilem, nu. 15. in fin. de elect. Mantic. de tacit. lib. 3. titul. 15. nu. 4. & 5. Carol. Marant. respons. 14. tom. 5. num. 1 5. præcipuè de persona ad personam, Hodiern. controu. 53. nu. 23. Viuian. Girochi. nouissimè disp. 52. num. 15. & disc. 71. num. 1. quæ extensio non admittitur etiam fauore causæ piæ. Donad. de renuntiat. cap. 38. num. 16.

Cardo rationis anchoræ huic
36 inhæret, † nam statuta, & consuetudines huius ciuitatis, licèt à ciuibus pro lege habeantur, legisque habeant vigorem, Lelio Altogr. cons. 33 num. 14. tom. 2. respectu vero exterorum, quando illis supponuntur, in vim pacti debent obseruari, & non in vim legis correctiuæ, Giptius ad Capic. Latr. lib. 1. decis. 35. nu. 29. ex qua conclusione alia feliciter auspicatur, quod cum subiectionis pactum ad diuersa statuta sit merum pactum hoc extensionem non possit obtineri ad successionem filiorum, sed restringendum sit ad ipsos met sponsos contrahentes, sic docet Anna, cons. 118. num. 5. vbi contracto matrimonio more magnatum, ex eo quod mentio filiorum non fuit expressè concepta, & habita, successionem illorum sub eadem norma non debere regulari, tenet.

Fas erat vti quę, † quod non inficiamur, vt alia dissertatione, annuente cælesti aura, probabimus sponsis successionem filio-
37 rum sub eisdem pactis, † conditionibus, & statutis compræhendere, subiicere, & subponere, sed hæc compræhensio chartæ affigenda erat, non recludenda intra mentis ambitum, vel adscribenda verborum inuolucro. Audi Merlin. contr. Forens. tom. 2. cap.

2.cap.49.num.18.ibi. *quo vero ad genericam illam pactionem vsus Capuani, & Nidi dictum fuit, verum esse prius assumptum, scilicet posse exteros se subijcere prædictæ consuetudini; Verum tamen id faciendum nō genericè, & sub verborum inuolucro, prout permittitur nobilibus dictarum platearum, sed clarè exprimendo quid agere intendant in vno quoqui capite vsus prædicti, quia licèt respectu nobilium huius ciuitatis mos ille sit vera consuetudo, & aliter non considerandus; attamen respectu exterorum, qui illi se submiserunt, debet considerari tamquam pactum, cuius natura est, vt non vltra expressa extendatur, cumquè circa renunciationē successionis filiorum nihil sit actum in pactis dotalibus, ad quæ pactionis verba referuntur, consequitur, non esse ad eum casum protrahendam.* Arridebat, itaque sponsis potestas includendi successionem filiorum sub consuetudine, & statuto Turritano in pactis dotalibus, illam tamen expresè determinare obstringebātur, sub generica submissione repositam haud inuoluentes tenebantur liberorum mentionem expressa mente pertingere, non expresserunt, inde non voluisse præsumitur. Castil. cap. 24. to... num. 29. Hodiern. contr. forens. cap. 33. nu. 28.

Et licèt filiorum successio passiua sub his constitutionibus cōpræhensa iaceat, sieque sub generica submissione ad illas videbatur tacite imbibita, & stipulata, attamen cùm contrahentium compræhensio expressa reperiatur, sequitur quod faciat cessare illam tacitam compręhensionē,
38 † ex illa regula, quod expressum faciat cessare tacitum l. cum filio §. filio impuberi ff. de vulgar. & pupil. l. maritus codic. de procurat. & ex inclusione vnius prouenit exclusio alterius l. cum prætor. §. sed quod Papinianus ff. de minorib. cum concordantibus.

Hanc opinionem protegunt, asectantur Fab. † de Anna cons.
39 2. nu. 3. Molles. dict. cap. 4. nu. 23. Reg. de ponte cons. 61. num. 74. Giptius, & Cap. latr. decis. 35. nu. 29. Prouenzal. obseruat. 27. à nu. 17. Merlin. loc. cit. Franc. Marra de Prato discept. for. 12. num. 67. tom. 1. qui omnes sub generali submissione ad consuetudines, & statuta alicuius loci in tabulis nuptialibus adhibita, non compræhendi successionem filiorum, tenent, quibus addo Horat. Montan. contr. 1. nu. 58.

Non faciunt negotium, neque obstant ex aduerso adducta,
40 † nam licèt prolis desiderium sit matrimonii præcipuus scopus, filiique sint pars viscerum patris l. cum seruus §. vlt. codic de agricol. & censit. lib. 11. ad longum ego ipse cap. 26. Aristotel. lib. 5. ethicor. cap. 5. affabre Ouid. in epistol. Didon. ad Aeneam.

Forsitan grauidam Dido scelerate relinquis,
Parsq; tui latitat corpore clausa meo.

Reputantur, & habentur in Iu-
41 re pro eadem persona l. † fin. cod. de impub. & aliis substit. Laugleus.

gleuf.Semestr.lib. 7.cap. 2. Laurent.Matheu.de regimin.Regni Valent.tom.1.cap.4.§. 6.nu. 46. Aeneas Sylulus lib.1. epistol. 19. Lipsius epistol.Select. 11. ad Belgas epist.22. Robert. rer. Iudicat. lib.4.epistol. 10. Valenzuel.conf. 95.n.71. Escaler.de vtroque brachio part. 2.n.33. & quando prolem parens gignit, in illam infiliatur, in illam perennat, & renaturescit, diciturque sobolis membrorum dilatio, naturæ fide iussio, virum de morte trophæum, sui met extra sese processio. Altamiran. in l. 3. codic. de filiis official. qui in bello moriunt.cap.17.nu.18.

Attamen inter se realiter, seclusa omni fictione sunt distinctę personę, pater & filius Caramuel. theolog.nouissim.n. 1312. Grassat. de homic.proditor.p. 21. ex num. 4. cum seq. inter quos debet militare regula superius allata, quod pactum respectu vnius interpositum non possit ad alium progredi, & confesso, filios esse partem matrimonii, & contractus, nihilhominus qualitas, & conditio submissionis ad statuta Ciuitatis Sasseris in parentibus perpensa, nequit protrahi ad illos. Ratio genuina, nam quando adest diuersitas personarum, vel rerum, tunc qualitas, & conditio in vna parte contractus apposita non protrahitur ad aliam,

42 nec inteligitur repetita, † Galgan. de condit.p. 2.cap.1.q. 18. nu. 3. Hodiern. contr. 35.nu. 22. quam repetitionem qualitatum, & conditionum præcedentiū in prima cera contractus affixarū tollit diuersitas personarum Peregrin. de fideicomis.artic.16,n.47. Symon de Pret. de interpretat vlt. volūt. lib.2. interp.4.dub.2.solut.2.n.167. pluribus laudatis Castill.to. 2. contr.cap.4.n.133.Paul. Stayban. resolut.24.nu.61.cum seq. tom. 1.

Procedit hinc, quod conditio ad iecta vni legato non inteligatur repetita in alio ob diuersitatem rei, licèt orationes essent coniunctæ per quamlibet copulam

43 continuatiuam † Roland. conf. 36.n.34 lib.4.Mantic.de coniect. vltim.volunt.lib.10.cap.6 .n. 33. Paul.Staib.resol.24.nu. 61. repetitionum enim conditionum, qualibet diuersitas, quæ aduersans poterit diiudicari non recipit, pro vt videmus in conditione apposita in institutione que licèt intelligatur respectu in substitutione l.licèt Imperator. ff. de legat. 1. intelligitur in conditione potestatiua, vel mixta, secus in cōditionali, quę nunquā intelligitur repetita Gāma.decis.223.n. 4. nō censetur repetita stante prędicta diuersitate.Stayban.&Ganau.

44 loc.cit. † Et generaliter nullius coniecturæ ministerio, præcipuè si diuersæ orationes in instrumento adsint, potest amplexari tacita repetitio qualitatum, vel conditionum in contractibus, vt in terminis capitulorum nuptialium loquutus fuit Alciat.conf.8. num.24.lib.9.est textus in l.si ita stipulatus 126.§.Chrisogonus n. 4. vers. aut talis qualitas ff. de V.

O.

O. Franc. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. cap. 24. nu. 151. Fuſar. de ſubſtit. q. 403. num. 33. pluribus aliis laudatis nouiſſimè Ganauer. in conſ. 1. contra Comitem di Bonorua huius Ciuitatis ſuper ſucceſſione oppidorum Heri, & Vryo exarato.

Ad id, quod dicebatur, ſub generica ſubmiſsione ad ſtatuta Ciuitatis Saſſeris, tamquam ſub lege compræhendi per conſequens ſucceſsionem filiorum, apparet iam auſpicata eneruatio;
45 † nã hæc ſtatuta licet in ordine ad ciues pro lege habeantur, pro vt, & conſuetudines l. pergit. codic. de ſepulc. violat. l. 1. codic. nil ager. non rumpend lib. 11. l. Ius ciuil. 6. § Hoc igitur Ius noſtrũ ff. de legib. reſpectu verò forenſiũ in vim pacti in caſu ſupoſitionis, debent exequtioni mitti, ad implerique eorũ diſpoſitiones, quia illis contrahentes ſe alligarunt ſic Merlin. dict. contr. 49. nu. 18. Prat. cap. 12. diſcept. forenſ. tom. 1. nu. 34. & 66. reſpectu quorum iam pactum integrale complementum ſortitur, non indè fruſtratorium, inane, & eluſoriũ
46 nomen illi debet adſcribi, † inuita circa dotis conſtitutionem, poſt obitum circa reſtitutionem ſuum effectum operatur. Ex omni inde latere opinio poſterior à nobis amplexata per regiam gubernationem, tamquam veritas electa conſtipatur, firmatur, & ſtabilitur; antecedens Doctorum placitum vndequaque proſternitur, conquaſſatur, & ad puluerem. Mittebam hæc fæliciter calamo Anno 1662. die 24. Nouembris in vigilia mei, & patrii patroni diui Gauini Turritani, in quo Franciſca Brandino peperit monſtruoſum puerum, ſeu portentoſum, cui inerat præpoſteratio, & tramutatio membrorum, quæ magis quod dàm chaos, quam Antropographi amſpeciei humanæ preferebant, ferebat caput, os, & oculos in forma leporis, quem ad Vnguem imitabatur, intra eiuſdem diei abitum ſuum extre mum clauſit diem.

ARGVMENTVM.

Meliorans Hypothecam ſi conueniatur à Creditoribus, vel Domino illius pro ſolutione valoris quem habebat, ante quam melioraretur, vtrum poſſit ſe Iuuari prælatione, quæ in iure ratione meliorationum cum retentione arridit; & vtrum poſſeſſot ratione melioramentorũ, vel Dominus ſeu Creditor, reſpectu antiqui Valoris fundi meliorati, ſit anterior, caſu quo hypotheca à meliorante dimittatur, & licitationi ſupponatur.

SVMMARIVM.

1 *Melioramentorum ratione meliorans habet retentionem, & prelationem reſpectu omnium creditorum. Quæ retentio competit etiam emphyteuta 2. & ſi agitur de re vniuerſali, vel de pluribus corporibus connexis datur re-*

retentio respectu omnium, licèt, omnia non sint meliorata 3.

4 *Exceptio melioramentum quando retardet exequutionē sententia* 7. *& quid fuit decisum per Regiam audientiam* 7. *& hęc exceptio potest opponi corā Iudice exequutore* 5.

8 *Meliorationes non possunt æstimari, nisi constito de antiquo statu rei, quem habebat antequam melioraretur, & deteriorationes minuunt illarum valorem* 9. *& quomodo debeat calulari earum valor, respectu temporis restitutionis, vel secundum quod impensum fuit, dubia est quæstio: referuntur DD. qui illam discutiunt: opinio, quæ hoc dubium conciliat, & in Regno Sardiniæ practicatur refertur nu.* 11.12.

13 *Meliorata res si restituitur absque refusione melioramentorum, potest eorum valor postea repeti; vel actione indebiti* 14. *vel actione personali* 15.

16 *Melioramenta confecta lite pendente non sunt reficienda; & fructus lite pendente percepti cum melioramentis compensantur* 17.

18 *Meliorans hypotecam liberatur à restitutione rei soluendo valorem quem habebat res ante quam melioraretur.*

19 *Argumenta, quæ obstant pręsenti dubio referuntur, & casus illius proponitur* 20.

21 *Meliorans hypothecam si conueniatur ad soluendum valorem, quem habebat ante quam melioraretur, tenetur illum soluere, vel dimitere hypothecam prout fuit declaratum in Regia Gubernatione, & decisum in Regia audientia: statutum Turritanum hoc disponit* 22. *& etiam Ius Commune* 23. 24. *pro quo antiquo valore præfertur creditor melioranti nu.* 26.28.29.30.31.36.

25 *Verbum*, tenetur, *præcisam necessitatem inducit.*

32 *Meliorans ad hoc vt habeat retentionem, & prælationem debet offerre solutionem antiqui valoris fundi non meliorati.*

33 *Æqualitas in Iuditijs est seruanda.*

34 *Probandi facultas, & terminus si vni concedatur, sit communis alteri parti, licet prius ab illo extiterit exclusus* 35.

CAPVT XXI.

DVO sunt in melioramentorū materia axiomata comunia, quæ in offenso pede procedunt: primum

1 possesori melioranti arridere in re meliorata retentionem, & prælationem; secundum meliorantem possesorem liberari à restitutione rei, etiam respectu Domini præstando valorem rei, quem habebat ante quam in formam melioratam redigeretur. Duplex hoc Brocardi cū ex diametro pugnare videtur cum assertione præsentis testis prout ex fronte apparet, & punctuatim delineabo; commnis est, & ferè absque contradictore opinio quæ tri-

tribuit poſſeſsori fundum melioranti prælationem ratione melioramentorum, & retentionem illius vſque quo de illis ſatisfiat, illam ſectantur pene innumeri, quos hic ſi diffuſo calamo paginæ affigerem nauſea alliceretur, antiquorum nomine ſuppreſſo receniores referā
2 † Nempe. Mareſc. Var. lib. 2. cap. 112. nu. 12. Rodrig. de Priuileg. credit. 2. part. artic. 2. nu. 6. Theſaur. quæſtion. forenſ lib. 1. q. 71. Gait. de credit. cap. 4. q. 11. ex num. 1975. Hermoſill. tom. 2. ad leg. 36. Gloſ. 6. tit. 5. p. 5. num. 7. Andreol. controuerſ. 42. Cenſal. ad Peregrin. cap. 2. art. 26. fol. 191. Salgad. in laberint. credit. part. 1. cap. 11. ex n. 58. Mathias Berlinch. practic. concluſ. tom. 3. cap. 42. num. 14 & ſeq. Noal. de tranſmiſ. caſu. 37. Arias de Meſa var. reſol. lib. 1. cap. 50. nu. 29. Ceſar de Afflict. contr.
2 † 20. num. 22. quæ retentio competit etiam Emphiteutę ſi Dominus directi dominii vindicare intenderet bona emphiteuſi ſuppoſita vt quia finita, vel de-
3 uoluta prætendatur Garſia. † de expenſ. cap. 7. n. 13. Olea. de Ceſſ. iur. tit. 4. q 7. n. 33. & ſi ageretur
3 de re vniuerſali, † vel de pluribus corporibus connexis, & in vno tantum melioramenta eſſent confecta, nihilominus retentio reſpectu omnium arrideret. Petr. Tōdut. q. ciuil. 25. n. 17. & 19

Exceptio melioramentorum quæ ad tribuendam prælationē,
4 & retentionem competit, † tam priuiligiata conſtituitur, vt poſt ſententiam poſſit opponi Nigr. cum infinit. de except. remorat. exeqution. ſent. cap. 8. ex num. 2. vbi in num. 28. dicit. hoc procedere licèt ſit in re minoris, & in num. 26. dicit procedere etiam in caſu trium ſententiarum conformium Fab. Capic. Galeot. Illuſtr. tom. 2. controu. 46. vbi ad Lō-
5 gum, † & poteſt opponi coram Iudice exequutore Salgad. de Reg. protect. p. 4. cap. 7. nu. 71. Scacia de appellat. q. 19. Membr. 4. Limit. 6. n. 64. debet tamen apparere ſpecifice de ipſiſmet melio-
6 ramentis, † & non ſufficit in genere aliquid, taliter quod ſi non ſunt liquida, præſtita cautione de illis ſoluendis facta liquidatione, vel mediante depoſito debet ſentētiā exequutioni mandari
7 iuxta crebriorē opinionem, † vt fuit declaratum in Regia Gubernatione anno 1656. ad fauorem Oeconomi Illuſtris capituli Turritani aduerſus Don Coſmam Mallano, quę ſententia per Regiam Audientiam extitit confirmata; & rurſus fuit pronuntiatū anno 1658. ad fauorem Dominici Bruno verſus Claram Romanellam, illam ſectantur Gozadin. conſ. 100. n. 21. Garſ. de expenſ. c. 6. ſub n. 15. Gām. deciſ. 4. n. 3. Statil. Pacif. de Saluian. interd. inſpect. 2. cap. 2. n. 206. Seraphin. deciſ. 1219. n. 7. Maſtrill. deciſ 98. n. 9. Cartar. deciſ. Rot. Genu. 15. à n. 16. & 19. vbi refert ſic pluries Rotā iudicaſſe Hieronym. Laurent. deciſ. 109. in fin. Salgad. loc. cit. num. 62. cum ſeq. Fab. Cap.

Galeot tom. 2.illustr.cap.46. nu. 36. Amat. Var.resol.cap.14. ex n. 53. Ciriac.cõtrou.194.n.8.Theod. Rub.to.1.singul. ad Capic. decis. 17.& ad Accoramb.decis. 8.part. 2.num.1

In conficiendo calculo meliorationum attendi & constare de-
8 bet de antiquo statu, † quem res meliorata, antequam melioraretur habebat, ad hoc vt constito de statu antiquo possit meliorationum notitia arripi. Sic Seraphin. decis. 898. & 908. vbi Theod.Rub. 1. tom. singul. Paul. Rub.resol.de testam. cap. 24. nu. 39. in cuius calculi perspectione incorporari debent deteriorationes sequutę ratione subrogationis melioramentorum, vel in fundo quomodolibet subsequutę, & ad computum debent reduci ad minuendum illorum valorem,
9 † Capic.Galeot. loc. cit.num. 10. Nigr.de except.cap.8.nu. 136. & quomodo debeat fieri hæc calculatio valoris meliorationum, scilicèt an atento tempore restitutionis, vel confectionis, anceps est quæstio variè apud Doctores digesta. Quidam restituendum esse pro melioramentis, tantum quantum impensum fuit volue-
10 re, † alii valorem dimitiendum esse iuxta tempus in quo fit restitutio rei melioratæ tenuerunt; ad longum discutitur hoc dubium apud illos, vt est videre penes Gam. decis. 137. Magon. decis. Florent. 49. & ibi Fab. Timeus decis. 33. Lucens. lit. D. Thesaur. decis. 151. Maresc. Var.lib. 2. cap. 114. Theod. alleg. 74. Censal. ad Peregrin. artic. 50. versic. secundo obserua. Franc. Mar. de Prato discep. foren. tom. 1. cap. 7. n. 20. apud nos inconcusse amplexatur opinio quę docet in melioramentis soluendum esse quod minus est,
11 † sub distinctione signanter si ratione dominii, vel quasi melioramenta essent confecta, tunc ęstimanda sunt secundum tempus restitutionis, sin vero absque titulo dominii, quis illa fecerit, licèt adesset bona fides, tunc estimari debent secundum tempus, quo facta sunt, vel quo restituuntur ad comodum soluere debentis, & sic quod minus est debet solui, si fuerit minus quod expensum, hoc, est si fuerit exigui valoris melioratio tempore restitutionis, hic poterit refundi, concessa electione soluenti, vt eligat calculationem temporis, quam sibi vtilem finxerit, vel restitutionis, vel confessionis melioramentorum. Hæc opinio distinctionem adhibens, inter meliorantem bona fide, absque titulo dominii, vel quasi, vel hoc accedente fulcitur maioribus rationibus, & communi doctorum calculo, & hanc vidi, & tetigi pluries amplexatam, illamque amplexabor, si casus occurrerit docent per text. in l. in fundo 38. ff. de rei vindicat. l. si fundum ff. de in re verso, Garzia. de expens. cap. 24. in princip. Marescot. loc. cit. num. 10. Borgnin. decis. Fiuiz. 31. num. 27. part. 2. Cancer. Var. part. 1. cap. 2. num. 38. Thor. in comp.

12 comp. 1. deciſ. par. 2. verbo, † melioramenta in re facta fol. 348. *ibi* melioramenta ſunt ęſtimanda ſecundum tempus reſtitutionis, quando ille qui illa fecit vt Dominus habens vtile, vel directũ Dominium, ſin vero abſque hoc titulo quod minus erit debet ſolui ad comodum, & electionem ſoluentis, & in 1. part. compend. verbo, meliorationes factæ fol. 335. Theodoſ. Rub. tom. 1. Singul. ad Seraphin. deciſ. 898. num. 1. Arias de Meſa Var. lib. 1. cap. 50. num. 28. Leotard. de vſur. q. 13. num. 14. Sanfelic. deciſ. 108. num. 18. 1. tom.

Et non ſolum retentio cum prælatione reſpectu omnium
13 creditorum expreſſam, † vel tacitam hipothecam habentium expendenti neceſſario, & melioranti de iure retribuitur, ſed ſi hypothecam melioratam dimiſerit non refuſis melioramentis poterit meliorationum valorem repetere Surd. deciſ. 78. num. 3. Menoch. de pręſũpt. 32. lib. 3. à n. 11. Magon. deciſ. Florent. 49. à n. 23. Anna allegat. 6. n. 13. Cenſal. ad Peregrin artic. 30. verſ. ſecundo obſeruo, † vel conditionem indebiti Olea. de Ceſsion. iur. tit. 5 q. 4. num. 46. vel actione perſonali, † Mathias Berlinch. pratic.
15 concluſ. tom. 3. concluſ. 42. ex nu. 14.

Niſi eſſent melioramenta facta lite cepta poſt litis conteſtationem perquam quis conſtituitur in mala fide poſitiua, & poſ-
16 ſeſſor pro pr ędone habetur, † ſicque ei non ſunt reficienda, ſed tantum permittitur abraſio, modo fiat abſque lęſione prioris ſtatus rei l. Domum in fin. vbi Caſtren. Cod. de rei vindicat. Velaſc de Iur. Emphit. q. 25. num. 4 verſic. verius videtur Garſia de expenſ. cap. 6. num. 2. Amat. Var. reſol. cap. 14. num. 15. verſic. ſecundum Nigr. de except. cap. 8. §. 47. num. 1. & in num. 9 limitat hanc opinionem reſpectu meliorationum, quæ neceſſario deſiderantur ad conſeruationem rei,
17 † Et nota, quod ſemper fructus percepti lite pendente poſt conteſtationem compenſantur cum melioramentis Scapucin. de Saluian. interdict. lib. 2. q. 24. num. 8. cum Magon. Barzin. Couar. & aliis Cyriac. controu. 195. num. 6.

Axioma alter in hoc mare magno, & ſpacioſo valde materiæ melioramentorum nititur
18 in eo, † quod melioran s actione rei vindicatoria, vel hypothecaria pulſatus poſsit dimittere creditorem, & illum pulſantem pro reſtitutione fundi meliorati, ſoluendo ei valorem iuſtum, quem habebat poſſeſſio meliorată, ante quam meliorantur. Hoc refuſo vidi plures dominos iudicialiter dimiſſos, & plures creditores repulſos, quibus ſolum valor fundi non meliorati, abſtractis melioramentis fuit adiudicatus, in quo puncto licèt aliqui cauſarum patroni recalcitare voluerint, tamen repulſam miſerrimè fuere paſsi, & meliorantes hypothecam abſoluti pręſtando

stando valorē,quam habebat ante quam melioraretur ; quā communisimam opinionem sectantur Magon.decis.Florent. 51. nu. 1.Cenc.de censib.q. 98. num. 81. Mangil.de Euict.q. 40. ex num. 13. Fontan. de pact. nupt. tom. 1. Claus.4.glos.18.part. 2. num. 90. Costa de part.& rata q. 81.nu.7. Thesaur.qq.forens.tom.1.q.31. n. 5.Franch.decis.38. num.2. Intrigliol. de censib. q. 93. Negusant. de pignorib.4.memb.5. part. sub num.21 versic.vndecima conclusio Salgad. in laberint. credit. 1. part.cap. 11. n. 86.cum seq.Leon. decis. Valent.74. num. 13. tom. 1. Hermosill.tom. 2 ad l. 36.glos. 6. tit.5.pag.5 num. 7. Ciriac.contr. 194.num.8.

Refricemus nunc duo hæc so-
19 lida fundamenta, † nempe possessorem hypothecæ melioratæ habere ratione melioramentorū prælationem, ac retentionem, insimul, ac liberari, à molestiis creditorum, & domini per solutionem valoris subtractis melioramentis resultantis, cum prætensione actoris in præsenti dubio, qui sibi solui valorem domus melioratæ, sub quo reponebatur antequam in formam melioratam dissolueretur, satagebat, illa que non germanari, sed ex diametro aduersari lustrabimus. Si enim possessori melioranti arridet prælatio, ac retentio, quomodo inuitus poterit cogi ad solutionem antiqui valoris? per quam solutionem in prælatione succumbit, & retentio nullius momenti constituitur, & licèt melioranti coucedatur fauore melioramentorum vt dimittere valeat creditorem per solutionem antiqui valoris, hoc in priuilegium illius introductum apparet, non in odium, & sic poterit illo ad nutum frui non coactus ad solutionem constringi. Conatus actoris difficultatum inuolucro inaccessibili inuolui prima fronte videbatur, vt meliorans cogeretur inuitus ad solutionem valoris fundi præcisis oneli ornamentis pugnans cum duplici axiomate superius tot calculo doctorum suffulto cunctato; re tamen maturius triturata niti in legali anchora postea visus fuit.
20 † Casus est. Don Sebastianus della Zonza Sassarensis vt vidisti in cap. Sub publico incantu, & sub voce præconis à Sebastiano Serra quasdam domus emit, meliorauit illas, & in formam sat Illustrem reduxit prima abrasa, postea comparuit Frater Ioannes Baptista Serra Ordinis Prædicatorum, tamquam dominus istarum domuum, & me illum patrocinante in Regia Gubernatione relatore Doctore Francisco Zucca, non rei vindicatoriam, intendit, sed tantum valorem domuum sibi solui quem habebant antequam melioraretur repetiit. Conabatur reus conuentus se potiorem esse ratione meliorationum, & non iacere ob noxium dimissioni hypothecæ nisi illis refusis. Clamabat fortiter, concessum reperiri meliorantem

tem

tem poſſe per ſolutionem antiqui
valoris dimitere Dominum, &
liberari à moleſtiis creditorem,
eſſe priuilegium peculiare in fa-
uorem illius inpartium non retor-
quendum in odium, nec potens
ad illaqueandum emptorem in-
hærebat maromoreo pede prælat-
tioni melioranti elargitæ ratione
melirationum, ſed heu vano inſu-
21 dauit labori, †cum per Regiam
Gubernationem anno 1658.actu-
ario Sebaſtiano Pinna extiterit
condemnatus,& cōpulſus ad ſolu-
tionem Valoris Domuum præci-
ſe quem habebant ante quam eſ-
ſent mèlioratæ, à qua ſententia
licèt prouocauerit, nihilominus
per Regiam audientiam extitit
confirmata.

Fundamenta huiùs ſententiæ
duo ſunt, primum nititùr in ſta-
tuto noſtro Turritano, tenoris ſe-
quentis reconditio in cartofilatio
22 domus concilii, † & repoſitio
ſub inſcriptione de poſſeſſione
meliorata.

Si aliqua perſona emit, vel emerit acquiſiuerit, ſiue ac queſiuerit domum vel rem aliquam meloraueri, ſeu meliſrata fuerit, & aliquis alius ſuperueniet, habens potiora iura in inipſa domo vel re, & pagamentum peierit in ea, ſeu quod alio modo ipſam rem petat, non extrahatur poſſeſor ipſa poſſeſione, ſed extimetur ipſa poſſeſso, ſiue res per bonos homines quantum valebat, tempore quo poſſeſsor ipſam acquiſiuit. Et vſque indictam quantitatem teneatur poſſeſsor ſoluere habenti potiora iura in ipſa poſſeſsione. Et poſſeſſio remaneat poſſeſſori, & habens potiora iura det iura ſua poſſeſſori, & habeat poſſeſſor regreſſum contra venditorem ſuum, ſeu contra illam perſonam à qua, ſeù pro qua ipſam poſſeſſionem habuit. Et hæc locum habeant ſi poſſeſsor ſtatutus tenere voluerit poſſeſſionem, & ſoluere æſtimationem prædictam.

Secundum in Iure communi
ſtabilitur, per quod duo axio-
mata in prima cera digeſta eua-
23 cuantur, † & ipſum met ſtatu-
tum confirmatur, & vltima eius
pars diſcernitur, nempe in caſu
dimiſsionis hypothecæ, quia
præfatum ſtatum ſolum poſſeſ-
ſorem meliorantem cogit ad ſo-
lutionem antiqui valoris, caſu
quo voluerit retinere hypothe-
cam,in caſu vero dimiſſionis vl-
terius non progreditur, in cuius
reſolutione licèt claudicet in ver-
bis, non vero in ſenſu, cum hæc
ſecunda pars dimiſsionis imbi-
batur in prima diſpoſitione, &
ab illa ſubſequatur, vt videbi-
mus: referam nunc Doctores, qui
huic opinioni adhæſerunt, vel
explicitè cum verborum inuolu-
cro: nempè Fontanel. de pact.
nuptialib. 1.tom. clauſ.4.gloſ.18.
24 par. 2.num. 90. † verba ſunt
huius auctoris, *huiuſmodi hypothecariјs cautionibus, nota quod poſſeſsor poterit quandoque nolens ſoluere euitare rei reſtitutionem, veluti quando eam multo melioraſſet, tunc tenetur tantum ad valorem rei pro vti erat ante meliorationem, quamuis id non ſufficeret creditori ad ſuum creditum.* Citat.Socin.Mor.Franch. & Bargin. in quibus verbis debet per-

pendi

25 pendi verbum ly, *tenetur soluere*, † quod præcisam necessitatem inducit, vt cum Rebuff. Sanchez. & aliis tenet Barbos. de diction. vsufreq. verbo tenetur dict. 405. Cochier. in regul. de annat. poss. n. 50. & sic iuxta Fontanellæ suffragium præcise possessor meliorans hypothecam pulsatus ad refectionem antiqui valoris tenetur ad solutionem illius in casu quo voluerit illam retinere, & in hoc ad litteram cohæret dispo-
26 sitioni Turritani statuti, † & in casu quo illam dimiserit non est dubium vt pro antiquo valore creditor, & Dominus prelationē sortiantur iuxta hanc sententiam per quam possessor non obstante exceptione melioramētorum compellitur ad solutionem antiqui valoris.

Clamat fortiter hic Doctorū commune votum tribuens melioranti possessori prælationem,
27 † & retentionē ratione melioramentorum, & expensarum in illis erogatorum, refellitur vero quod sub intelligatur temperamento adhibito, nempe non præcise, sed conditionaliter; id est, retentio quæ arridet melioranti, non absolute sed in casu quo offerat aliis creditoribus solutionem rei detractis melioramētis debet intelligi, quam si renuerit cadere debet à retentione, & prælatione respectu tantum huius portionis antiqui valoris. Audi Salgad in laberint. credit part. 1. cap. 11. nu. 90. *Cum etiam quia quam plurimui Doctores emptori melioranti hypothecam retentionem concedunt in ipsa re conditionaliter, si ipse obtulerit valorem rei detractis meliorationibus*. Itaque ne melio-
28 rans ius sibi dicat, † & paupercu-los vt plurimum melioratioratio-nes refficiendi impossibilitate suis Iuribus, & Dominio spoliet, lucrabitur in concreto, respectu fundi meliorati prælationem, & retentionem, si pulsetur ad illius dimissionem, tenetur tamen offerre ad consequendos hos effectus solutionem antiqui valoris, respectiue ad quem abstractis melioramentis, nec prælationem, nec retentionem sortitur, sed vel illum debet refundere, vel possessionem melioratam dimittere, adhoc vt si licitationi suponatur, prius antiquus valor persoluatur, & postea melioramenta reficiantur, consequentia hæc subsequitur necesario tam ex dispositione statuti quam virtute huius opinionis, per quam antiquus valor melioramentis prefertur in casu retentionis, & sic in casu dimissionis hipothecæ, in vno, & altero eædem personæ iura, & actiones coalescant sectātur distinctionem Salgad. quam plurimi ab eo relati Giurb. ad consuet. Mesan. cap. 15. & 9. ex num. 8. cum seq. fol. 768.

Fere casus huic dissertationi suppositus discussus extitit in cōsilio Valētino pro vt refert Le-
29 on. decis. 79. part. 1. † fuit in hypotesi per illū † figurata, conuentus possessor cuiusdam fundi quem meliorauerat pro solutione ca-

canonis cenſus ſuper eum onera-
ti excepit poſſeſſor, ſed anteriorē
ratione melioramentorum, & re-
tentionem habere quouſque ſa-
tisfieret de expenſis in illis ero-
gatis. Actor probauit fundum
melioratum antequam meliora-
retur habuiſſe valorem equiua-
lentem pro redditione reditus
cenſualis, & ſic reſpectu iſtius
valoris poſſeſſorē teneri ad ſolu-
tionem canonis, vel ad dimiſſio-
nem hypothecæ, & caſu quo eſ-
ſet ſubhaſtanda illam prius de
antiquo valore eſſe ſatisfaciendū,
& poſtea poſſeſſorem de rema-
nenti melioramentorum refuſio-
nem poſſe lucrari, deduxit; in
hoc conflictu actor palmam re-
portauit, reus herbam porrexit,
qui ad ſolutionem cenſus, reſpe-
ctu habito quod fundus cum non
eſſet melioratus valoris fuerat
pro correſpondendo cenſu, fuit
30 condemnatus †. Verba huius
authoris in num. 10. in fin. dilu-
cidius hoc enuleant audi illa.
Vnde in caſu noſtro, cum attento valore antiquo domus quam poſſidebat dictus Micael Vinaro, ante quā eſſet meliorata, ex pretio dictę domus recte ſolui poſſet dictum cenſuale proprietatis centum librarum, & annua penſionis centum, & triginta trium ſolidorum, & quatuor denariorum moneta Valentina, & ducentum & ſexaginta libra debitę de penſionibus, eiuſdem poſſeſſor illius debet ſoluere dictas quantitates, vel pacti, vt iudicialiter diſtrahatur dicta domus, vt ex pretio illius ſoluantur dicto creditori reditualí ſiue Domini dicti cenſus ſuper domo ſpecialiter impoſiti, quantitates debita, & melioranti meliorationum valor.

In caſu per Dō Hieronymum
Leon propoſito, & in hoc qui Don
Sebaſtiano Zonza contigit, me-
liorans muniuit ſe ad excluden-
31 dum creditorum, † & Dominum
agentes pro refuſione valoris an-
tiquę domus melioratæ clipeo
melioramētorum, eorum prela-
tione, & retētione inābobus haud
illos exceptio hæc protegit, qui-
nimo duplex hic poſſeſſor à poſ-
ſeſſione cecidit, & cum domus
ſubhaſtationi ſuppoſita extitiſſet,
& ex pretio non ſat adeſſet pro
Domini, ſeu creditoris iuribus,
meliorans omnimodam exclu-
ſionem ſubiuit, nec obulum pro
melioramentis recepit; imputet
ſibi qui haud neceſſaria requiſita
adhibens in foueam, incidit, quā
Fontan. deciſ. 223. num. 23. per-
pendit in ordine ad emptores, vt
ſæpe pretio & re orbentur bene
germanantur axiomata illa, quę
ſuperius perpendebamus circa
prælationem melioramentorum,
cum ſententia hęc, quia prelatio
non abſolute in abſtracto reſpe-
ctu antiqui valoris, ſed inconcreto
reſpectu fundi meliorati at-
tribuitur ſub conditione, vt ſa-
tisfaciat valorem antiquum, quē
habebat fundus non melioratus,
quem ſi ſoluere renuerit, cum de-
tur prelatio Domino hypotheçę,
& creditori, tam ex vi ſtatuti
Turritani, quam ex voto Docto-
rum, quos retuli, in ordine ad
dictum antiquum valorem, &
di-

dimiserit hypothecam, hęc prælatio semper elargita, & radicata in ossibus creditoris debet perpetuari, & non variari ex quolibet accidenti.

Hāc nostram opinionem iuxta quam declaratio regiæ guberna-
32 tionis, † & decisio regiæ audientię fuere subsequutæ tenet aliis laudatis, licèt aliquantulum confuse Salgad. in laberint. credit. par. 1. cap. 11. num. 87. 88. 89. 90. 91. & 92 pro cuius opitulatione expēdo rationē haud ab istis authoribus contatā æqualitas in iudiciis seruanda est inter acto-
33 rem, † & reum, inter creditorem, & debitorem ad instar iudicii diuini in cuius conspectu non datur exceptio personarum Cancer. var. par. 1. cap. 20. nu. 85. taliter quod si lex vel iudex concesserit vni
34 probandi locum, † eo ipso videatur alteri parti concedere posse probare contrarium, Anton. Faber. in codic. lib. 4. tit. 13. definit. 36. num. 6. & licèt mediante sententia vna pars ex litigantibus extitisset exclusa à termino, & facultate probandi, si postea ex aliquo capite hic terminus seu fa-
35 cultas alteri parti concedatur, † tunc vt æqualitas in iudicio seruetur, & facultas, & terminus probatorius sit communis l. per hanc & l. fin cod. de appellat. Afflict. in constit. obscuritatem q. 11. nu. 15. Ioan. Baptist. Vertiglia. in sua. prax. annot. 32. §. 2 num. 6. tom. 1. si ergo hæc æqualitas est seruanda, & melioranti attribuitur posse inuitum creditorem, & Dominum expellere, & ab eo-
36 rum molestiis liberari, † soluendo illis valorem antiquum fundi meliorati? quare ergo hoc ius actiuè non debet arridere creditori, & Domino, vt valorem hunc possint repetere? Ego non inuenio cur vni hoc priuilegium debeat concedi, & non alteri, quod haud retorquetur in odium meliorantis, cum sit ambobus, & illi & creditori commune, & cum semper obnoxius iaceat solutioni, & refusioni antiqui valoris, à quà non debet absolui propter eius priuilegium retorquendo illud in odium, & pręiudicium alterius.

ARGVMENTVM.

Temporibus haud adscribenda venit illorum calamitas, sed hominum deprauato commercio: Principis decretum exequutionem mandans contra aliquem prius non citatum, nec auditum in simplicem citationem conuertitur per illius oppositionem: inuehitur author in iudices, qui ad faciem Principis in muneris recta operatione horrescunt, spoliato à iudice nulliter procedente competit remedium retinendę.

SVMMARIVM.

1 *Sæculum per dierum reuolutionem Ethnici putarūt in peius dilapsum esse* 2.

3 *Temporibus ærumnas & illorum calamitates adscribere fuit antiqua querimonia; sed fallax, cum tem-*

temporum miſeriæ, anguſtiæ, & calamitates non ab ipſis temporibus, ſed ab ipſis hominibus dependeant, & proueniant. Comprobatur varijs authoritatibus 9. 10. 11

4 *Delicta à mundi & orbis infantia ſemper regnauere, & fraterno primi maduerunt ſanguine muri. Comprobatur hęc veritas varijs authoritatibus 5. 6. 7. 8:*

9 *Sardoum caſus ſemper miſerrimè volubili rota adſcribuntur.*

12 *Iudex procedens ex abrupto, & iuris ordine non ſeruato ſpoliare diciturs nam tunc ſic procedens ęquiparatur priuato 13.*

14 *Factum iudicis nulliter procedentis dicitur factum partis.*

15 *Spoliatus à iudice nulliter procedente poteſt incontinenti propria authoritate recuperare poſſeſſionem, & poteſt intendere iudicium poſſeſſorium manutenēdę non fatendo ſe ſpoliatum 16. ſic fuit deciſum per Regiam Sardoam Audientiam ad fauorem Ioſephi Solinas 17. quæ manutentio competit ratione ciuilis poſſeſſionis, quæ animo retinetur 18.*

19 *Hominum opiniones ſunt variæ, & ſicut horologia, quę raro conueniūt iuxta dicterium Senecę 20.*

21 *Mortis contemptus dicitur victoriarum artifex.*

22 *Pauor in iudice debet deponi aut officium, aut conſcientia; recenſentur admirāda verba Q. S. Sceuolę coacti, vt ſententiam proferet contra ſuum votum & iuſtitiam 23. exhortatur author moderantes Rempublicam, vt faciem Principis haud extimeſcant iuxta diuinam paginam 4.*

25 *Defenſio eſt de iure naturæ cui ipſemet condēnandus tāquam nō Dominus ſui ipſius valet renunciare 26. 27. nec Princeps eam poteſt tollere 28.*

29 *Naturalia ſunt im mutabilia.*

30 *Princeps tamquam creatura ſubeſt iuri naturali.*

31 *De Principis poteſtate diſputare eſt ad inſtar ſacrilegij: bene verum de facto diſputatur ex illius voluntate, & clementia.*

32 *Iudex cui dirigitur exequutio reſcripti Principis tenetur citare partem exequendam 35. & ſi videt non eſſe æquam debet reſcribere, & conſulere Principi 36. 37.*

33 *Decretum, ſeu reſcriptum Principis in iudicialibus per partis oppoſitionem conuertitur in ſimplicem citationem.*

34 *Monitoria per partis oppoſitionem conuertuntur in ſimplicem citationem.*

38 *Obedientia mandatis Principum eſt tuta nauigatio, & illis à dijs datum eſt ſummum rerum iudiciū, ſubditis obſequij gloria relicta.*

39 *Tempus eſt pendens baculus, quoad melius in certamine inſtruimur. Nautę comprimunt in tempeſtate rela, non illi ſe opponunt 40. omnes politici iubent temporibus parere 41.*

42 *Inobediens non dicitur qui iure reſiſtit, & quando quis dicatur obtemperare.*

43 *Iudex non debet obedire iniuſto* Principis præcepto.

44 Principis mādata intelliguntur procedere *ſi iuſtitia nitantur; quia non*

non pręsumitur velle nisi quod iustum est 45. Princeps non boni operis, sed mali est timor 46. & semel certioratus de litterarum suspensione legitima rursus non mandat exequi illas 47.

48 *Iudices libere, & non hesitantes votum & veritatem debent Principi ostendere, & pręstare.*

49 *Casus duo referuntur, vbi exequutio virtute decreti eximi Proregis facta, fuit reuocata sub pretextu quod absque partis citatione, & defensione extitisset actui mandata 50.*

51 *Exquutorialia debēt intimari parti contra quam sunt relaxata, & si contra Capitulum, Capitulo debent intimari, & non sufficit cuilibet Canonico, nisi congregari renuerunt canonici 52.*

53 *Citatio est de iurè Diuino, & non potest per Principem tolli.*

54 *Proreges non possunt exequutionem statuere contra non prauiè auditum.*

CAPVT XXII.

O Tempora, ò mores! cum Cicer. Orat. 2. ad Cathil. exclamabit Petrus cnī ex decreto excellentissimi domini,
1 ni, † Proregis ex abrupto interposito, & absque prauia causę cognitione impartito fere omni bonorum, quæ fortuna, & sudore parauerat, comodo spoliatus, autumans cum Pindaro in Isthmis ode. 3. Epodo vltim. sęculum per dierum reuolutionem transmutatum esse, & degenerauisse in aliud communis fuit non nostræ ætatis querimonià hæc, nulla annorum ambitu comprimēda, fallax tamen, † cum ferrea
2 tempora semper regnauere. Audi Senec. de benefic. cap. 10. *Communem fuisse hanc hominum querelam, addo & futuram; itaque sic finiamus, ne in nostro sæculo culpa subsidat, hoc nos querimur, hoc posteri nostri querentur, euersos esse mores, regnare nequitiam in deterius res humanas, & in omne scelus labi.* assidua fuit compellatio hæc apud homines, præcipui fortunæ ludo expositos, temporibus, & eorum intercapedini semper exosę, vndique turbidæ ærumnas adscribere, † pręsentià de-
3 plorare, alterius Sęculi effusa magni habere; non desunt testimonia magnorum virorū quæ communi calculo in eā sētenti ādiscedunt, qua res humanę in peius in deterius labi asseruntur: Vicent. Turturet. eos cōmemorat in suis paralel. & hic & iuridic. differt. 13. num. 43. Angoris stimulus, quo in ærumnis angimur ad sic iudicandum nos cogit; si remota tempora reuolui curamus, ipsa innauditis sceleratibus, technis, & machinationibus intri-
4 cata esse inueniemus: † in ipsa mundi infantia, cum vix fraternum nomen fuerat cognitum, pollutæ fuere fraternæ manus fraterno sanguine. Accidit etiam fratricidii hoc scelus Romæ nascentis cunabulis, in quibus fraterno

ternò primi maduerunt sangui-
ne muri: In duplici casu dum
Orbis, & vrbs in lucem parum-
5 pe prorumpebat, frater, † qui
summi affectus & vltimum be-
neuolentiæ est nomen Sauar. ad
Sydon.lib.1.epist.11.Apule. lib.
8.de Asin. aureo: dictus hinc
quasi ferè alter, vt post Nigid.
docet Gellius lib. 13. noctium
Attic. cap. 10. fratricida manu
6 apparet interemptus, † in vtroq;
hoc antiquato scelere fraternus
amor, qui inter eiusdem sangui-
nis ligamine ligatos in dissolubili
fœdere connectit, alligat, & il-
laqueat beneuolentiæ pignore,
Valer.lib.5 cap. 5. de beneuolen-
7 tia fratr. Plutarch. de frat. amor. †
Arnizæus de Republic.lib.1.cap.
1.sect.2.num.42.Don Didac.Al-
tamiran.ad l. c. cod. de filiis offi-
cial, qui in bello moriunt. cap.7.
num.68. reperitur sanguinolento
8 interitu deturpatus; † malitia
humana à longæuo cursu altas
radices eiecit, omniasæcula su-
cessiuo cursu in peius, & ruinam
fuisse dilapsa, si monumentorũ
memorias obliuioni mandatas
discutere conamur, palpabimus;
audi Ouid. qui inueteratæ huius
nequitiæ effectus à primordiis
parturientis naturæ delineat. 1.
metamorph.

Effodiuntur opes, irritamenta malorũ,
Iamque nocens ferrũm ferroque nocentiùs aurum
Prodierat; prodit bellum: quod pugnat vtroque,
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma:
Viuitur ex rapto; non hospes ab hospite tutus:
Non socer a genero, fratrum quoque gratia rara est:
Imminet exitio vir coniungis, illa mariti
Turida terribilis miscent aconita nouercæ:
Filius ante diem patrios inquirit in annos;
Victa iacet pietas: & virgo cæde madentes
Vltima Cælestum terras Astræa reliquit.

9 Si ad proximam, † vel nouis-
simam ætatem declinamur, hanc
reuolutam sceleribus, angustiis,
& conflictibus inueniemus; ab
anno 1652. in quo flagellum pe-
stis hoc regnum fere deuastauit,
tot volubili rotæ suppositi appa-
rẽt miserimè Sardorũ casus; vt re-
uolutionem hanc memoriæ mã-
dare magnum admirationis, le-
nocinium esset, adhuc sub cica-
trice vulnus reconditus, hoc re-
fricare mihi cordi haud recidet:
crede animi tranquilitatem, Rei-
publicæ quietem, gubernii re-
ctum moderamen, dissidiarum
exilium non a temporum muta-
tione pendere, quorum influxui
dominatur sapiens, sed à mali-
gno hominum genio, pulcher-
rima extat huius veritatis senten-
10 tia apud Tacit. lib. 1. histor. *ibi:* †
*nonne successore Mucianus, et Me-
tellus? et magis alii homines, quam
alii mores.* Calamitas temporum,
quam experimur, & experti
sumus in hoc Sardoo Regno
iterato cursu, & aduerso sydere.

non illorum vicissitudini, sed nostræ malignitati & deprauato
11 commercio adscribenda venit. †Ipsi nos in causa reponimus, vt anxiè alterius ruinæ studeamus, vt dissidiæ tenui inhærentes filo, & à puerilibus concitatæ fere decertationibus inter Vrbem, & Vrbem, gentem, & gentem, opidum, & oppida, magno publicæ vtilitatis dispendio versentur, & tempora in prius dilabi, & nequitiam regnare experiamur, nobis hæc tribuenda, non querelas in tempora proferre fas constituitur. Comprimat Senec epist. 97. conatum, *ibi: erras mi Lacili si existimas nostri esse sæculi vitium, luxuriam, et negligentiam boni moris, et alia quę abicit sui quisque temporibus; hominum sunt ista, non temporum, nulla ætas vacauit a culpa*.

Petri querela inheret spolio sibi ex ordine Proregeis facto ex simplici decreto, cui inferior obtemperauit absque partis precise auditæ citatione, sicque illum
12 spoliare visus fuit; †Iudex procedens ex abrupto, & iuris ordinè non seruato dicitur partem spoliare text. in cap. ex insinuatione de procur. Aym. cons. 140. num. 2. Rot. recent. decis. 304. nu. 18. Surd. cons. 168. num. 25. lib. 2. Mangil. de subhastat. q. 81. nu. 4. Postius de manut. obseruat. 82. n. 5. ratio quia sic tunc procedens
13 æquiparatur priuato, † ex notatis per DD. in cap. quærente de restitut. spoliat. Grau. cons. 140. nu. 2. Rota apud Post. decis. 350. n. 2. Viuian. Giroch. disert. 78. nu. 69. quod spolium dicitur cõmissum ab ipsamet parte aduersariâ, ad cuius iudicialem instantiam fuit commissum, interponendo excellentissimo Prorege decretum precibus illius, quod Iudex enim illum in possesionem mitteret certi prædii in supplicatione designati, cui decreto nec Petro requisito, nec vocato, & citato inferiori libenter, seu metu compulsus obtemperauit, hinc nullitas, & iniustitia, hinc spolium, quod cum stante parte fuerit patratum, dicitur ab ipsamet parte confectum; iuxta vulgare dicterium iudicis nulliter procedentis factum reputatur in iure ipsiusmet partis factum, & opus, text. in l. si ob causam ff. de euictionib. exornat. Caual decis. 539. num. 9. Anton. Fab. lib. 8. tit. 17. diffin. 27. num. 4. Apont. de potest. Proreg. tit 4. §. 5. num. 9. Gratian. discep. forens. cap. 3. num. 22. Mangil. de subhastat. loc. cit. Paresca. de instr. edit tit. 6. resol. 3. nu. 91. Arias de Mes. var. resol lib. 1. cap. 6. n. 6. Viuian. Giroch. discept. 78. num. 70. Olea de cess. iur. tit. 5. q. 13. nu. 3. Stante qua immisione nulliter à iudice impartita poterat iure optimo Petrus possessionem propria authoritate incontinenti recuperare absque vitio spolii iuxta opinionem Alexand. l. à Diuo pio §. si post addictum num. 6. de re iudicat. quę placuit. Rotę ex eo quod non versetur discrimen inter priuatum, & iudicem, quando hic nulliter procedit, qua hypo-

poteſi poſſe reintegrationem pro-
pria authoritate vindicari decre-
uit apud Poſt. deciſ. 350. nu.1.
2. 3.

Etſi pars ſpoliata poſſeſſione
corporali per iudicem abſque iu-
diciali tela progredientem, ſe
16 non haberet pro ſpoliata, † poſſet
vtique ratione poſſeſſionis ciuilis,
quam in animo retinet, iudici-
um poſſeſſorium manutenendæ
intendere probans ſuam poſſeſ-
ſionem habitam ante factum iu-
dicis, per quod non fuiſſe priua-
tum illa, ſicque manutenendum
fore deducens, ad cuius fauorem
manutentio impartienda veniret
iuxta canonizatam deciſionem
Rotæ 812.part.1. diuerſ. & deciſ.
106.num.2.deciſ.135.nu.3. part.
2. & alibi pluries, vbi habetur
ſpoliatum à iudice, ſe haud con-
fitentem, & habentem pro tali
poſſe manutentionis remedium
intendere, & obtinere; quem
punctum ad longum reuoluit
Capic. Latr. deciſ. 190. tom.2.n.
18. Viuian. Giroch. diſsert. 56. nu
85. euenit in Ioſepho Solinas
17 Oppidi de Codrongianos, † qui
anno 1661. fuit à poſſeſsione bo-
norum eius patrui Rectoris An-
dreæ Solinas ſpoliatus inſtante
Don Simeone Figos, & Fran-
ciſca Garao virtute cuiuſdam
decreti obtenti ab Excellentiſsi-
mo Domino Marchione de Ca-
ſtel Rodrigo illo tunc Regni
moderatore per officialem oppidi
de Codrongianos abſque citatio-
ne dicti Solinas exequuto, qui po-
ſtea fuit reintegratus corporaliter
in poſſeſsionem, & manutentus
in illa mediante ſententia per
Regiam Audientiam interpoſi-
tâ Relatore Dominos Don Ga-
uino Liperi, & Paliathis: nec ſi-
bi nouitatem parturiens conſti-
tuatur, poſſe obtineri, manuten-
tionem abſque corporali poſſeſ-
18 ſione, † cum ſat ſit ad illam im-
petrandam ciuilis quæ animo
inhęret, cuius virtute per conſe-
quentiam venit corporalis, &
reſpectu vtriuſque arridet inter-
dictum retinendæ ad longum
in 1. tom. diſſert. exhibui diſſert.
12. num. 33. & tenent. Mantic.
deciſ. 185. num. 4. Statil. Pacif.
de Saluian. interdict. poſt tract.
deciſ. 169. num. 6. Mareſcot var.
part.2.cap.64. Giurb. obſeruat. 13.
num. 8 Poſt. de manutent. obſer.
78. num. 4. & obſer. 18. num. 25.
Capic. Latr. deciſ. 190. num. 5. lib.
2. Cyriac. controuer. 10. num. 10.

Decernerat in pręſenti theſi
Dominus Prorex ad petitionem
N. (nomina omnium paginæ
haud mitto extrinſicè motus, me-
mor ero caſuum ſimilium, ex
quibus qui in humanis agunt ſu-
19 preſſum poterit auſpicare) † exe-
cutionem contra Petrum Fundi
ſat valoris, commendauit hanc
N. iudici inferiori, coram quo
compulſus reus, & ego qui par-
tes illius foueban, firmãtes de iu-
re, executionis decreto haud no-
tificato Petro oppoſitionem faci-
entes comparuimus; conatus nõ
impoſsibilia venabatur, aut in
iure incognita, ad deductionem
iurium illi arridentium tende-
bat

bat; nescio si aliqui aliquantulũ versatus intra iurisprudentiæ præcepta hæsitauerit, posse ex abrupto, truncatis defensionibus, reuoluto iuris ordine, ad nutum partis exequutionem decerni; & si in hoc dubium allucinari posset, quod haud perci-
20 pio, sed ne detestor; † patet enim me hominum opiniones esse varias sub discrimine, & non acordi ligammè repositas Francisc. Maria de Prato practic. obseru. cap 27. nu. 1. prout horologia quę punctuatim coæquali sonitu raro concutiunt, vt dixit Seneca, & refert Fontanel. in epistol ad Lector. tom. 2. decis. vbi adiungit esse tam vagum, errabile, & vndique fluctuans opinionum pelagum, vt si quis veram aliquam asserere auderet, posset retorqueri illi Pilati interrogatio facta Domino, *quid est veritas*; non tamen dubietas subingredi valet, vt reo cõparente & opponente, sit iste audiendus, repellendus, si ius nõ foueat, ab soluendus si exceptioni legitimæ inhęreat: ratio ipsa solo numine munita, pellicit, suadet, & edocet hoc; pręscribit, vt videbimus, vtraquè iuris prudentia, quod iudex inferior teneatur illum audire, consulere, et rescribere Principi interim ab exequutione se abstinendo, per quam oppositionem pręceptum exequutiuũ resoluitur in simplicem citationem; lapis hic quem reuoluo, non duritiem intellectionis continet, iàm diu digestus à nostræ scientię asseclis apparet, quem nunc reuoluere fere proponitur; puto illum tam dubio omni vacantem, vt valeã cum iuris consulto in l. si ita qui stipulatus N. de euict. illius verba vsurpans dicere, *quod hoc nemo sanus negauit*. Credo iudicem metu, vt autumabat, non spernendi præceptũ Principis, motũ fuisse ad exequutionem decreti, sed, ò bone Deus, quos scopus hic in auernum præcipites dedit: haud æquè suo incumbere muneri iudex queit nisi etiam mortis contemptum, si occasio vrgeat circà rectam operationem, & moderationem illius exhibeat & habeat; mortis enim contemptus dicitur victoriarum artifex teste Tito Liuio lib. 22. cap. 44. vbi Annibal ad milites hæc facit verba: *mortis contemptu vicistis, nullum incitamentum ad vicendum homini à Dijs immortalibus acrius*
21 *datum est*. † Docet Altamiran. in rubric. cod. de filiis official qui in bello moriunt. cap. 4. nu 76. deponi debet pauor hic aut officium, vel conscientia in quo medietas videtur venabilis Merlin.
22 cent. 2. controu. 37. n. 2. † veritas hæc à diuino ore fluit apud Ecclesiastic. cap. 7. ibi; *noli quærere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciẽ potentis, & ponas scandalum in iniquitate tua*. Ad longum Marques de gubernat. Christian. lib. 1. cap. 6 §. 3. fol. 33. lit. Ricol 1. audiãt quęso moderantes Rempublicã verba sat admiranda, reponenda mentis

tis

tis chartophilatio, infculpendam illo tamquā in plumbi lamina Q. S. Sceuolæ coacti ab Imperatore,
23† vt fententiam contra Marium tanquam contra hoftem pariæ proferret: qui refpondit: *licèt mihi agmina militum, quibus curiam circumdediftis oftentes, licèt mortem identidem mineris, numquam tamen efficies, vt propter exiguum fenilem fanguinem meum Marium, a quo vrbs, & Italia conferuata eft, hoftem iudicem*. Refert Nicol. Vernuel. inftit. politic. lib. 2 cap. tit. 3. lachrlmis exarari opportet quā te-
24nues imbecilles, † & omni alcæ temporis expofitos tamquam fluctuantes intra æquores vortices quam plurimi animos nutriant, vt ipfamet vmbra incutiat, & cōcutiat illos, fonitus pauefaciat, facies cōturbet recte Senec fuo more in libr. de anim. tranquilit. queritur, *ad tantas ineptias peruentum eft vt non dolore tantum, fed doloris opinione vexemus*.

Ad calcem petitionis actoris fe ius in fundo fpolio fuppofito habere afferentis, interpofitum fuit decretum Proregis, quod iudex n. inferior illum in poffeffionem petiti fundi mittere intra octo deberet; *Fulano iuez de tal lugar ponga en poffefsion de tal heredad dentro de ocho dias el fupplicante*. In
25 hoc decreto clare, † fi exequendū venit abfque partis citatione, prout exequutum fuit, defenfio, quæ eft de iure naturæ de medio tollitur, quod effici nequit; funt aperta iuris brocardica, quæ hoc theorema comprobant Clement. paftoralis de re iudicat l. 1. §. cum autem ff. fi quadrup. Pauper. fecif. dicat. hoc refpicit quod à Salgad. afferitur in tract. de reg. protect. par. 2. cap. 1. n. 131. nō poffe Principem decernere, vt quis cōdemnetur abfque debitis probationibus tamquam concernentibus ius naturale defenfionis; cui nec ipfemet tamquam non Dominus fui ipfius l. liber homo, ff ad leg.
26 aquiliam. poterit cedere, † & renunciare; quapropter licet reus confeffus, & conuictus tempus ad fe defendendum non petat, fed refpuat, illi erit ex officio ob prędictam rationem impartiendum, Farinac. in prax. q. 39. num. 35. Caball. in refol. criminal. centur. 1. cafu 41. Peguera in prax. cap. 22. §. 6. Almont. ad defenf. reor. difcept. crimin. 32. nu. 27. Amefcua de poteft. in femetipfum, lib. 1. cap. 19. num. 15. quæ omnia alii cardini haud inhęrens nifi quia defenfio percutit ius natura-
27 le, † cui nec condemnandus poteft renunciare, Fragof de regim. Reip. tom. 1. difput. 12. lib. 5. nu. 305. nec Princeps præiudicium
28 inferre illam vulnerans, † & abducens. Caball. tract. de omn. gener. homic. nu. 425. Berat. in fpecul. vifitat. cap. 17. num. 84. Cardof. in prax. verbo defenfio, Dian. in appendic. tom. 3. in addit ad refol. 29. verfic. fuppono primo, Valenzuel. conf. 60 nu. 20. Rodulphin. tract. de abfol. poteft. Princip. cap. 6. nu. 89. Rouit. in addit ad pragm. 1. de bon. fpoliator. num. 2. Matthias Berlinch.

pra-

practic. conclus. tom. 4. cap. 12. nu. 9. audi Proregem Festum in actis Apostolos cap. 25. *non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem, priusquam is qui accusatus praesentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad absolaenda crimina, quae ei obijciuntur*. Sunt haec naturalia, † & sic
29 immutabilia, Narbon. de aetat. ad omn. human requisit. ann. 20. cap. 3. num. 1. Ganauer. decis. 36. nu. 20. quibus Princeps subest tāquam creatura, qui dicitur positus superius positiuum non naturale, Ramires ad leg. Regiam, §. 29. num. 1. & 3. Paul. Rube. resol. de testam. cap. 1. n. 22. Franc. Rocco resp. 2. nu. 3. concordi haud recidet potestatis Principis lapidem reuoluere, † quod repudiant
30 iura ad instar sacrilegij l. disputare cod. de sacrileg. licèt de facto ex eius beneplacito ac clementia soleat in aulis & tribunalibus in dubiū vocari l. ex facto, ff. de vulgar. Rocco. respons. 100. tom. 2. illum de iniustitia arguere, vel de praecipitantia increpare, sunt haec odium parturiētia & extra conatum calami percuto solum iudicis exequentis ignorantiam, † sermo meus illum terminat; obstringebatur partem citare ipsum audire si vellet, & postea vel eum damnare, absoluere. vel Principi rescribere ac consulere, & non ex abrupto obtusis auribus cęcè, & ignare exequutioni mādare Principis decretū quod in iudicabilibus haud exequi opportet quando agitur de partis pręiudicio absque illius citatione, cuius appositio si accepat tunc resoluitur decretum in simplicem citationem facit text. in cap. *Deus omnipotens, vt nos à praecipitatae sententiae prolatione compesceret, cum nuda omnia, & aperta sint oculis eius, mala tamen sodomę noluit audita iudicare priusquam manifeste agnosceret quae dicebantur*, vnde ipse ait: *descendam, & videbo virum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint*. text. expressi in cap. si dominus, & in cap qui resistit. 11. q. 3. Grammatic voto 32. num. 10. Rota apud Post. decis. 350. nu. 1. Cap. Latro decis. 190. lib. 2. num. 31. *ibi propterea non potuit dicta Regia Audientia sic ex abrupto procedere, & praecepto tam iniusto obedire*. Cum Viuio Farinac. & aliis. Regens Galeot. controu. 49. num. 6. & 7. lib. 2. qui adducit textum in l. 4. cod. si contra ius 161. *& si non cognitio, sed exequutio mandetur, & de veritate precum inquiri opportet, vt si fraus interuenerit, de omni negotio cognoscatur*. Franc. Rocc. resp. 100. tom. 2. n. 1. & 2.

Pari modo monasteria concessa, ad quae obtinenda recquiritur speciale mandatum Vgolin. de procur. lib. 2. cap. 5. nu. 218. si pars se opponat ad illa impedienda resoluuntur in simplicem citationem Gutier. lib. 1. qq. Canonic. cap. 11. n. 82. Lazar. de monitor. Canonic. q. 1. lect. 4. n. 2. obstingebatur iudex decretū Principis parti alteri intimari facere, ipsum audire, ipso audito si ratio constringebat ad illius fauorem

in

in exequutione ſuperſedere, Principi reſcribere, & conſulere ſuper iuſtitia arridenti illi contra quē exequutio in reſcripto decernitur: Text. in cap. ſi quando in fine de reſcript. *ibi: per litteras tuas quare adimplere non poſſis, rationabilem cauſam prætendas: quia patienter ſuſtinebimus, † non feceris,*
51 *quod praua nobis fuerit inſinuatione ſugeſtum.*

Quem textum probare præceptum iniuſtum Principis vbi apparet durum, aſperum, vel contra iuſtitiā commutatiuam adhibitum nō eſſe exequendum, ſed per partis oppoſitionē reſolui in ſimplicem citationem, & ad illius exequutionē interponendā eſſe cauſæ cognitionē per iudicē exequutorē dicit Iacob. de Graſſ. in deciſionib. aur. part. 1. lib. 2. cap. 12. à nu. 22. præcipuè nu. 13. & conſulendum eſſe, & replicandū vſque ad ſecundam iuſſionem tenet Couar. practic. cap. 35 num. 6. Roderic. Yuar. allegat. 12. num. 49. & 50. Cened. ad decret collect. 3. nu 2. vbi n. 3. tenet aliàs peccare letaliter iudicem plures refert Valdes ad Yuar ad leg. Regni ſ. eſt alius caſus notab 12. pag. 100. eſt textus in l. ſicut. cod. de pagan. l. reſcripta 7. cod. de precib. imperat offerend. exornant Bouadill. in politic. lib. 1. cap. 13. nu. 42. Capic Latr. deciſ. 190. n. 31. & deciſ. 144. nu. 7. lib. 2. de Pont. deciſ. 23. in princip. Boc. dict reſp. 100. nu. 3. Io. Baptiſt. ſin. de regul. iuris Omil. 33. verſic benigniſſima. Cyriac. niger controu. 59. nu. 3. Salgad de retention bullar. 1. p. cap. 3. nu. 21. quo interpoſito quando iudex inferior reum legitima exceptione tutum nollet abſoluere ſaltim poterit recurri à Principe male informato ad ipſum bene informatum L. ſl. Altograd. conſ. 102. nu. 6. tom 2.

Dicebat iudex hic, prout alii obedientiā mandatis Principis, eſſe nauigationē tutā ex Ioā. Climac. c. 4. vſurpans verba Cornel. Taciti lib. 6. annal. reſpodebat,
38 non eſſe illius, † ſcrinium pectoris Principis indagare, cui ſummum rerum iudicium dii dedere, ſubditis vero obſequii gloriam; temporis reuolutioni, vt putabat, & ſucumbebat dicens, neſcio qua fronte iuxta Phyloſophum, tempus eſſe pendentem
39 baculum, † quoad melius in certamine inſtruimur. Parexa de inſtrum. edit. titul. 10. reſol. 4. tom. 2. nu. 37. cui ſe accomodare intendebat votum Claudiani colens, †
40 dicentis, *nautę contrahunt in tempeſtate vela non illi ſe opponunt*; politicorum ſententia hæc eſt ex Ciceron. prout refert. Nycol. Vernul. inſtitut. polit lib. 1. cap. 17. in princip. *ibi* tempo ribus parere
41 omnes politici. † Sed haud amplexanda præſenti ſermone in diſpendium cum nocumento illarum in materia iudiciaria, cui axiomata iacta haud cohærent,
42 & propriæ conſcientię ruina: † non dicitur inobediens, qui iure contendit reſiſtere Menoch. conſ. 28. nu. 19. obtemperare dicitur, qui legibus, & ſtatutis & recti

placitis obtemperat Cicer. lib. 1. de legibus, etiam si quis vitæ discrimini suponantur rem euidentes iniustam haud queit exequi,
43 † Durus de pascuo in aulico politico. Marques de gubernator. Christian. lib. 1. cap. 8. §. 1. in fin. hæc iuri non sunt exosa religioni christianæ cohærent, pietati arrident, haud comprimenda de lenda, vel obuianda exquolibet intuitu, concinit. Eccle siast. cap 4. *Verbum non est retinendum in tempore salutis neque abscondita sapientia in decore suo*. Hæc haud Prin-
44 cipi displicent, † cuius mandata tacitè intelliguntur procedere si iustitia nitantur Bald. in l. 1. nu. 8. in fin. ff. de constit. Princip. *ibi* sub nu 13. inquit, quod Principi non præsumitur placere, nisi iustum & verum, & quod velit omnes actus suos regulari à iusti-
55 tia poli, † & fori Cyriac. controu. 59. n. 9. Aponte de potest. Proreg. in princip. à nu. 33. Capic. Latr. decis. 190. num. 33. Tapia decis. 9. sup. consil. nu. 68. Carol. Marant. respons. 53. num. 38. tom. 4. Paul. Rubeus pract. de testam. cap. 53. nu. 186. & cap. 83. nu. 151. Franc. Bocc. respons. 100. n. 8. Ainichin. de præuent. instrument. q 8. sub n. 21. fol. 228. est text. in cap. dilecti de dolo, & contumac. Cuius obiectum est, inquit Aristotel. lib. 5. politic. cap. 10. quod iustum est pluribus laudatis Salgad. de retent. bullar. 1. part. cap. 7. nu. 1. dictus iustitia animata & lex viua in terris. In authentic. de consulib. in fin. Isern. in cap. 1. num. 2. in fine, quid sit inuestit. Bocco respons. 49. tom. 1. num. 6. quod si corrumpatur, Reipublicæ ruinam ex specta Plat. lib. 4. de legib inquit: *paratum exitum illi Ciuitati video, in qua non lex Magistratibus, sed legi Magistratibus præsunt.*

Deponatur pauor, resurgamus a somno, à iustitia prælibamus vires, haud adictum fundæ veluti pueri contremiscat animus, Princeps non boni operis,
46 † sed mali est timor iuxta Diuū Paulum ad Roman. cap. 13. vis ergo non timore potestatem, bonum fac. Mart. de iurisdit. 1. part. cap. 24. nu. 58. Salgad. de retent. Bullar 2. part. cap. 24. num. 25. illi à Deo assignata est potestas ad ædificationem, non in destructionem: semel certioratus de iusta causa suspensionis suarū litterarum eas insuper exequen-
47 das non mandat, † tex. in cap. *Nos si incompetenter aliquid egimus & subditis iustæ legis tramitem non conseruauimus, vestro, ac missorum vestrorum cuncta volumus emendare iudicio*. 2. q. 7. idem Salgad. 1. part. cap. 3. §. vnic. nu 49. haud amaro palato hęc degustat Princeps Christianus, animo hilari illa subit, licèt aliquando constituatur rigidi aspectus, quéo ptimi consiliarii non debent per
48 horrescere, † sed & cum iustitiæ recto dictamine, & omni ex trinseco metu supposito libere, & non hæsitantes consilium votum, veritatem debent præstare, adhibere, & ostendere. Petrus Gregor. lib. 29. de Republic. cap. 6. num. 5. ex Plin. epistol. 9. lib. 3. Cornel. Tacit lib. 4. & 11. Annal. Tradit. Lel. Zech. lib. 2. de Princip. cap. 1. nu.

nu. 8. fuſe Valenzuela conſ. 162.
ex nu. 51. tom. 2. multa alia in hac
49 materia exarare poſsem, † illa
conſulto omitto ne in longius
abſque fruge diſſoluatur oratio.
Petrus illo tunc haud optatum
obtinuit ſcopũ; pẽdet adhuc inde-
ciſus conatus: patet me in aliis
caſibus eiuſdẽ fere ſpeciei deciſio-
nem obtentam fuiſſe. D. Ioan-
ni Manca de Larca ciuitatis Saſ-
ſeris fuerat virtute cuiuſdam de-
creti ſuæ Excellentiæ facta exe-
quutio quinquaginta librarum
abſque illius citatione, & præuia
cauſæ cognitione ad iſtantiam
Glerici de Vrſena oppidi de Oſſi,
50 † ipſo comparente fuit exequutio
per Regentem Regiæ Audientię
reuocata tamquam nulla. Idem
euenit in perſona D. Iacobi Ali-
ueſi, & aliorum, quorum minor
haud conſtituor; quia negocium
ſub modicà difficultate reponi-
tur, & occaſio non vrget.

Quorum plura? licet ſententia
in rem iudicatam tranſacta prę-
ambula appareret, exequutorialia
relaxata, & alteri commiſſa, qua
hypotheſi merus exequutor dice-
51 retur hic, † cui exequutio commi-
titur, vt dicam inferius diuerſo
capite, nihilominus, illa man-
dari exequutioni haud poſſet, niſi
adhibita citatione exequendi, &
notificatione exequutorialiũ, iu-
xta inuiolabilẽ ſtylum Rotę Ro-
manæ, aliàs nulla efficeretur, vt
ad longum docet Salgad. de Reg.
protect. part. 4. cap. 1. n. 72. Seraph.
decif. 1116. tom. 2. vbi adiungit, &
refert deciſum, exequutorialia
52 contra capitulum directa, † de-
bere intimari toto capitulo, &
non ſingulis capitulariter non
congregatis, quod intelligitur,
niſi capitulares requiſiti de con-
gregatione capituli, renuerent
illam, quo caſu poterunt cuili-
bet canonico per ſe intimari exe-
quutorialia Ludouiſ. deciſ. 584. n.
2. 5. & 6. docent hæc & inculcant
abſq; præuia citatione haud exe-
quutionem actui poſſe mandari,
Fragoſ. de Regimin. Reipublic.
to. 1. p. 1 lib. 5. diſp. 12. fol. 500. nu.
12. 13. non tantum in ſimplici
decreto, ſed & poſt ſententiam
ſubſequto; & caſu quo reum ex-
ceptio aliqua exequutionẽ remo-
rans tangeret, illud eſſe audien-
dum; cuius defectus dicitur inſa-
nabilis tamquam terminans ius
naturale, & diuinum, citatio
enim dicitur, & eſt de iure Di-
uino extra Principis poteſtatis
53 ſphæram repoſita, † cap. Omni-
potens Deus 2. q. c. Anton. Virgil
de legitim. perſon. cap. 8. nu. 19.
Franciſc. Bocc. reſponſ. 78. nu. 9.
Daumoder. de pupill. patrocin.
cap. 9. n. 65.

Accedebat Proreges, ſeu lo-
cum tenentes generales Domini
Regis in negociis iuſtitię ſufra-
gium haud habere, imo reſolu-
tionem maioris partis Senatorũ
54 obnoxios eſſe † ſectari Fontan. de
pact. nuptial. clauſul. 3. gloſ. 3. nu.
74. Ramon. conſ. 27. nu. 9. adeſt in
Regno Sardinię Regia ſanctio in
cap. 141. tit. 1. hoc præſcribens, iux-
ta quã interdicta apparet facultas
Pro regibus votum adhibendi in

causis iustitiæ necessario tenentur iudicum suffragia tamquam peritorum in illis adhibere, insequi & per singulare illorum dictamen nequeunt causas decernere, de eodem Sardiniç Regno nouissime D. Michael Corciad. decis. 27. nu. 41. deciderent autem illas, truncatis defensionibus, perturbato iuris ordine reuoluta iudicandi norma, si simplici illorum decreto adscriberetur iustitiæ cõmutatiuæ distributio inhæret litigantium conatus decisio repugnat modus sic causas discernendi Regiç sanctioni, repugnant ordini iudiciario per quam lites suo marte decurrerç expedit Olea de cession. iur. tit. 2 q 4. n. 1. opponitur litteris Domini nostri Regis reconditis in charrophilatio res scriptorum regiorum insulç Sardoæ fol. 38*i* vbi, ciuiles causas decidẽdas fore per iudicãtium placita, non per pro regis arbitrium præscribitur, quibus illæsa potestas semper retinetur, constrigendi metam ad iustitiæ expeditionem interponendam, & alia condenda, quæ in iure illis arrident, et etiam exequutionẽ contra debitores decernendi, quorum si oppositio accedat, via ordinaria debet de iuribus illorum cognosci, perquam decretum illud in simplicem citationem conuertitur, vt superiori cera dicebamus; merito euincitur Dominos Proreges haud posse decreta hæc reluctante reo interponere, nec exequutiones contra preuiè haud auditum, & per iudices non condemnatum statuere, Matthias Berlinch. practicar. conclus. cap. 33. num. 64. tom. 1. quorum est peculiare causarum decisioni incumbere, Proregis vero illorum suffragia insequi. Thoro in compend. decis. 1. part. verbo sententia sacri concilii fol. 500. Faber. in Codic. lib. 1. tit. 7. deffin. 2. Cabed. decis. 6. Phæb. decis. 67. his laudatis Costiada nu. 41. Matheu. de Regim. Regni Valent. tom. 1. cap. 2. n. 60. & 188.

ARGVMENTVM.

Assertio per modum negotiationis testatoris concepta, se nulla alia bona in aliqua hæreditate inuenisse affirmantis, vtrum possit impugnari ab hæredibus, probando alia bona, quç in minuta testatoris non compræhenduntur, ad fuisse? Discernitur vtrum hæredes possint defunctum de fraude, vel de mandato arguere absque metu incursus alicuius pœnæ.

SVMMARIVM.

1 *Casus præsentis controuersiæ proponitur* 3.
2 *Discordia solet versari inter fratres ex bonorum commixtione.*
4 *Hæres & defunctus reputantur pro eadem persona potest conueniri* 5. *& etiam inibi arrestari* 6. *quoniam ad personas à rebus firmum est argumentum* 7. 8. *pro expensis, vero contumacia defuncti non* 10. *licèt contumax possit pro contumacia arrestari* 9. *nec in expen-*

expenſas contumacia defuncti erit condemnandus 11. 12. refertur deciſio Regia audientia hoc comprobantis 13.

14 Hæres adeundo hæreditatem, quaſi contrahit cum legatarijs, & hereditarijs creditoribus, per aditionem ſuſcipit omnia hæreditaria onera 15. vtrum poſsit conueniri in loco aditionis 16. & adeundo contrahit de voluntate defuncti adimplenda 17.

18 Hæres haud poteſt venire contra factum defuncti ampliatur in hærede heredis 19. quia hæres hæredis dicitur teſtatoris heres 20. etiã poſt tertium gradum 21. & hoc proprie, & ficte 23. 30. niſi dixit infraſcriptum hæredem, qua dictio non comprehendit heredem heredis 31.

22 Legata relicta ab herede, debentur ab hærede heredis.

24 Heres neque ex propria perſona, aut facto, contra factum defuncti venire queit.

25 Feudum alienatum, heres, haud poteſt repetere niſi refuſo pretio emptori, præcipue ſi feudum eſt hæreditarium 26. & quid in feudo ex pacto & prouidentia 27. licet inuentarium confecerit heres 32. intelligitur reſpectu quotę hereditatis, quam à defuncto percepit 33. 34. ſi nulliter fuerit feudum alienatum poterit reuindicari ab herede, & alienãte 44. 45

28 Dos promiſſa non poteſt reuocari ab hærede, ſi deceſſerit qui dedit, ſed tenetur conſentire.

29 Hæredes adeundo hereditatem, ſe obligat de adimplendo omnia quæ defunctus adimplere tenebatur.

35 Bona propria, & heredum ſi teſtator obligauit, valida eſt obligatio, & quid ſi dixit, quod obligabat bona propria, & hæredis 36.

37 Turpitudo teſtatoris non poteſt ab herede adduci, nec fraus 38.

39 Aſſertio teſtatoris tot bona inueniſſe in aliqua hereditate, & non alia, non poteſt impugnari ab hæredibus.

40 Inuentarium bona plurimorum in eamdem perſonam conflata retinet ſeparata iura, & conſeruat reſpectu cuiuslibet ſuam antelationem 41.

42 Factum defuncti ſi eſt nullum, poteſt heres hanc nullitatem in iudicio deducere 46.

47 Fraus inuentarij debet probari concludenter, probando bona quę præſumuntur defraudata fuiſſe in poſſe teſtatoris tempore obitus, & teſtibus ſingularibus non creditur, nec eſt locus iuramento ſupletorio 48.

49 Fraudolẽtum ſi eſt factum defuncti, haeredes poterunt hanc fraudem obijcere intelligitur quando cum fraude concurreret nullitas ſic diſtinguitur, & conciliatur opinio oppoſita num. 51. 52. ratio affertur num. 53. & vtrum poſſit teſtator per haeredes de mendacio increpari repugnantes aſſertioni illius 55. 56.

50 Simulatio contractus poteſt per haeredes obijci abſque metu alicuius pœnae.

54 Dolus praeſumitur in omeſsione inuentarij.

54 Fideicommiſſarius agens ad fideicom-

commissum, praecipuè certae rei debet probare rem subiectam fideicommisso fuisse tempore relicti fideicommissi in posse fidei comitentis, fallit si testator in testamẽto dixerit esse rem suam, qua assertio, haud poterit impugnari per haredes 59. & non probata identitate rei iudex potest declarare conditionem fideicommissi euenisse reseruato iure ad probationem rerum illi suppositarum 58.

60 *Inuentarium à testatore confectum paulo ante eius obitum haeredem releuat ab onere aliud conficiendi, probat contra haeredem 61. & nõ admittitur probatio in contrarium 62.*

63 *Legando testator rem communem, quam cum haerede habebat si diceret legare omnem rem, tunc absque diminutione debetur legatum.*

64 *Declaratio istius casus sat controuersi refertur.*

65 *Assertio testatoris per modum abnegationis concepta potest per haeredes impugnari, & per illum met testatorem 70.*

65 *Mors est horrendissimus horror; in cuius angore discursus obcaecantur organa, sensus omnes perturbantur 67. cuius nuda cogitatione humana fragilitas marcescit 68. ex timore proximi, & tremendi iudicij.*

CAPVT XXIII.

INTER nobilem Rosam Tola tutricem filiorum Don Francisci Tola, & Don Ioannem Baptistam Nurqui,
1 ✝ tanquam maritum nobilis victoriæ Tola filiæ dicti nobilis Francisci, vertebatur lis in tribunali Regiæ Gubernationis ciuitatis Saxeris super petitione legitimæ debitæ in paternis bonis prædictæ nobili victoriæ, tanquam testamentarię hæredi alterius defunctæ sororis tempore epydemiæ, in liquidatione bonorum Patris, actum fuit de illorum separatione, attento quod reuoluta, & imixta iacebant cum hæreditate Doctoris Gauini Tauera Plebani Oppidi de Osilo, quę quidem hæreditas subiecta fideicommisso ad fauorem filiorum Don Francisci Tola, ex secundis votis susceptorum inueniebatur distinctè separatio hæc haud potuit sortiri; Pater tempore immissionis in bona fideicommissi, haud repertorium confecerat cõplectè, solum tempore suæ vltimę voluntatis sanctionis tot, & talia bona inuenisse in ciuitate Saxeris, quę inuẽtario supposita erãt, & tot in Oppido Osili, quorum repertorium, haud confecerat asseruit, erant bona Plebani diuisa & diffusa duplici in loco, in vno defunctus pater inuentarium adhibuit, in alio omisit, ex hac omis-

omiſſione confuſio hæreditatum oriebatur, ſeparatio illarum, haud ſortiri iuxta conatum tutricis filiorum ſecundi matrimonii po-
2 terat, hinc diſſidium, † hinc diſcordia, quæ inter fratres ex bonorum commixtione ſolet venari l. cum pater §. dulciſſimis l. lucius in princip. l. caius ff. de legat. 2. l. ſi non ſortem §. ſi centum ff. de cōdit. indebit. l. in re communi de ſeruit. vrb. præd. Ariſtot. lib. 2. politic. cap. 3. Bodin. lib. 1. de republic. cap. 2. Bouadil. in polit. lib. 1. cap. 1. n. 19. Fabius Turturetus in paralel. et hic fol. 349. cap. 41. dicebat actor nobilis de Nurqui ſtandum eſſe aſſertioni teſtatoris, circa omiſſa bona in inuentario, illumque non poſſe de fraude, vel errore increpari à ſuis hæredibus, quos præciſe factum de-
3 functi approbare, † emologare, & laudare obnoxios eſſe aſſerebat. Hic eſt caſus qui per me non tenui ſudore tanquam aduocatum litis fuit diſcuſſus, hic grauiori pondere diſcutiendus venit: vtrū hæres, factū defuncti fuiſſe fraudolētum & erroneum poſſit obiicere?

Hæredum conatus tendens ad impugnandam patris aſſertionē circa bona omiſſa in inuentario,
4 † alia magni valoris fuiſſe abſcōdita, ſiue obliuioni tradita, ſicque inuentarium remanere fraudolētum contendentium, videtur pugnare contra iuris præcepta, per quæ hæredem iacere obnoxium ad defuncti factum approbandū, nec audiendum eſſe contra illud tendentem præſcribitur: nam hæres & defunctus in iure reputantur & habentur pro eadem perſona §. 1. authentic. de iur. à morient. præſtit. *ibi cum vtique noſtris videtur legibus vnam quodāmodo eſſe perſonam hæredis & eius qui in eum tranſmittit hæreditatem* l. cum à matre cod. de rei vindicat. l. hæredem 60. de regul. iur. l. hæreſ. 22. de vſucap. leg. ceptam ff. eod. l. 11. de liber. & poſthu. l. final. cod. de impub. & aliis ſubſtitut. exornant ex modernis Matthias Berlinch. pratic. concluſ. tom. 1. cap. 75. num. 8. Carleu. de iudic. tom. 2. titul. 3. diſp. 9. nu. 2. Carol. Marant. reſponſ. 30. nu. 3. par. 5. Paul. Rube. pratic. de teſtam. cap. 92. num. 86. quæ fictio iuris repreſentationis identitatis perſonarum in cauſa cōſtituitur, vt ſi defunctus ſe ſubmiſerat alicui iudici, vel loco, hæredes eius coram eo, & in eodem loco
5 conueniri poterunt, † quia ſubmiſſio non ſolum afficit ſubmittentem, ſed etiam hæredes eius tanquam conficientes eandem perſonam hoc vidi praxi mādari in infinitis caſibus, tam in tribunali Regiæ audientiæ quam Regiæ Gubernationis, indiſtinctè hæredes in loco vbi per contractum poterat defunctus conueniri conueniuntur, docent Cancer. var. part. 2. cap. 2. num. 189. Fontan. de pact. nuptia lib. clauſ. 3. gloſ. 3. à num. 53. Noguerol. allegat. 4. num. 19. & 20. Carlea alcum infinitis de iudic. tom. 1. cap. 2. num. 288. cum ſequent. vſque ad

ad 298. Olea de cession. iur. tit.4. q.6, nu.21. in fin.

Et etiam poterunt arrestari & carcerari per text. in l. postulante
6 44.†ff. ad Trebel. Matth. Berlinch. pratic. conclus. tom. 1. cap. 75. num. 8. quia bona hęredis post aditam hęreditatem possunt arre-
7 stari ergo etiam illius persona, † quoniam ad personas à rebus firmum est argumentum leg. qui fuere 20. ff. de stat. homin. & quod possit carcerari hæres pro defuncti debito docent Tallada de vi-
8 sitat, † carcerat. cap. 10. num. 3. cum plurib. Carleual. de iudic. tom. 2. disp. 9. num. 6. licèt vero contumax pro expensis contu-
9 maciæ possit carcerari, † Ioan. Bap. Ventrill. in praxi tom. 1. annot. 22. §. 1. tit. de expens. num. 23. tamen hęres nec pro cõtumacia defuncti carceribus est man-
10 cipandus, † Bacza de inop. debitor. cap. 6. num. 17. & 18. Azeued. in l. 1. ex num. 108. tit 21. lib. 4. recopilat. Carleual. dict.
11 disp. 9. num. 7. nec in expensas contumaciæ, † ob quam defunctus erat condemnandus, poterit condemnari tex. expressus in l. vnic. §. vltim. ff. si quis ius dicent.
12 non obtemperauit, † quia contumacia est delictum l. omne delictum §. contumacia ff. de re militar. hęres autem ex delicto defuncti non tenetur §. non autem omnes inst. de perpet. & temporal. actionib. sic Rebuff. tit. de expens. articul. 5. glos. vnica nu. 59. Matthias Berlinc. pratic conclus. tom. 1. cap. 78. num. 8. & 9. vbi dicit etiam posse condemnari in omnibus expensis hæredem,
13 † si defunctus auctor iustam causam litigandi non habuerat, secus in expensis contumaciæ, & ita recordor fuisse decisum in Regia nostra audientia anno 1659. dum Calari inueniebar, obliuioni mandata iacent nomina decertantium.

Hic effectus adscribitur vnitati personæ, quę inter defunctum, & hæredem confricatur, potens ad productionem idemficatorum effectuũ repetito concursu, & non diuersorum ex vna ac eadem numericè, non in puncto mathematico, sed legali, causa; non inde venia in dulgenda videtur hæredi ad defuncti factum impugnandum.

Augetur ratio, nam hæres adeundo hæreditatem, quasi con-
14 trahit cum legatariis, † & hæreditariis creditoribus § hęres Inst. de obligat. quæ ex quasi contract. nansc. Vlpian. in fragment. tit. 24. §. antequam 19. l. si quis absentis 5. §. hæres quoque 2. de obligat. & actionib. suscipiens hæc onera,
15 † vt cætera hæreditaria, in quæ per additionem succedit l. more 8. de acquir. hæredit l. non enim 38. ad Senat. Cõsult. Trebelian. l. 3 §. vltim. & l. seq. ex quib. causis in possess. eatur l. quoties 6. §. 1. de separat. l. qui cum alio 29. de regul. iur. Bartolom. Chesii interpret. iur. cap. 25. num 8. Don Ioseph. Rettes ad notas. Claudii ad l. vxorem 41. §. Sceuola de legat.
16 3. † & vtrum possit inibi conueniri.

niri vbi hæreditatem agnouit Carleu. de iudic. tom. 1. diſp 2. nu. 355. & adeundo contrahit de volũtate defuncti adimplenda dict.
17 §. hæres quoque, † & ſic ex vi aditionis, quæ contractum, vel quaſi importat, hæres obnoxius conſtituitur implere teſtantis voluntatem, quam ex nullo capite videtur poſſe impugnare Carol. Marant. reſponſ. 39. nu. 36. tom. 5. Viuian. Giroch. diſert. 63. nu. 26. vbi cum Bald. Peregrin. & aliis dicit hæredẽ adeuntẽ hæreditatẽ, verã obligationem contrahere de obſeruãda geſta per defunctum.

Euincitur merito hæredem vnam cum defuncto perſonam
18 conſtituentem, † & in actu aditionis hæreditatis contrahentem, & promitentem voluntatis illius adimplementum, non poſſe ſui auctoris factum impugnare, vel eius obligationibus contrauenire l. cum à matre cod. de rei vindicat. l. ſi vxor. 7. de bõ authorit. iudic. poſsid. l. ſi ab eo 7. cod. de negot. geſt. l. vinditrici 3. cod. rebus alien. non alienand. quibus conſtat hæredem factum defuncti impugnare non poſſe, nec illud impugnantem eſſe audiendum, quinimmo amouendum, & à iudicii limine reppellendum exornant Surd. conſ. 222. nu. 13. & conſ. 355. nu. 48. Barzin latè deciſ. 64. Merlin. de legitim. deciſ. 2. num. 2. Mathias Berlinch. pratic. concluſ. to. 2. cap. 57. n. 4. Viuian. Giroch. diſſert. 52. nu. 21 & diſſert.
19 5. nu. 66. Tondut. in qq. regularib. tom. 2 cap. 176. n. 14. † quod ampliatur in hærede hæredis Fuſar. de ſubſtit. q. 557. nu. 5. Peregrin. de fideicom. artic. 33. n. 15. Giroch. dicta diſert. 5. nu. 66. quia hæres hæredis dicitur teſtatoris hæres, cum locum hæredis habeat, eiuſque perſonam ſubſtineat l. hæredis appellatione l. qui per ſucceſſionem ff. de regul. iur. Michalor. de Fratr. part. 3 cap. 47. num. 35.
21 Cenſal. ad Peregrin. art. 32. † immo venire hæredem etiam poſt tertium gradum deciſum refert. Teſaur. qq. forenſ. lib. 3. q. 110. Riccius collect. 2279. Lanar. conſ. 100. nu. 8. & ſic legata reli-
22 cta ab hærede, † debentur ab hęrede hęredis l. alimenta 16. ff. de aliment. legat. Cenſal. loc. cit. verſic. ſecundo obſeruo, Dexart. deciſ. 52. nu. 1. & hoc intelligitur, vere & propriè, non autem ficte,
23 & impropriè, † Iaſon. in l. ſi quis filium §. fin. nu. 7. cod de hæred. inſtit. Michalor. dict. cap. 47. nu. 35.

Ampliatur, vt hęres, neque
24 ex perſona propria, † pria, vel ex proprio iure contra defuncti factũ venire queat l. filius familias 111. §. cũ pater de legat. 1. notant. Bald. in l. cũ à matre Tyraq. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 9. n. 47. Pinel. in l. 1. p. 3. nu. 81. Cod. de bon. mater. Gabriel. comuniuñ. opin. lib. 6. tit. de regul iur. concluſ. 6. n. 13. Surd. conſ. 355. num. 42. Beltramin. ad Gregor. deciſ. 418. n. 14. Gratian. diſcep. forenſ. cap. 511. n. 17. Burat. deciſ. 154. nu. 4. Lanar. conſ. 69. n. 1. Mangil. de euict. q. 112. num. 1. Thomat. deciſ. 112 n. 17. Viuian.

Giroch.

Giroch.discept.60.nu. 44. Vrsell. legal. conclus. verb. alienato 84. num.74.

Hinc si aliquis alienasset feu-
25 dum, † vel rem subiectam fideicomisso, & relinqueret hæredem suum feudi successorem vel fideicomissarium, non posset iste alienationem infringere, nisi prętiũ offerret, & petendo simpliciter rem alienatam de defuncto non offerendo pretium succumberet Cumian. de feud. versic. in antiquis nu.416.cum sequent. Blanc. Lanz. in Rep. cap. volentes vbi fusè Lofred. cons.1.n.168. quem refert Vrsyll.ad Afflict. decis. 393.nu.11.Mang.de euit. q. 112. n.1.2.3.& 5.vbi post innumeros à se relatos hanc esse verissimam sententiam testatur Pont.cons.33. cum Franc. Virgil. de legit. person.cap.20.n.48. præcipue si feudum esset hæreditarium Harm. Pistor.vbi hoc sine controuersia ab interpretibus receptum esse testatur qq.feudal.14.incip. absoluto tractatu feud.n.1.lib. 2. part. 1. Mathias Berlinch.ad longum tom.2 praticar. concl.cap. 57. ex
27 nu.3. † & quid in feudo ex pacto & prouidentia Viuian. Girochi discept.60.ex nu.44.Vrsell.legal. concl. verbo alienatio facta 87. n.
28 40.idem in datione dotis, † in qua quandiu speratur matrimonium conditionis locus non est, nisi post quam abrrupta spes est, & missus nuntius, ita vt iam sequi non possit l.quod seruius 8.de condict. ex cap. dicendum est vt si decesserit is qui dederit, cogatur eius hæres consentire,nec possit datum repetere l. si ego §.1. ff. de iur.dot.Rettes in opuscul.lib.2. sect.3.cap.1.nu.4.

Cuius doctrinę ratio est,quam libenter repeto & inculco, nam hæres adeundo hæreditatem defuncti, dicitur quasi contrahere, contrahitque veram obligationẽ,
29 † non solum de obseruando eaque in testamento describuntur, sed etiam quę aliqua illius defuncti scriptura contenta sunt, quą ipse tenebatur Ponte cons. 33.n.3. Molfes. ad consuetudin. Neapol. tit.de renuntiat.q.4.n. 17. Virgil.
30 dict.nu. 48. quæ conclusio, † vt vidimus, non solum procedit in immediato hærede sed mediato, Add.Nouar.qq.forens.lib. 1.q.50. nu.9.& 10. ex eo quod sit hæres hæredis; pro vt iura iacta comprobant D.Ioseph Vela dissert.11. n.11.23. 24. nisi testator vnus es-
31 set dictione, † *infrascripti*, sub qua hæres hæredis haud comprahenditur Laurent.Vrsell.verb alimẽta 89.n.66.

Onus hoc cõstringi hæredem, illum incapacem constituens ad reclamandum contra opus, seu factum sui authoris, quod procedit licèt repertorium confecerit, nihilominus haud contrauenire poterit,vt est videre penes Franc. decis.333.num.17.Peregrin.de fideicom.art.32.nu 75.& art. 33.n. 13.Honded.cons.3.num.53.lib.1. Gras.in §.hæreditas q. 12.nu.20. Velasc.in axiom.iur.lit.h.nu.36. Vergil.dict.cap. 20.nu.48. Intrigliol.decis.28.nu. 8. quod intelligitur

gitur iuxta quotam hęreditatis, & bonorum quæ à defuncto habuit, † vt diſtinguunt Barzin.deciſ.64 nu.38.Mangil. de euict. q. 112.nu.1. Thomat. deciſ. 112. nu. 17.Petrus Tondut.tom.2. q. ciuil. 176.num.14.Cuttell. tom. 2. de donat contemplat.matrim. tract. 2.diſcurſ.1. inſpect. 23. à nu. 37. Noguerol.allegat. 19.nu.106.vbi omnes, & infinitis laudatis tenēt, hęredem non poſſe impugnare factum defuncti, † nec venire contra alienationem factam rei, maioratui ſuppoſitæ, niſi refuſo pretio reſpectu portionis hæreditariæ illum tangentis Hodiern.ad Sud.deciſ.315.num.6.& in l.hac edictal.cap.18.num 19.poſt Molin.&alios Apicell.in tutam. pauper.allegat.14. à num. 15. plene Cenſal. ad Peregrin. art. 33. vbi innumeros cumulat, & varias ampliationes nectit.

33

34

Nec ex dictis admirationem arripias: ſubnituntur hæc vinculis & officiis quibus hęres erga defunctum deuinctus, & illaqueatus conſtituitur, quę ſaſunt ad producendas operationes cunctatas, & maiores; exemplo docemur in obligatione per defunctum adhibita ſuorum, & hęredis bonorum, per quam bona vtriuſque ſuppoſita hypothecæ remanent iuxta communem, † & magis tutam opinionem Paris conſ.2.vol.3.Vincēt. Franc. deciſ. 53. vbi refert pluries deciſum per Senatum Neapolitanum poſſe defunctum ſua propria, & hæredis bona obligare, & ſubiicere obligationi ab eo contractæ Minad.deciſ.20.vbi addenſ. Gratian. tom.2.diſcept.cap. 225. nu. 75.Fontan.de pact.nuptial. clauſ. 4.gloſ.5.num.54. vbi veriorem aſſerit hanc opinionem eſſe Hodiern.ad Surd.deciſ.315.Arias de Meſa var.reſol.lib.3.cap. 50. nu. 35.&36. ſuſcitat dubium vtrum bona hæredū ſub defuncti obligatione compræhenſa remaneant, † quando iſte dixit, quod bona ſua & hęredis obligabat Acoſta de priuil.credit. regul. 2. ampl.2.num.65. vides nunc rudi penicillo aliquos illaqueationis, inter hæredem & defunctum verſantis effectus deliniatos? Vides in iure reputari pro eodem ſuppoſito vides illius factum aut alienationem, nec ex iure ſui authoris, nec proprio poſſe impugnari? non ſolum immediatum ſed mediatum hæredem; patet vinculum quo hæres ex aditione hæredilatis ad aprobanda geſta, & voluntatem defuncti compræhenſus conſtituitur, ex his deduce ſi actor bonum ius in hac cauſa fouebat & hæredum vota de fraude defunctum arguentium vtrum tuta nibebantur ancora?

35

36

Actor haud aquieſcens fundamentis iactis pro tutamine, & firmitate ſui ſcopi rurſus dicebat aſerere teſtatorē fraudem cōmiſſiſſe circa confectionem inuentarii eſſe turpitudinem in iure, quam nec ipſe met, qui illi cauſam dedit, † ſeu operationi mādauit, nec eius hæres poteſt adducere iuxta à Bartol. in l filios

37

Cod.de reuoc.hisq; in fraud. credit.Franc.Mar.Prat.pratic.obseru cap. 71. num. 4. sunt textus in l. mercenalem Cod. de condit ob turpem causam l. transactione Cod.de transact.l.si pigno ribues. Cod.de seruo cōmun. manumiss. l.cum profitearis. Cod. de reuoc. donat.cap.inter dilectos de donat. cap. sollecitudinem de appellat. Parexa de instrum. edit.tit. 7. resol. 1.nu. 16.& 17.nec etiam posse in terminis precisis fraudis hære-
38dē arguere,† contra suū authorem factum ab illo conceptum, esse fraudolentum Cancer. cum aliis cap. 2.de inuentar.nu.214.& 215. vbi docet quod heres nequeat in iudicio asserere defunctum commisisse, quod fortius amplexari opportet, quando testator animo deliberato in suo postremo elegio declarauit tot bona in aliqua
39hæreditate inuenisse, † & non alia, cui confessioni necessario stare debet hæres,& contra illam, tanquam contra stimulum non poterit recalcitrare in terminis Bartol.in l. rem alienam 41. in tertio notabili n.3.ff. de pignorat. action.cum Bald. Cagnol. & Ioseph. Ludouic. Cyriac. tom. 3. controu. 511. nu. 1. ibi *cuius consfessionem vti vltimam in quo consolidatum fuit totum patrimonium, prę mortuo fratre, & nepote non possunt impugnare eius haredes, nec arguere illum de mendacio. tanquam animo deliberato, et consulto factam*; sane ratio hæc vltima fortius cōstringit, vltimum spiritum exalare, & securim affigere ad radicem videtur necesse fraudē hanc hæres adducens impigere debet increpando defunctum de mendacio, & de turpitudine, quæ redargutio interdicta illi reponitur, omni iure, ratione & honestate; quod inhumanū esse dixit Ercob. de nobil. 2.p.q.4 p.3.n.36.

Altera pars hæredum clamabat fortiter illis magni nocumēti esse bona vtriusque hæreditatis
40reperiri confusa † & comixta attento defectu solemnis inuentarii per quod bona diuersarum personarum in vna conflata, separata oculo intellectus tuentur, iuxta textum in l. fin. §. incomputationem cod. de iur. delib. Amat.var.resol.cap.56 tom.2. n. 5. Salgad. pluribus laudatis in concurs.credit.part.1. cap.9.n.26. & cuilibet creditori sua antelatio respectu † cuiuslibet corporis
41hereditatis illęsa cōseruatur Surd. decis.310. Pacific. de Saluian. interdict.inspect. 3. cap. 2.nu. 194. Andreol.controu iur.cap.198.nu. 10.Barbat.de fidicom.part. 1.cap. 7.num.58.ex omisione solemnis inuentari & confessione diminuta testatoris adhibita in testamento deducebat factum fraudolentum, quod posse allegare etiā testantis authoris voluntati repugnando asserebat; sicut & nullitatem facti hæres, vt & ipsemet testator poterat, potest in iudicio deducere, multos fortitur in iure asseclas vtraque propositio iacta,quibus hæredū intentio fixo pede & totis viribus inhærebat.

Et quod hæres valeat in iudicio

cio, allegare factum defuncti nullum eſſe non obſtante l. cum à matre cod. de rei vindicat. † quæ aſſertio eſt reſtrictio regulę ab hoc textu deductæ, ſicut & ipſemet defunctus poterat, licèt aliquando de euictione teneatur eſt text. in l. ſi tibi: cod. de euict. docent fere communi calculo DD. Brocardicum illud, quod hæres non poſſit venire contra factum defuncti, reſtringentes, indiſtincte, poſſe hęredem quando factũ defuncti vitio nullitatis afficitur illud nullum eſſe aſſerere, & in iudicio abſque incurſu alicuius pœnę deducere Bald. in l. ſi creditoribus ad ſi. cod. de ſeru. pignor. dato manumis. Gutierr. in l. nemo poteſt. nu. 373. & ſeq. de legat. 1. Padill. in l. cum ea quæ. nu. 15. cod. de tranſact. Cacheran deciſ. 180 num. 3. & 4. Rota apud Seraphin. deciſ. 477. n. 1. vbi Theodoſ. Rube in ſingul. Merlin. de legit. deciſ. 75. nu. 4. vbi deciſum fuit hæredem poſſe nullitatem facti defuncti allegare Cancer. var. lib. 3. cap. 2. num. 115. de Ponte conſ. 61. nu. 31. vbi fundat quod hæres non teneatur habere ratam diſpoſitionem nullam teſtatoris Cẽſal. ad Peregrin. art. 33. verſic. quarto declaratur. Viuiã. Girochi diſſert. 51. nu. 34. Cyriac. controu. 312. nu. 108. Acoſta de priuileg. creditor. regul. 1. ampliat. 10. nu. 12.

Exemplum affertur pro ſupradicta concluſione comprobã-
43 da in feudi alienatione, † celebrata abſque aſſenſus impetratione; quæ ipſo iurer emanet nulla, quam nullitatem poteſt, & ipſemet qui alienauit, & hæres eius tanquam ſucceſſor omnium iurium illius, & repræſentans eamdem perſonam deducere explicat late Reg. de Ponte tit. de aſſenſib. reg. ſup. dote §. 1. ſub. num. 17. & §. 3. Cenſal. ad Peregrin. art. 33. verſic. ſeptimo in medio, in quo nec defunctus, nec ſucceſſor dicuntur venire contra factum proprium, proprie loquendo, quia non dicitur facta venditio, ſi venditio nulla eſt, qua nullitate intermidiante dominiũ ſemper remanſit illęſum, penes alie-
44 nantem, † & ſic apud hæredem, à quibus res nulliter alienata poterit vindicari text. expreſ. in l. quicumque cod de agricol. & cen. lib. 11. qua hypotheſi non dicuntur venire contra factum propriũ idem de Ponte deciſ. 28. num. 35. Scipio Theod. allegat. 3. num. 15. ceſſat vtique pœna contrauentionis in hærede factum nullum ſui authoris proſternente, ceſſat concuſſio partis aduerſæ contra illud haud poſſe recalcitrari clamantes: id quod nullitati ancillatur effectu vacat, primum enim in eſſe, rem oportet conſtitui, vt de inde illa exiſtente, operationes procedant & ſequantur iuxta philoſophorũ doctrinam, † qua vſus videtur Caius Iuris Conſultus in lib. 2. rer. quotid. relatus in l. adeo quidem 7 §. cum quis ex aliena materia de acquir. rer. domin. & Pomponius in l. ſi ſeruum 4. §. 1. de actionib. empt. ibi

non

ex 373. Padill. in l.cum ea quæ
ex num.15.cod. de tranſat. Cen-
ſal. ad Peregrin. artic. 33. verſic.
*tertio declaratur, vt quando aliena-
tio eſt fraudolenta & doloſa poſsint
hęredes contrauenire facto defuncti*
50 *ad repellendam fraudem, † & do-
lum commiſſum contra hęredem*.
Acoſta de priuileg. credit. regul.
1. ampliat. 10. num 12. vbi tenet
hæredem poſſe retundere, ſeu re-
fellere factum defuncti in frau-
dem legis conceptum; quæ repul-
ſio haud poterit ſortiri niſi pro-
bata fraude teſtatoris inſuper hæ-
res poteſt quando contractus eſt
ſimulatus, & fictitius, ſicut & po-
terat ipſemet defunctus ſimula-
tionem contractus obiicere, & al-
legare per text. in l.emptor. de
aqua pluuial. arcend. l. immagi-
naria ff. de regul. iur. Farinac. de
Falſit. & ſimul. q.161. par.2. nu.
61. Mantic. de tacit. & ambig.
conuent. lib. 13. tit.36. num.11.
verſic. ſed aduertendum, his lau-
datis Franc. Maria de Prat. pra-
tic. obſer. cap.71. num.8.

Fundamentum hoc facili ne-
gocio euaquatur hæres abſolute
non poteſt factum authoris in-
51 fringere, † tanquam fraudolen-
tum, debet concurrere ſimulta-
neo concurſu, fraus, ac nullitas
contractus adhoc vt hęres vti va-
leat hac facultate, aliàs à limine
iudicii debet exterminari, tan-
quam tendens contra factum va-
lidum defuncti illum vel de mē-
dacio, vel de fraude, & ſic de tur-
pitudine increpans, hęc eſt di-
ſtinctio ſatis admirabilis, quam
arripimus à Bartol. conſ.65. vbi
docet & diſtinguit, quod adhoc
vt hęres valeat fraudolētum eſſe
factum defuncti allegare, debet
hoc nullitati vacare, vt quia con-
tra prohibitionem legis, vel ho-
minis celebratum: nam facta hy-
potheſi, quod contractus ſit pro-
hibitus, per conſequens nulliter
geſtus diceretur, ſicque ipſe ven-
ditor poſſet rem alienatam vin-
dicare, vt obſeruet iudicis man-
datum facit text. in cap. ſi quis
presbyterorum de reb. eccleſ.
non alienand. vel obtemperet le-
gi ab antiquo teſtatore præſcrip-
tę DD. in l.poſt mortē de adopt.
Theod. alleg.3. num.13.

Dilucidius Regens Rouit. de-
ciſ 3.nu.17. hanc diſtinctionem
delineat loquendo de exceptione
52 ſimulationis, † quod idem eſt ac
fraudis contractus per defunctum
confecti, vbi tradit quod hæres
poteſt hanc eandem exceptionē
opponere, rationem reddit, quia
vbi adeſt ſimulatio, ibi & con-
ſenſus & mens, in quo ſubſtantia
contractus conſiſtit, deficit, ſicque
cum tunc claudicet in ſubſtantia-
libus, redactus tamquam quid
pictum, abſque anima & corpo-
re, vel corpus abſque ſpiritu, nec
contractum verum formans, nec
vt talis dignus clamari, & ab ip-
ſo contrahente principali, & à ſuc-
ceſſore poterit refelli, tanquam
nullus abſque conſenſu celebra-
53 tus †, & in fraudem prohibitio-
nis hominis vel legis confectu
ſecus eſt quando deficit fraus, vel
ſimulatio conſtituentes nullum

con-

contractum, sed solum est & obiicitur fraus animi, seu dolus, quia tunc ex diametro hęres tenderet ad impugnandum defuncti factum allegando illius turpitudinem & fraudem, quod iura omnia aborrent, & contra successorem armantur. Docet sic Cancer. var. p. 3. c. 2 n. 215. cũ seq. Parexa de instrument. edit. c. 1. tit. 7. n. 17. Frãc. Maria de Prat. pract. obseruat. c. 71. n. 9. & 26. ibi: *at quando fraus dumtaxat interuenit in actu in quo adest dolus admixtus, tũc opportet agere reuocatoria, & in hac actione allegatur dolus, & sic turpido eius qui commisit fraudem, quam aborret iuris consultus in l. nam alias de iur. iur. & videtur licèt sub obscurè insinuare Dominus Rouit.*

Appendamus ingenii bilance
54 æqua factum, † quod ab hæredibus in hoc casu tam anxie refellitur; defunctus bonorum repertorium in ciuitate Saxeris haud confecerat, in postremo elogio illorum memor cõstituitur affirmans tot bona non fuisse in inuentario apposita & non alia quæ nullitas hunc casum ancillat, concutit, vel terminat? Fraus est quę per se sola hæredibus arridet, dolus est qui ex omissione inuentarii in re tam magni valoris prælibatur Bellon. cons. 8. Mier. in const. 142. Leon. decis. Valent. 107. num. 27. hic est qui acuit illorum labia ad reclamandum contra defunctum, & repellendũ filiam ex primis votis susceptam, actricem à petitione legitimæ. Retorqueant speculum ad aspectum proprium, & perspicaci lumine non cecutiendo lustrent, si fas sit illis fraudem hanc contra suum authorem in iudicio deducere, illum & de errore, menda-
55 cio, & fraude increpando, † quod iura repudiant l. rem alienã ff. de pignorat. act. qui probat testatorẽ non posse ab hæredibus & successoribus de mendacio argui, Viuian. Girochi dissert. 25. num. 27.

Sola igitur fraus est exceptio quæ hæredibus competit ad repellendam testatoris filiam à petitione legitimę allegãdo maiora esse bona omissa describi in inuentario, quam contenta in minuta testamenti; sola hæc fraus contra defunctum incusatur, quæ incusatio si fas constituatur successoribus turpitudinem authoris in iudicium deducentium, tu perpende, & cuncta interim quod votum meum adhibeam receptui canens. Pondus quæstionis nitetur in assertione testatoris circa bona relicta inuẽtariari, cũ dictione & non alia, quam assertio-
56 nẽ prout vidisti, † cũ Ciriac. controu. 511. num. 1. plenam inducere probationem, & non posse ab hærede tanquam falsam vel erroneam redargui habuimus, quã docuere Marzar. in epitom. de fideicommiss. par. 2. q. 53. versic. vbi tamen subdit, Cæpha. cons. 386. num. 27. cum sequent. idem Cyriac. tom. 2. controu. 204. nu. 46 ibi: *tum denique hoc probatur per assertionem ipsius testatoris, quę in suo testamento, sępe hac bona pro*

suis

ſuis nominauit, quam de mendacio arguere non poſſunt eius hæredes.

Quæ aſſertio teſtatoris tam potens eſt vt licèt fideicommiſſarius agens ad fideicommiſſum certæ rei probare abſtringatur bona à ſe petita, ac prætenſa fuiſſe in bonis fidei comitentis tempore reli-
57 cti fideicommiſſi, † vt probant Barzin. deciſ. 2. Burat. deciſ. 589. & 62. Maſcard. de probat. concluſ. 777. & ſeq. lib. 2. præt. de interpręt. vltim. volunt. lib. 5. dub. 4. num. 304. Petra de fideicommiſ. q. 11. Magen. deciſ. Florent. 10. num. 9. & deciſ. Lucenſ. 46. & ibi addit. Rota deciſ. 330. num. 1. incipit vindico à te caſtrum in nouis vbi omnes conſtanter tenent & referunt fuiſſe deciſum in diuerſis tribunalibus inter alia requiſita ad victoriam cauſæ in agēte ad fideicommiſſum requiri probationem dominii, vel quaſi in fideicomitente tempore relicti fideicommiſſi, ſic Intrigliol. de ſubſtit. cent. 3. q. 10. Fuſar. de ſubſtit. par. 2. q. 616. & ſeq. Ioan. Bap. Coſta eleganter conſ. 31. ex num. 21. Mier. de Maiorat. par. 1. q. 45. num. 13. in fin. & p. 4. q. 20. Cenſal. ad Peregrin. de fideicommiſ. artic. 44 verſic. ſed cum ex his, Muta, deciſ. 65. num. 1. Cyriac. controu. 204. num. 2. & 40. tom. 2. Nicol. de Paſſerib. de priuat. ſcriptur. lib. 5. tit. de lib. eſtim. q. 1. num. 22. Ramon. conſ. 46. ex nu. 26. & conſ. 47. nu. 2. Marchiſello recollet. quæſt. 9. 40. à n. 28. in quo puncto nota vnum admirabile ex Cenſal. loc. cit. verſ. quarto
58 declaratur, † cum Fuſar. & Franciſco Marco, quod non probata idētitate rei vel dominii per fideicommiſſarium, vt dictum eſt, poſſit iudex, non obſtante quod non ſit probatum bona fuiſſe in bonis teſtatoris, ſua ſententia declarare caſum fideicommiſſo eueniſſe, reſeruato iure probandi, quæ ſint bona fideicommiſſo ſubiecta, cuius qualitatis probatio ad fideicommiſſi rei vindicationem neceſſario deſideratur; attamen ſi teſtator aſſeruerit in ſuo vltimo elogio aliquid eſſe illius, tunc hæc aſſertio, & dominium rei aduer-
59 ſus hæredem plenè probaret, † & virtute talis aſſertionis fideicommiſſarius reſtitutionem fideicōmiſsi obtineret, ſic Peregrin. de fideicommiſ. artic. 44. ſub nu. 20. rationem reddit, quia hæredes mentiri non poſſunt teſtatorem l. rem alienam ff. de pignorat. action. cum Cephal. Marzan. & aliis, Niger. dict. controu. 204. num. 46.

Idem eſſet ſi teſtator paulo ante eius obitum inuentarium ſuo-
60 rum bonorum conficeret, † quo caſu hęres non teneretur aliud de nouo adhibere, illum releuaret ab onere confectionis repertorium confectum à teſtatore tempore ſui obitus, vel paulo ante, Eſcobar. de ratioc. cap. 9. num. 15. Aior. de partit. cap. 2. num. 22. Guitier. de tutel. par. 2. cap. 1. nu. 51. Paul. Staiban. reſol. 168. nu.
61 24. † & tali hypotheſi inuentarium à teſtatore confectum fideicommiſſario agenti ad fideicom-

 miſ-

missum prodesset ad probationē dominii rei fideicommisso suppositę,& hæredi noceret. Addent
62ad Burat. ✝ decis.637. num.15. Merlin. de legitim. decis.155.nu. 2. ita vt non admitteretur probatio in contrarium. Plene, Viuian. Giroch. differt.25. num.26. ratio quia, vt dicunt, assertio testatoris plenam inducit probationem iuris, & de iure contra hæredem, cui haud arridet posse contra illā recalcitrare, quia esset testatorem mentiri, illum, de errore, mendacio, vel turpitudine increpare.

Assertio testatoris, tam hęredi nociua constituitur, contra illum plenam extorquens fidem, vt si in testamento, legando rem communem, quam cum hærede ha-
63bebat, ✝ legare omnem illam rem, vel suam nuncupando, vel simpliciter omnem dicendo assereret, tunc res communis videretur legata, & hæres teneretur illam absque diminutione legatario tradere, iuxta textum eleganté in l.vxor patrui cod. de legat. Mantic. de coniect.lib 9.tit.1.sub num.20. Censal. ad Peregrin.art. 33. versic.primo ergo.

Vides quam feruide causa hæc inter partes extiterit actitata; hinc inde rationes vrgent pugnant DD. præcipue contra hæredem redarguentem testatorem de er-
64rore, ✝ vel de mendacio: fateor me agnouisse fluctuantem, non patronum agentem, sed nunc censorem constitutum. Regia Gubernatio Saxeris Relatore Doctore Francisco Guca viro sat omni tempore colendo & scriba Ioanne Vsaii anno 1662. pronūtiauit posse hæredem articulare, & probare, & probata repetere bona non inuentariata, & in minuta testatoris, haud compręhensa, non obstante partis contrariæ oppositione, sententia hæc fuit nixa in satis admirabili doctrina, per quam euacuatur, in fedus reducitur, seu restringitur dicterium superius exaratum, non posse de fraude hæredem testatorem arguere nēpè afflict. decis. 233. cui adhæsit Guberna-
65tionis tribunal. ✝ & optime, cui me libēter subscribo disputat ibi Doctor iste, & corā Senatu Neapolitano fuit discussum, vtrum hæres valeat impugnare assertionem testatoris tanquam erroneā, quod est idem ad quod tendebat in hoc casu Don Francisci Tola hæredum conatus, & distinguit ibi quod si verba testatoris sunt negatiuè prolata per modum abnegationis, quod tunc potest hęres proba re contrarium, probando errorem confessionis & assertionis testatoris, secus quando fuerunt prolata per modum affirmatiuum, quæ distinctio stabilitur in Doctrina Bald.in l.Titia §. Caius ff. de leg. 2. vbi dicit, quod si verba testatoris assertionem continentis super aliqua re sint prolata per modum abnegationis, quod tunc hæres possit contrarium probare, & sic fuit decisum per Afflictum, ratio videtur, quia hæredes tendentes contra assertionem negatiuā testato-

ris,

ris, illum de errore, non mendacio arguunt, ſecus quando fuit cõcepta per modum affirmatiuæ, in primo caſu tenditur contra aſſertionem, in poſteriori contra aſſerentem: teſtator in præſenti dubio dixerat talia bona, contenta in minuta fuiſſe non inuẽtariata, & non alia, quę dictio eſt negatiua, & ſic apparet loquutus per modum abnegationis; vnde recte hæredes ad probandum alia bona, non compræhenſa in notula teſtamentaria, remanſiſſe obligata, fuere admiſſi per ſententiã Gubernationis, ſequitur Camill. Medic. conſ. 162 à num. 8.

Accedebat, quod nota hæc aſſertiua bonorum fuerat tempore teſtamẽti diſpuncta in conflictu
66 obitus teſtatoris, † in cuius agone cum mors ſit iuxta Philoſophum 3. Ethicor. c. 6. rerum omnium horrendiſſimus horror, Rubeus de valid. legal. c. 47. n 32. diſcurſus obcęcantur organa, Paul. Rub. practic. de teſt. c. 43. n. 53. in homine ſenſus omnes perturbantur,
68 † & confunduntur, Carol. Marant. reſp. 98. t 4. n. 3. cuius nuda cogitatione humana fragilitas cõ
69 tremiſcit, † fluctuat, & marceſcit l hac conſultiſſima cod. quí teſtã. facer. poſſ. ibi: *At humana fragilitas mortis cogitatione turbata* D. Didac. Altamiran. in rubric. cod. de filijs official qui in bello moriunt. c. 4. n 4. ex timore proximi, & tremendi iudicij, † Saluian. lib. 3. de Eccleſ. Catholic. pag. 391. Valençuel. conſ. 102. n. 111. & ſic non viſa fuit tam accuratè elaborata, & calculata, vt hæredes totaliter excludere poſſet ad vlteriorem probationem, præcipue, quod ſi ipſemet pater in humanis ageret, poſſet, & hanc aſſertionem reuo-
70 care, † & emendare, modificare, & ampliare: vnde & hæres eius videtur poſſe vti hac eadem facultate textus in l. nõ idcirco cod. de iur. & fact. ignorant. Afflictus ratiocinatur hac forma, ſequitur Velaſc. conſult. 190. num. 6.

ARGVMENTVM.

Subſtitutus contra inſtitutũ, qui haud confecit inuentarium, vtrum iurare in litem poſſit, & ex ſolo iuramento hoc, vtrum abſq; alia probatione extrinſeca poſſit ſubſequi condemnatio. Poſt iuramentũ præſtitum, ſi probationes accedãt, vtrũ reus, contra quem eſt iuratum, poſſit abſolui: reus condemnatus ad minorem pœnam propter minorem ętatem nihilominus poterit ad ciuile intereſſe damnari.

SVMMARIVM.

1 *Caſus præſentis dubij proponitur.*
2 *Sententia Regia Audientia refertur vbi fuit delatum iuramentum in litem ob non confectum inuentarium.*
3 *Antonio Fabro viſa fuit quæſtio ridicula proponere, vtrum poſt delationem iuramẽti in litem adſit locus ad nouas probationes conficiẽdas.*
4 *Sententia prolata non eſt locus moderandi, vel reuocandi illam.*
5 *Reus poteſt condemnari ad intereſſe*

ciuile, quando constat plenè de delicto; secus si solum adessent indicia ad torturam: sic fuisse decisum in Regia Audientia refertur num. 6. & 8. vel etiam, nisi mitius reus propter minorem ętatē damnaretur, quia nihilominus posset ad interesse condemnari 7. quæ adiudicatio debet fieri in sententia, non post illam. 9.

10 *Reus si in pœna pecuniaria esset dānatus, et ob defectum paupertatis illā persoluere haud posset, tūc posset illam commutare iudex in aliam, & etiam in corporalem 11.*

12 *Iudex tenetur secundum acta, & probata iudicare non solum in foro fori, sed etiam in foro poli tam in causis ciuilibus, quam criminalibus 13. quod fallit in Cancellario contentionum.*

14 *Tota virtus causæ in probationibus nititur.*

15 *Priuilegia legis debēt esse talia quibus priuilegiati iuuētur, nō decipiātur*

16 *Taxatio iudicis iuxta aliquos debet præcedere iuramentum in litem, ne in immensum, & affrenate iuretur 17. quæ perspectio arbitrio Iudicis reponitur 18. & Iudex summa cura debet perpendere vt periurijs obuietur 19.*

20 *Iuramentum ex officio regulariter non defertur: defertur hoc quando apparet de substantia debiti, & non de quantitate 21. Iuratur cōtra mulionem si illi fuit tradita capsa clausa, & postea aperta reperiatur 22. & vtrum possit iurari quando duo candelabra fuerunt pignori tradita, & vnum diuersum ab alio restituitur 23.*

24 *Iuramento statur hæredis quod libri non sunt penès illum, de quibus est quæstio; iuramento viri probi statur rem sibi fuisse furto sublatam 25. in casu parui præiudicij statur iuramento esserentis instrumentum fuisse amissum 26. iuramento clerici statur quod res, de qua gabella petitur, sit propria ad vsum proprium, pro vt fuit decisum in mensa Turritana 27. & iuratur in litem contra defraudantes decimas 28.*

29 *Senatus Sardous post iuramentum in litem admisit probationes, & restrinxit quantitatem iuratam vsque ad quartam partem.*

30 *Iuramentum in litem in iudicio receptum, vt rei iniustę detentæ æstimatio ineatur, vel vt æstimetur id, quod actores interest, præstatur contra administratorem bonorum & contra tutorē, qui non confecit inuentarium 31. etiam si nunc administretur ob litem motam inter alios tutores 32.*

33 *Iuramentum in litem est facultas, non necessitas, & non tenetur iurare qui plene probauit suam intentionem; si semel tenuit iurare, postea non poterit iurare nisi altera pars consentiat 34. non defertur nisi ei qui bene instructus est, & non ancipiti, et ignoranti 35.*

39 *Fideicommissario nō competit iuramentum in litem contra hæredē ob non confectum inuentarium, et sic fuit decisum in Regia Audientia 37. ratio affertur 38. 39.*

40 *Procuratori, vel negotiorum gestori iuramentum in litem nō defertur, cessionario tamen, et heredi contra vsu.*

vſufructuarium, qui non confecit inuentarium, defertur 41.

42 *Iudex poteſt poſt iuramentum in litem declaratum admittere partē alteram, contra quam eſt iuratū ad probandum contrarium, et illam abſoluere, ſi de bono iure ſuo apparuerit* 43.

44 *Arbitrio iudicis reponitur vtrū delato iuramento in litē probatiō contraria ſit admittenda, arbitrare, et moderari quantitatem iuratā.*

45 *Probationes poſſunt admitti poſt delatum iuramentum in litē, et iudex debet magis attendere ad probationem, quā ad ipſum iuramentum* 46. *et poſt illud delatum, et pretium poteſt pars, contra quam eſt iuratum, abſolui* 47. 50.

48 *Iuramentum in litem quid operetur* 49.

CAPVT XXIV.

MEMOR in præsēti capite duplicis decisionis Senatus Regiæ noſtrę Audientię Sardoę, quę ad manus aduenire potuerūt in materia iuramēti, in litem ſubſequutæ conſtituar: quas memoriæ mandando breuibus me expediam. Ioannes Elias Muſchatello epidemiæ tēpore anni 1652. putans eſſe propinquiorem, † hæreditatem ſui

1 conſanguinei adiuit, inuentarium haud attribuit, aliquibus annis ea potitus, & ſubſtantiam illius cum in mobilibus niteretur, conſumpſit. Temporis curſu comparuit Leonardus Romanella Ciuitatis Saſſaris, probato ſtrictiori gradu conſanguinitatis cum defuncto, huius bona ſub ſtrepitu iudicij repetijt, obtinuit ei illa adiudicari, & cum primus putatiuus hæres haud confecerat repertorium, illi per Sententiam Regiæ Audientiæ, ad quam prætextu paupertatis euocata cauſa preciſè fuerat, †

2 iuramentum in litem fuit delatum, quo mediante bona hæreditatis valorem mille librarum importare aſſeruit, ac affirmauit, quam quantitatem fore, & eſſe exequendam conatus fuit: huic conatui magnus noſter Senatus haud adhæſit; ſed vtranque partem tam actricem, & victricem, non obſtante iuramento præſtito ad probandam rerum hereditatis quantitatem, & qualitatem, tempore obitus defuncti repertarum admiſit, imperatiue præceptum, & terminum affigens ad confectionem probationis:

Sententia hæc viſa fuit prima fronte quaſi ridiculam quęſtionē

3 cōprehendere, † vt loquitur Ant. Fab. de coniec. lib. 6. c. 17. in medio, vbi dicit, iuramento in litem præſtito quærere, an reus poſſit abſolui, vel condemnari, nil aliud eſſe, quam quærere an iudex eū, quem iam condemnauit, poſſit abſoluere, aut minorem condemnare: quod certe tam alienum eſt à principijs iuris, vt non poſſit cadere in dubitationem: per ſententiam delatoriam iuramenti in litem, videtur finita lis, non ſolum

reſpe-

respectu sententiæ, sed etiam iu-
4 ramenti, † quod habet vim rei iudicatę l.2.ff. de iur. iuran. per illã probandi via reclusa apparet, & potestas iudici interdicta suũ placitum moderandi, vel reuocandi l. moris 9. §. istæ feræ ff. de pænis l. acta 45. §. de amplianda de re iudic. l. pænam 15. C. de poenis Thesaur. dec. 232. Frãch. dec. 358. n. 6. Chacheran. dec. 101. Pereg. de iure fisci lib. 4. tit. 8. n. 17. Marant. resp. 53. n. 13. & 15. t. 5. Viuiã. Girochi dissert. 78. n. 113. taliter, vt licèt iudex criminalis incidenter cognoscendo de causa ciuili possit reum ad interesse partis damnare Vermigliol cons. crimin. 322. n. 5 cum Farinac. & alijs Censal. voto 10. n. 6. Mari. Zuccar. decis. crim. Lucens. 9 n. 11. quando est confes-
5 sus, † vel conuictus: si tamen non adesset plena probatio, sed sufficiens ad torturã, posset iudex, vel reum de crimine acersitum torturæ supponere, vel illum in pænam extraordinariam condemnare: vidi pluries decisum in Senatu Sardoo, docent Rouit. in pragmatic 3. num. 33. de militib. Nouar. decis. 70. cum Farinac. Baiardo, & alijs. Angel. Scialoia in sua prax. Torq. reos cap. 4 n. 19. Censal. n. 16. debet tamen constare plenè de delicto ad hoc, vt iudex possit in sententia criminali reum ad restitutionem rei furatæ obligare, vt contra Massul. ad Capic. decis. 541 num. 8. Capiblanch. de Baron. pragmatic. 6. num. 105. Costa de remed. subsid. rem. 51. num. 11. Pasqual. de patr. potest. part. 4. cap. 3. sub num. 38. Guazinus de pace quæst. 42. num. 21. & de defension. reor. defens. 1. cap. 12. num. 25. verius docent, & respondendo probant, contrarijs, Castill. decis. 156. num. 8. Rouit. decis. 67. Nouar. 2. tom. grauam. 114. num. 8. Capic. Latro decis. 75. tom. 1. Gratian discept. Forens. c. 121. n. 8. Sansel. decis. 47. n. 6. & dec. 226. à n. 4. Thoro in compend. decis. part. 3. sect. 1. verb. condemnatus, fol. 186. & verb. delinquens, Merlin. controu. forens. lib. 1. cap. 19. num. 15. Vermigliol. cons. 274. num. 2. Cortiad. decis. 35. num. 20. Censal. post tract. ad l. vnic. C. de his, qui impe. maled. vot. 10. num. 9. fuit sic decisum per Senatum aulæ criminalis an. 1659 ad fauorem Alphonsæ Manunta, contra Gauinum Ferrali Equitem, & Laurentium Tedde
6 oppidi de Nului, † relatore Don Francisco Cao sententia lata, per quam fuere damnati isti rei ad remigandum per totius vitæ spatium pro furto contra dictã Alphonsam Patrato, & ad refusionem damni, & interesse actricis, attento, motiuum erat sententiæ, plenè apparebat de delicti probatione.

Nisi poena veniret restringẽda propter minorem ętatem delinquentis, vel ex aliquo priui-
7 legio illius, † quod in odium dãni passi non debet refundi, & sic iudex mitiori poena reum afficiens, poterit tali casu ad interesse

reſſe ciuili illum damnare, ſic Merl. tom. 1. cap. 19. nu. 20. Buc caron. de differen. inter vtrum. for. differ. 122. num. 16. Sanfelic. dec. 226. num. 7. Cabal. reſol. criminal. caſu 82. num. 15. Scac. de re iud. Gloſ. 14. quæſt. 19. nu 20. Vermigl. Thor. Capic. Latro apud Cortiada num. 21. & cæteri, qui ſupra indiſtinctè tenent tali hypotheſi pœnæ minoratæ ob priuilegium delinquentis, non ex defectu probationis poſſe reum ad intereſſe condemnari; ſecus quādo delicti probatio haud pœna conſtituitur, quia tunc intereſſe ciuilis damnatio haud poteſt infligi, fuit iterum deciſum per regiam audientiam criminalis
8 aulę anno 1663. relatore † D. Euſebio Carcaſſona ad fauorē Franciſci Francino & contra Nicolaū Pallero, qui quidem Francino fuit propterec ſuam vxori dicti Pallero inflictam ad inſeruiendū in Regiis triremibus non remigando animaduerſus, & ab intereſſu ciuili abſolutus propter defectum plenę probationis, ob quē extraordinem animaduerſio fuit iniuncta.

Attamen intereſſe ciuilis adiudicabo incidenter per iudicem criminalem debet interponi in
9 ipſamet ſententia. † nō ea lata, per cuius pronunciationem interdicitur à poteſtate amplius ſe intromittendi incognitionem illius, & conſtituitur tamquam priuatus l. Paulus de re iud. Theſaur. deciſ. 135. num. 2. tom. 1. Nouar. Grauam. 115. num. 2. tom. 1. Carol. Marant. reſponſ. 53. num. 13. & 15. tom. 5. Viuian. Girochi diſſert. 78. nu. 113. Merlin. controu. 20. num. 4. tom. 1. Cortiada nu. 23. omni poteſtate vacans in ordine ad infligendum placitum prolatum; niſi reus in pœnam pecuniariam eſſet damnatus, & ob defectum paupertatis illam perſoluere haud poſſet; quia tunc iudex vtique vel illam modera-
10 ri, † vel in aliam diſtinctam cōmutare valeret, prout vidi obſeruari pluries in tribunali Regiæ gubernationis, iuxta veriorē opinionem, quàm ſectantur pluribus laudatis. Auil. in cap. 1. prætorum verbo derechamente nu. 7. vbi ex impotentia rei condemnati poſſe iudicem pœnam pecuniam ad quam fuit damnatus per ſuam ſententiam, in exilium cōmutare, vel in conſimilem condignam tenet; ſequitur Gomeſ. de Leon. reſponſ. 48. num. 4. in ſua cent. reſp. Auend. exequen. mand. 1. p. cap. 2. num. 8. Menoch. de arbitr. caſu 447. lib. 2. Capiblanc. de Baronibus lib. 2. cap. 30. ex nu. 1. Baez de inop. debit. cap. 11. num. 2. Bouadill. in polit. lib. 4. cap. 5. num. 65. & 67. cum ſeq. Carleu. de iudic. tom. 2. ad finem diſp. 16. in fin. & ſi eſſet mulier condemnata in pœnam pecunia-
11 riam, † quam non poteſt ſoluere, hæc in corporalem conuerti valeret, Cortiada. deciſ. 26. n. 97.

Delato iuramento actori contra reum bonorum adminiſtratorem ob defectum inuentarii, & illo preſtito; probationem vtique par-

parti indulgere ad probationem rerum repertorio non suppositarum, est idem quod post sententiam, reum damnatum absoluere, vel absolutum damnare; quæ quęstio iuxta censuram Fabri videtur ridicula. Pondus nititur in eo, nam eo ipso quod partes ad
12 probandum admittuntur, † probatio licèt esset non admittenda, tamquã iuri ex ofa fit, & est necessaria, tamquam actus iudicialis, & iuxta eam tenetur iudex iudicare per vulgarem regulam, quod iudex obstrictus iaceat sententiam ferre iuxta acta, & prcbata, & non secundum propriam conscientiam, tex. in l.illicitas 8. §. veritas de offic. Præsid. cap.pastoralis §. quia vero de offic. deleg. cap. iudicet 3.quęs.7. Sperrel. decis.95. à num. 14. Suelues consi. 10. num.16. lib.2.Nouar.grauam. 126. lib. 2. Borrel. in summa decis. part. 2. tit. 30. à num.133. Permosinus in cap. dilecti quæst. 11. de iudic. Carrasco ad leges recopilat in exord.§.vnico num.17. Fragos. de regim. Reip part.1.lib. 4. disp. 10. n. 162. tam in ciuilibus,quam in criminalib. Nouar. num. 5. Xamar. de offic. iudic. & aduoc. part. 1. quæst. 18. nu. 6. Cortiada cũ infinitis quos congerit decis. 24. n. 5. ibi in n. 9. tenet in cancellario contentionum hanc regulam non procedere debet hic secundum Deum, & conscientiã iudicare Fontanel. decis 319. nu. 12. part.2. Regens Viuo con ciuis noster lib. 2. tit. 51. n. 27.& 28. ad pragmat. Suelues consi. 10. nu. 11. & 17. lib. 2. & cons. 19. num. 9. lib.3.ornutigoiti in pastoral. regul.par.3.voto 1.nu.9.& voto 4.n. 6.& voto nu. 1.& voto8.n. 17. quos laudat, & sequitur Cortiada vbi supra cum aliis, docens cancellarium secundum Deum, & propriam conscientiam teneri pręcipuè in Regno Sardiniæ iuris ditionalia dissidia decidere, alii vero iudices secundum probata, & actitata sufragium debent interponere docent Giurb. decis. 99. nu. 10. Mastril.decis.151.n. 36. part. 2. Ric. colect. 1129. Castill. decis.94.Buccam. de different. inter vtrumque forum different. 156. Cyriac. Niger. contron. 245. nu.
13 1.non solum in foro fori, † sed etiã in foro poli, Hurtad. de iudic. forẽs disp.1. dificul. 8.Diana Moral. tom. 10. trac. 15. & 5. Miscellanear. resolut. 16. Caramuel. in thelogia fundam 70. num. 2023. si ergo post sententiam iuramenti in litem præstationem deferentẽ probatoria facultas indulgeretur defacili sequi potest,vt probationibus dispunctis, reus rationis anchora niti inueniatur quo casu obstringeretur illũ absoluere Iudex, ne inpingato in propriæ conscientiæ dispẽdium placitum profferens contra actitata in iudicio; quam semitam sectans hąud in cuius partibus constituitur processui adhærens probata in eo discutiens discusa sequens,in quo iustitiam facit nam
14 tota virtus, † & iustitia partiũ in probationibus consistit cum Bald. in l. 2. num. 8. versic sed hic quę-

quæritur in fin. cod. de Epiſcopali audientia, Maſcard. de probat. concluſ. 930. num. 3. vol. 2. Narbon. in 3. p. recopil. lib. 5. tit. 18. l. 13. gloſ. 5. num. 3. Salgad. de reg. protect. part. 2. cap. 1. num. 139. igitur pati probationem poſt delationem iuramenti, eſt exhibere in diuerſorio locum, vt ſucumbens victor in probationibus cõficiendis repelli valeat, ac per conſequens poterit damnatus poſt ſententiam abſolui, & abſolutus damnari, quod inconueniens perpende interim, dum ad alia pro conatu doc conſtipando vocor.

Vrget ratio pro clypeo actoris; nam præſtito iuramento in litem ſi parti alteri contra quam eſt iuratum probandi facultas contra contenta in iuramento indulgetur poterit iurans contraria probatione perſiſtenti, de periurio redargui & incuſari probat tex. in auth. ſed nouo iure, de iudic. & notat Bart. in l. videamus §. iurare de in litem iurando, & ſic ipſamet ſententia eſſet cauſa effectiua, vt actor victor, cui iuramentum ob priuilegium iuris defertur, illaquearetur, & reatus, pœnam iuramenti religionis fractę contraheret, quod iuri eſt
15 exoſum, † priuilegia legis, ſicut & Principis debent vtilitatem ſecum afferre, non vero damnum, & occaſionem ad illud; tali debent impartiri ſinceritate, vt priuilegiati ad frugem reſipiſcant, non ad ruinam diſſoluantur, & cum proprio diſpendio decipiantur, dicebat Philip. Prob. in addit ad Ioan. Monach. in cap. quamquam num. 8. de elect. lib. 6. tex. in l. Paulus 8. ibi. prætor enim beneficium ſuum nemini vult eſſe captioſum ff. de præcar. ſtipulat. l. 2. ibi. ne hi qui cum eis contrahunt principali auctoritate circũſcripti eſſe videantur ff. de his qui veniam ætat. impetrau. l. Imperatorem, ibi. neque enim calumnię facultatem ex principali maieſtate capi oportet de hæredib. inſtit. Barboſ. axiom. 99. in fin. Salgad. de retent. bull. 2. p. cap. 20. nu. 50. Valenzuela conſ. 82. nu. 74 tom. 1. Carol. Marant. Epiſcop. reſponſ. 52. tom. 2. nu. 131. in quẽ ſcopum, ne iurans impingeret, voluere quamplurimi Doctores non penitendæ eruditionis, ſententiam iuramentum deferentem eſſe proferendam hac forma, cõdemnamus Stichum, in talem quantitatem, quam noſtra hac ſententia taxamus, & pro qua iuramentum in litem deferimus, taliter quod taxatio iudicis in ipſamet ſententia continuatur quãtitatis, vſque ad quam poſſit iurari, & non in immenſum; quæ opinio fundatur in lege 4. §. defer-
16 re l. in actionibus ff. † de in litem iurand. vbi iuſiurandum taxatione refrenandum eſſe officio iudicis, nè in infinitum efrenati, atque in immenſum iuretur ha-
17 betur, † quæ perſpectio in arbitrio iudicantis reponitur per tex. in l. arbitrio ff. de dolo malo; ſi fides actoris haud claudicet, † & cauſa ſit modica, poterit iuſiurãdum ei permittere nulla præuia

taxationem, l. qui restituere, versic. si vero non potest eod. tit. secus si hæc duo requisita deficerent, quia cum taxatione debet iuramentum deferre; iudicem enim tangit summa cura periurijs obviare, † eorumque occasionem omni conatu tollere l. videatur de in litem iurando Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 19. nu. 18. cuius periurij pœnę reus constituitur iurans, etiamsi nulliter iurasset, iuramento contraueniens. Ioannes Baptista Ciarlinus controuers. 122. nu. 23. par. 2.
18

Sunt quamplurimi, qui huic opinioni adhærent fatentes esse veriorem in puncto iuris. Ant. Fabr. de coniect. † l. 17. Cald. Pereyr. de errorib. pragm. lib. 4. cap. 1. num. 18. Afflict. decis. 360. in fin. ibi *fuit per Dominum vice-protonotarium, & per maiorem partem Dominorum de consilio post longā discussionem habitam conclusum, dandum esse iuramentum in litem dictis actoribus, taxandum, & moderandum per dictum consilium, antequam iuretur*. Cancer. var. par. 2. cap. 8. num. 22. Viuian. Giroch. differt. 24. num. 10. Camill. Borrel. part. 1. tit. 52. num. 69. & 70. Leotard. de Vsur. quęst. 77. nu. 61. insuper quando iudex in aliquo negocio defert iuramentum reo, † vel actori ad instantiam illius, quia ex officio illud deferre haud potest regulariter prout explicat Ioannes Baptista Cargiar. sing. 15. à nu. 3. Thor. tom. 2. vot. 49. nu. 9. Ioannes Bapt. Ciarl. controuers. tom. 2. cap. 156. nu. 48. debet integram fidem adhibere, & illi præstare, exemplum quando cōstat de substantia debiti, in certa autem quantitas est; tunc circa quantitatem standum est iuramento partis agentis, † quia in tali hypothesi, iudex iuramentum obstringitur deferre, & fidē iniungere. Natta cons. 3. num. 10. Crauet. cons. 108. num. 9. & cons. 662. num. 32. Cephal. cons. 292. num. 12. & cons. 628. num. 62. & 63. vbi integram fidem iniungendā esse creditori probata substantia debiti circa quantitatem tenet Ioānes Baptista Ciarl. controuers. Forens. cap. 99. num. 14. tom. 1. item quando mulioni consignatur capsa clausa, & signata, & postea aperta, † vel designata restituitur, tunc in odium mulionis, quia nostra interest secreta patrimonij non pandi l. 2. C. quemad. & quib. quarta pars debeat circa valorem rerum ablatarum defertur iuramentum Domino, nisi esset res magni valoris, & illi statur, pulchrè Paris. cons. 74. lib. 1. Vrsell. legalis concl. 99. nu. 32. † & vtrum candelabris argenteis datis mutuo pro certa pecuniarū quantitate, si compertum fuerit, vnum ex ipsis non esse signatum, sicut aliud, vel minoris pōderis, ad sit locus præstationi iuramenti vide Thoro vot. 49. iuramento hæredis statur quod libri non sunt penes ipsum, † de quibus est quæstio. Theodos. rubeus tom. 1. singular. ad Seraphinum
19
20
21
22
23
24

num.decif.692.num.6.iuramentum viri boni probat rem sibi
25 fuisse furto sublatam. † Ciarl. to. 2. cap. 156. num. 46. iuramento super amissione instrumenti in casu parui præiudicij statur, Parexa de instrum. edit. tit. 6. resol. 3. nu. 46. Iuramento clerici statur, si res, quas extrahit pro vsu pro-
26 prio sunt, ac deseruiunt, † vt fuit decisum in Mẽsa curiæ Turritanæ per me anno 1663. ad fauorem Ioannis Accorra Vicarij oppidi de Claramonte, & contra D. Hyeronimũ Zonza, & Viccoq; quidem sententia fuit per iudicẽ appellationum Doctorem Don Franciscum Sampero Archipresbyterum Turritanum cõfirmata: tenent hanc opinionem Rolan. conf. 71. num. 22. lib. 4. Recert. decif. 30. par. 3. Io. Bapt. Vẽtriglia in praxi annotat. 14. de Gabell. §. vnico, nu. 24. vbi subiungit iuramentum hoc esse præstandum coram iudice Ecclesiastico, ego tom. 1. differt. cap. 22. num. 90. adde Marinum tom. 1. resol. 31. num. 8. rursus fuit decisum in mensa Turritana anno 1663. ad fauorem Patrum Societatis Iesu Collegij Iesu Mariæ contra Sindicum istius illustris Ciuitatis, & in alijs casibus pas-
27 sim, † in quibus si iuramentũ indulgent iura, per consequens veritatem præstant, & adhibent, prout etiam defertur hoc in litẽ iuramentum, & fides contra defraudantes decimas ecclesiasticas. Barbat. de diuis. fructuum part. 1. cap. 2. num. 27. idem igitur fatendum videtur in nostra hypothesi circa iniungendam fidem iuranti, & non concedendum locum ad probandum contrarium,
28 † iudex absolutè nulla interposita taxatione iuramentum detulit, fuit hoc præstitum, igitur fides ei est iniungenda, sicut in casibus relatis.

Hæc sunt fundamenta præci-
29 pua iacta per actorem, † cui fuit delatum iuramentum in litem ad impediẽdum probationes post sententiam admissas: quibus non obstantibus Regia Audientia in prouisis extitit, & postea non obstante iuramento præstito in valorẽ mille librarũ, fuit taxata, & diminuta per illam hæc quantitas vsq; ad ducentas quinquaginta libras, Senatus motus fuit ad hoc placitum interponẽdũ ex rationibus pro parte Ioannis Eliæ Muscatello exaratis, & per me, tamquam causæ ductorem, cunctatis; quas antequam in mediũ ducã, supponi debet iuramentũ in litem, quod in iudicio receptũ est, ex singulari causa, vel vt rei iniustæ retentę æstimatiò ineatur arbitrio actoris, vt loquitur Iurisconsult. in l. 1. & 5. in fin. & l. 8. de in litem iurand. l. qui restituere ff. de rei vendic. l. 9. ff. de rerũ amot, vel vt æstimetur id, quod actoris intereft constat ex l. 2. §. 1. l. 3. ff. eod. l. semper 15. sed quod inter-
30 fuit, ff. quod vi, † aut clam: in hac hypothesi fuisse legitimè acto ri delatum probatur: nam quando quis hæreditatem adit, nullo adhibito in limine introitus re-

pertorio, hac què forma in confuso, sic illam administrat; tunc datur in pœnam iuramentum in litem, per tex. in l. licèt aduersus. C. de in litem iurand. exornāt Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 31. num. 51. ad finem nu. 59. 111 & 115. Paulus Montan. de tutelis cap. 31. regul. 5. num. 1. & 43. regul. 6. num. 1. Viuian. Giroch. differt. 24. num. 10. prout etiam præstatur contra tutorem non conficientem inuentarium bonorum pupilli l. 7. in princip. C. de
31 adminis. tut. † sunt penes innumeri Doctores, qui hanc veritatem vndequaque inflexibilem profitentur, antiquioribus suppressis, docent Thor. pluribus ab eo laudatis, verbo *iuramentum in litem* prim. par. comp. Leotard. de vsur. quæst. 77. num. 17 Barbos. in l. fin. C. de in litem iurand. Andreol. tom. 2. controuers. 106. nu. 8. & præstatur contra tutorem, etiam si non administrasset ob litem motam inter alios tutores Franc. Maria de Pra-
32 to discep. † forens. tom. 2. cap. 21 num. 21. Merlin. tom. 2. controuers. 25. num. 13. Censal ad Pereg. art. 35. vers. *illud tamen*; recusans
33 vero illud subire, † quod potest, cum iuramentum in litem sit facultas, non necessitas cum Galler. de renunt. Ainich. de preuent. Instrum. cap. 7. nu. 13. fol. 365. præcipuè si plene probauit suam intentionem, quo casu licitè iurare recusare poterit Salg. de reg. protec. par. 3. c. 6. nu. 67. non vero erit admittendus, si postea pœnitētia
34 ductus velit iurare, † nisi qui semel obtulit, denouo cōsentiat. tex. in l. non erit §. fin. iuncta l. seq. ff. de iur. iurand. ex quo tex. dixit Angel. in cons. 374. nu. 4. quod qui semel contrahere recusauit, non possit aduersarium ad cōtractum compellere inuitum, docet Merl. tom. 1. controuers. 79. n. 22 nec defertur alij, quam ei, qui benè informatus sit de valore rei, nō
35 vero ancipiti, † & ignoranti, cap. qui exigit 22. quest. 5. Plotus de in litem iurand. §. 51. nu. 6. Phanuc. eod. trac. par. 2. cap. 4. nu. 4. Osuald. ad Donell. lib. 26 cap. 2 lit. B. Escobar de ratiocin. cap. 9 num. 39. Cyriac. controuers. 13. lib. 1. nu. 2. & 7. Hermosill. in l. 8. tit. 3. par. 5. glos. 6. nu. 5.

Vnde fideicommissario, agenti ad fidei comissum contra heredē, iuramentum in litem minime
36 indulgetur, † cum in illo qualitas facti proprij, quæ desideratur ad delationem iusiurandi l. vulgo de in litem iurando, non reperiatur, & sic necessaria cognitio rei controuersæ suppositæ non possit reperiri; quapropter lex haud illi defert iuramentum, fuit decisum per Regiam Audientiam anno 1660. relatore Doctore D. Dominico Brunengo ad fauorem viduę Margheritæ Manguino, & contra Iacobum Spañolo oppidi de Sorso; vbi fuit dictum, dicto Spañolo non arridere prestationem huius iuramenti, quam ambiebat, tamquam substitutus vocatus ad fideicommissum, ex causa, quia dicta Manguino haud

confecerat inuentarium bonorū fideicommiſſo ſuppoſitorū. Hanc opinionem docent in pręciſis ter minis fideicommiſſarij agētis ad fideicommiſſum contra hæredē, qui omiſit repertorium celebrare Alex. in l. in ratione ℱ. quod vulgo nu. 14. ff. ad legem Falcid. rationem reddit, *quia fideicommiſſarius debet ſibi imputari, cur hęredem grauatum non coegit ad confectionem inuentarij*, quo non confecto, aliter quam per iuramentū
37 debet probare, † ſi prætendat adfuiſſe alia bona in hæreditate; ratio, quia non videtur conſonum iuramentum deferri in actione ex teſtamento deſcendente, ſicut
38 in actione tutelæ, † cum hæc ſit bonę fidei l. tutoris in princip. cod de adminiſtr. tut. actio vero, quę fideicommiſſario arridet, quæ ad hunc effectum reputatur ſtricti iuris l. alias de in litem iurand. hanc opinionem à magno conſiſtorio Sardiniæ amplexatam, vti veriorem ſequuntur Ludou. Mo-
39 lin. † de primog. lib. 1. cap. 18. num. 5. & 9. Raudenſ. deciſ. 19. num. 76. Raphael. Cuman. conſ. 30. ſtatuto cauetur column. vltim in princ. Peregrin. de fideicommiſ. vbi ita fuiſſe deciſum refert art. 35. nu. 27. Gratia. diſcep. Forenſ. tom. 2. cap. 115. num. 27. Fontanel. tom. 1. deciſ. 300. num. 23 Cenſal. ad Peregr. dicto art. 35. in fin.

40 Nec procuratori, † aut negociorum geſtori hoc iuramentum defertur ex eadē radice ſuperius perpenſa Camill. Borrell. in ſumma deciſ. tom. 1. tit. 52. num. 25 cum Farin. & Anton. Fab. Olea de ceſſion. iur. tit. 6. Miſcellan. n. 6. Donel. lib. 26. cap. 7. comment. vbi eam reddit rationem, *quia procuratori vera rei ęſtimatio, & affectio Domini ignota eſt*. Ceſſionario vero defertur, vt probat Olea loco citato, & in quibus alijs caſibus poſſit præſtari, vide ad longum Oleam, Fontanel. loco citato, Leotard. de vſur. quæſt. 26. D. Martinū de la Reatig. ſelect. iur lib. 3. ex cap. 5. Viuian. Girochi diſſert. 24. num. 10. vbi tenet hæ-
41 redi eſſe adhibendum, † ſeù indulgendum contra vſufructuariū qui repertorium haud confecit.

His non abſque fruge iactis, & cognita validitate præſtationis iuramenti in præſenti hypotheſi
42 Leonardo Romanedda impartiti, conſtanter dicendu venit potiſſe Regiam Audientiam, & illud moderari circa quantitatem poſt ſententiam latam, & probationes concedere ad probandum oppoſitum, cum hic ageretur de in litem iurando, & non de alijs ſpeciebus iuſiurandi, in quibus vtrū fides plena iuranti ſit iniungenda, non eſt præſentis theſis; duo hæc theoremata probanda veniunt, reſpectu primi, quod nulla taxatio ſit neceſſaria in ventre ſententiæ iuramenti in litem delatoriæ, ſed quod poſſit iudex quantitatem iuratam taxare, moderari, & arbitrari, eſt tex. in l. 68. qui reſtituere ℱ. ex quibus arbitratu iudicis ff. de rei vendicat, qui probat taxationem conficien-
dam

dam posse, & in ventre sententiæ, & post illam interponi, committendo illam arbitrio iudicis pro quantitate negocij, contumaciæ, & alijs circumstantijs mouentibus animum; iudex illas appendens, quantitatem vsque ad quā iuretur præscribere poterit, vel nulla signata iuramentum concedere, & eo præstito iuratum valorem minuere, negotium totum eius arbitrio reponitur, mādatur,
43 † & præscribitur, non ex eo quod iuramentum impartitur absolutè manus eius comprehensæ constituuntur ad modificandum illud; potest itaque ab illo recedere, & minus reum damnare, quod expressè probat tex. relatus: ibi *item videndum, an possit iudex, qui detulit iusiurandum non sequi id, sed vel prorsus absoluere, vel etiam minoris condemnare, quam iuratum est;* quæ quęstio huic textui supposita, vtrum post iuramentum delatum, possint probationes illi contrariæ adhiberi, & his dispunctis, valeat reus absolui, si exclusionē conatus iurati sortiatur, visa fuit ridicula Antonio Fabr. in lib. 16 coniect. cap. 17. & eam tribuit Triboniano, in qua duplici nota haud inhærere iuris cardini, sed ab illo deflexisse cōprobat, Osuald. ad Donell. lit. F. c. 11. lib. 26. rationibus, quas hic affigere, non est nostræ speculationis; concludit tex. & terminat suscitatum dubium ad mentem Senatus nostri: *& magis est, vt ex magna causa, & postea repertis probationibus possit.* Per tex. hunc probari iudicem post iusiurandum delatum, posse quantitatem iuratam taxatā minuere, & restringere, quod est, quod per Senatum fuit prouisum, tres partes à quantitate iurata deducendo, dicit Osuald. loco cit. ad Donell. refellens Fabrum oppositum docentem; quam opinionem vti veriorem, & praxi receptam docent Donell. loc. cit. Gregor. Lopez in l. 5. tit. 11. par. 3. glos. 4. Fontanel. decis. 300. n. 8. cum seqq. Costa de remed. sub. quest. 8. nu. 2. Larriategui select. lib. 3. cap. 15. num. 3.

Opinio hæc non pugnat cum
44 antecedenti, taxationem, † vsque ad quam quantitatem iuretur, in ventre ipsiusmet sententiæ adhibendam desideranti; ambæ coalescunt ad coercendum, ne efrenatè, & in immensum iuretur iuxta tex. in l. in actionib. ff. de in litem iurand. & ad reponendum hoc arbitrio iudicis; cui mandatur perspectio hæc l. arbitrio ff. de dolo malo, qui vtique poterit post iusiurandum præstitum probationibus dispunctis, arbitrari, moderari, & restringere affectionem iurantis. Cald. Pereyr. Variar. lib. 4. cap. num. 19. hoc fœdere euacuatur obiectio actoris, & cum placito Senatus germanatur.

Caput aliud probationem tribuendi post iusiurandum impar-
45 titum, † & præstitum eandem radicem percutit, eisdem confricatur rationibus cum theoramate alio perpenso l. qui restituere 68. ff. de rei vend. probat vtramque partem, & taxationem præposte-

poſteram ſententiæ, & probatio-
nem ſubſequentem, in qua ma-
gis, quam in iuramento actor
opportet niti, quia iudex, cui ni-
hil conſtat, nihil decernere poteſt
l. 1. C. de ſecundis tabul. Salg. de
reg. protect. par. 2. cap. 1. nu. 131.
ſummopere commendat hoc Fō-
tanell. deciſ. 300. num. 8. vbi ad-
monet partes, ne nimium confi-
46 dant in iuramentis iſtis,† ſed cur-
rent probare quãtum poſſint va-
lorem, & veriſimile facere ſuum
iuramentum tum ex qualitate
perſonarum, tum aliàs omni me-
liori modo, quo poterint, quia ſe-
cundum allegata, & probata po-
tius taxabit iudex, quam ſecun-
dum iuramentum. Et admonen-
dus eſt iudex etiam quod ſequen-
do praxim harum deciſionum,
faciat per æſtimationem apparere
de valore, quæ debet eſſe norma,
& fundamentum huius taxatio-
nis. Verba ſunt huius Doctoris,
per quæ clarè conſtat mens Sena-
tus huic doctrinæ inhærentis, &
quando periculis ſit inuolutum
ſimplici iuramento confidere; tu-
tius pars iurans ſibi proſpiciet ſi
iuriiurando probationes adhi-
beat, his illud roborando, nam
cum ſit hęc materia iudici arbi-
traria, poterit arbitrium interpo-
nere ſat rigidum detruncans non
ſolum de medio valorem iuratum
affectionis iurantis haud indul-
gens, ſed reſtringens vſque ad
quartam partem, prout in noſtra
hypotheſi contingit; ceſſat ratio-
ne hac cunctata altera obiectio
circa negatiuam facultatem iudi-
cis reſpectu moderandi ſuam
ſententiam, quod intelligitur in
ordine ad definitiuam, non
vero interlocutoriam, & delatiuã
iuramenti, qua ſemper ſubſequi-
tur iudicialis taxatio iuxta verio-
rem opinionem praxi receptam,
vel antecedit iuxta aliã in ſcho-
lis profeſſam.

Dices, quam ergo vtilitatem
iuramentum ſecum ducet? ſi pars
iurans debet iuramenti contenta
probationibus firmare, ſi pars cō-
tra quam iuratus poteſt contrariũ
47 probare, † & ſic poſt latã ſenten-
tiam iuſiurandi dilatiuam locum
arridere ad abſoluendum reum,
qui mediante ſententia fuit con-
demnatus, quam abſolutionem
poſſe impartiri poſt iuramentum
præſtitum, & delatum probat l.
qui reſtituere 68. de rei vendic.
Reſpondeo vtilitatis non modicæ
conſtitui iuramentum hoc, quia
ſemper indulgetur iurantis affe-
ctioni, licèt ſubſequatur taxatio
iudicis, quæ in totum non tollit,
ſed reſtringit iuramentum, reli-
gioni ſacramenti pietatem, & fi-
dem licèt non plenam adhibens
48 iuxta qualitatem negocij, & per-
ſonarum,† cuius inſpectio alliga-
tur illius arbitrio. Rurſus cum
Fontanell. num. 9. dico operari
circa exiſtentiam rerum, non cir-
ca valorem eo ipſo quod quis non
confecit inuentarium, & contra
eum iuratur, ſupponitur bona ex-
titiſſe in ordine, ad quam exiſtē-
tiam multum prodeſt iuramen-
tum in litem, precipuè quando
plena probatio non pręcedit; re-
ſpe

spectu vero valoris & vt etiam, ipsius met existentiæ bonorum prætensorum subintrat taxatio, quando negocij qualitates, & circumstantiæ exposcunt, in quo iudex haud tam rigidus debet cō-
49stitui, † illas perpendere obstringitur altamente adhanc taxationem adhibendam, dispunctis rationibus vtriusque partis, in quibus actor, de existentia, & valore rerum quantum possit, & reus de diminutione debet curare, inuigilare, & contendere, cum ex illis pendeat felix exitus, vel infelix negocij, & in probationum pondere iuramentum ex parte iurantis non parum calculi constituitur tam in paritate, quam in oppugnatione, cui semper, & lex, & iudex multum indulget, & fidem adhibere opportet.

Et quod non sit prohibitum probari posse contra iuramentum in litem contrarium eius de quo
50iuratum, † est tota decis. Caro. 12. Costa de remed. subsid. quæst. 8. num. 7. Rolan. cons. 87. vol. 4. quos sequitur, & laudat Fontanell. decis. 300. num. 10. vbi ad longū defendit contra iuramentum in litem, posse probari contrarium, & non esse standū præcisse quantitati iuratæ, eamdem opinionem sequitur Thesaur. quæstionū Forens. tom. 4. quæst. 81.

ARGVMENTVM.

Beneficium impartiri, an accipere ineundius? beneficij accepti retributionem non iura extorquent, sed gratitudinis debitum suadet: æquoris pericula, quibus humana cupiditas se adscribit, recensentur. Mulier viro in distinctam prouinciam pro dote repetenda discedenti validè donat: meritorum assertio inter donare prohibitos etiam iuramento adhibito remunerationem haud inducit, nisi extrinsecè probetur. Venditio imaginaria inter coniuges tanquam sapiens donationē interdicitur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter coniuges est nulla 3. rationes afferuntur 2. qua prohibitio versatur etiam inter coniuges putatiuos 4. & si donatur vxor putatiuę morte haud confirmatur donatio 5. prout etiam legatum non valet & tenetur restituere fructus vxor putatiua num. 6. valet donatio inter coniuges pietatis causa 53. quod remuneratoria valeat inter coniuges, & quod possit vxor viro pro dote repetendo in distinctam prouinciā discedenti valide donare fuit declaratum per Regiam Gubernationem 78.*

7 *Vedens coniux coniugi immaginario pretio quod agit nulliter agit; nam substantia emptionis in pretio cōsistit 8. adeo vt emptor is diffiniatur, qui pretio emit. 9. & resoluitur in donationem 10. & sic inter donare prohibitos non potest concipi immaginaria venditio 11.*

12 *Remuneratoria donatio non est propria donatio, sed antidoralis debiti*

ti solutio, quę procedit ex debito honestatis 13. præstatio boni operis naturalis obligationis pignus progerminat 15. quod remunerationis loco condonatur repetione vacat 16.19. non potest reuocari ex capite ingratitudinis 20. 21. potest fieri per procuratorem constitutum cū libera 22. remuneratoria donatio dicitur magis permutatio, & contractus facio, vt facias 35. & facta causa mortis transfunditur in donationem inter viuos 41.

14 *Ingratus est qui beneficij obliuiscitur; & obliuio dicitur pessimum genus ingratitudinis.*

23 *Casus præsentis hypothesis figuratur.*

24 *Æquoris pericula, quibus si quis se commendat, sortis alea vitam adscribit 25. monstrum mare appellatur; 26. & pro insania habetur illius pericula sulcare 27.32. miserrimum fuit antiquis inter vndas decedere 33. & habetur pro infeliciori genere obeundi submergi in mari, & ratio redditur 34.*

28 *Mortis in articulo constitutus dicitur intendens longam nauigationem quid versetur inter mortis periculum & articulum 29. hęc promiscuè quo ad plures effectus germanantur 30.*

31 *Nauigantes tantum à morte distāte quantum est tabularum nauis crassities.*

36 *Donans de euictione non tenetur, nisi pactata extiterit; nisi donatio, à promissione incipiat, & non à traditione 37. siue per stipulationem fiat donatio, siue nudo pacto 38. fallit quando quis rē suā nō donat, quia tunc de euictione tenetur 38.*

40 *Euictio debetur in donatione remuneratoria, sic fuit decisū in Regia Sardoa Audientia, & venit euictio in donatione contemplatione matrimonij 42. nam donatio causa matrimonij ducit titulum onerosum 43.*

44 *Meritorum simplex assertio non probat inter personas suspectas 46. 47. licèt esset iuramento vallata 49. & non officit clausula notariorum apponi solita, circa merita, intelligitur de obsequialibus 50. non potest denunciari meritorum probatio & nu. 51. respectu pia causa non requiritur meritorum probatio 52.*

45 *Fraus præsumitur inter personas suspectas, quādo narratur id quod fraudem remouet nec concedendi est per obliquum quod directo fieri prohibetur 48.*

54 *Beneficium conferre quam accipere est iucundius & maioris lętitiæ probatur 55.59.*

56 *Beneficium recusans iniuriam inferre dicitur benefacienti, benefaciens habetur tanquam Deus 57. 58. eo ipso met beneficio collator quis premium habet 60. 61. accepti beneficij quis debet esse memor, dati immemor 62. beneficii acceptum extrinsicè premium optat 68. beneficij, accepti immemor neuo ingratitudinis notatur & non potest esse generosus 22.*

63 *Gratitudinis debitum dicitur debitum honestatis, nulla obligatione ciuilis fulsultum, intrà obligationis naturalis ambitum reclusum 64.*

65 *Virtus licet sit sui ipsius premium &*

Gg

& pretium, attamē extrinsecè premiū allicit, apud Sardos raro aut tardiu premium sortitur 66.

67 *Premij remuneratio dicitur tuta tropheorum origo.*

69 *Antidorali, debiti retributio si tollatur, interdicitur humanum Commercium, & illam exercens non dicitur liberalitatem celebrare, sed debitum persoluere 70.*

71 *Necessitas nunquam grata, seu benifica.*

72 *Cupiditas humana in causa constituitur vt tot aequoris pericula conculcentur, & parui habeantur 74.*

75 *Expensa adhibita à marito pro repetenda dote non minuunt illam, quando sunt modicæ. Siue nomen debitoris, fuerit datum æstimatum, siue non 76. sed non tenetur cum discrimine vitæ illam repetere, & si expensas magnas erogauerit poterit illas repetere 77.*

79 *Excussio non est necessaria de bonis sitis extra territorium, præcipuè quando sunt sub diuerso Principe 80. nec quando sunt bona intricata 81.*

82 *Donatio remuneratoria non intelligitur in eo in quo merita donatarij exceduntur.*

CAPVT XXV.

DONATIO inter coniuges tā iure Sardoo, quam Romanorum prohibita, nè mutuo amore ad inuicem se spoliarentur apparet de quo, tamquam de re clara dubium reuolui valet, sunt textus qui hoc vulgare axioma probant, & comprobant in
1 l.c.† sed si vir.31.§.7. sub fin. ff. de donat.inter. Vlpian. lib. regul.tit. 7. l.4. tit.11. part.4 tum etiam ne concordia maritalis pretij, axi niti videretur, ne matrimonia essēt ūenalia, & amore magis captandi nūmi, quā simplicis Himenei amplexus tipo homines ad coniugium allicerentur l.2. cod.l.si liberis 27. ff. de pact. dotali.6 l. iube-
2 mus cod. ad velleian.† & tandem quia nefas putatur aliquid videri inter virum & vxorem, quod nō
3 sit commune, † ob quas rationes moribus populi Romani donationem inter coniuges improbari notissimum est exornant Alciat. lib.3. disput. cap.14. ex Plutarch. in præcept. Conubial.cap.20. Petr. Nicol. Motz. de donat rubric. de person. inter quas nu. 31. Anton. Thesaur.dec. Pedem.32. n.1. Valenzuel. cons. 117. num. 2. Arias de Mesa var. lib.3. cap.40.nu.21. lib.2. cap.1. num. 4. Rettes. titul. de imaginar. vendit cap. 18. Opuscul. num.2. Paul.Staiban resol.103. centur.2. Leotard de vsur. q.7. num.31. Mātthias Berlinch. practic.conclus.tom.2.conclus.15. num. 1. Domand. de renunciat. cap. 21. num. 49. quę prohibitio versatur etiam inter coniuges pu-
4 tatiuos,† quem punctum ad longum reuoluit Tācred.de matrim. lib. 2. disp. 2. remissiue Olea de cess. iur. tot.4. q.8. num.15. in fin. inter quos vnum notabile militat,

tat, quod inter veros coniuges
haud procedit, iuxta text. in l. cũ
hic ſtatus 32. §. ſi quis ſponſam
de donat. inter, vbi ſcriptum legi-
mus, donationem in vxorem pu-
tatiuam collatam morte donato-
ris non confirmari, cum tamen
confirmetur, ſi vxori veræ fieret,
5 † notat Acoſta in cap. ſi pater ver-
bo vxorem num. 16. de teſtam.
in 6. cum Couar. Franc. Marc. &
alijs Arias de Meſa var. lib. 3. cap.
22. n. 17. prout etiam per text. in
l. vxori 27. de vſufruct. legato vſu-
6 fructu putatiuæ vxori, † matri-
monij nullitate cognita, pertinet
ad hęredem fructuum repetitio,
quia cum maritus legaſſet vxori,
quam legitimam eſſe putabat, &
poſtea apparuit non eſſe, quaſi ex
defectu voluntatis legatum non
valet, argumento l. ſi pater cod. de
hæredib. inſtit. ita explicat Fonta-
nel. de pact. nuptial. clau. 4. gloſ.
1. n. 69. Barboſ. Anton. Gomes &
alij penes Arias de Meſa n. 22.

Perſpectio hæc in cauſa repo-
nitur vt ſi coniux coniugi donare
volens vendat imaginario pre-
7 tio, † nullum erit, quod actum
eſt l. vir vxori 17. ad S.C. Velleiã.
l. ſi quis donationis 36. de contra-
hend. empt. l. ſponſus §. circa ven-
ditionem 6. de donat. inter l. ſi nõ
verum 15. l. creditor 20. cod. eod.
8 tit. ratio quia tota ſubſtantia em-
ptionis, † venditioniſque in
pretio conſiſtit l. iuris gentium 7.
§. idem reſponſum de pactis l. pa-
cta 22. de contrahend. empt. adeo
vt emptoris diffiniatur qui pretio
emit. l. ſciendum 19. §. deinde
5. de edilit. edict. iuncta l. 1. §. ſi
quis ſeruum ff. depoſit. & deficiẽ-
te pretio deficit contractus l. 3. cod.
de cõtra empt. l. cũ in vẽditione 36.
9 † l. ſi quis donationis 38. ff. eod. ti-
tul. ſcilicet emptionis, reſoluitur
10 tamen in donationem, † & vt do-
natio valet. tot. tit. cod. plus valere
quod agitur quam quod ſimulatè
concipitur probant text. in l. 3. l.
empti fides 9. in fin. cod. de con-
trah. empt. l. vltim. ff. pro donat,
quod procedit quando inter con-
tractui ſuppoſitos haud interdi-
11 cta inuenitur donatio; † nam ſi in
fraudem legis, per quam donatio-
nes prohibentur, venditio contra-
hatur, quod imaginarie, & ſub
ſpecie venditionis cõcipitur, nul-
las vires obtinet, & iuris haud
vinculum parit l. contractus 54.
de oblig. & act. qui probat, & in-
ducit regulam hanc, vbi prohibe-
tur donatio, nihil operari emptio-
nis contractum nullo pretio ac-
cedente conceptum, nullius eſſe
roboris commentitiam, & ima-
ginariam venditionem eſſe l. ma-
nentibus 49. cod. Theod. de hæ-
ret. l. quoniam 33. eod. cod. de de-
cur. Reteſ. Opuſc. lib. 1. miſcel. cap.
18. num. 2. in fin.

Remuneratoria verò donatio
quæ proprie donatio haud dici-
12 tur, & liberalitas, † ſed antidora-
lis debiti ſolutio l. ſed & ſi lege 28.
§. conſuluit ff. de petit. hæredit. l.
Aquilius Regulus ff. de donat l. e-
leganter de pignorat. action. Ripa.
in l. ſi vnquam 8. q. 14. cod. de
reuoc. donat. Magon. deciſ. Florẽt.
77. nu. 21. Caſtill. in l. 29. Tauri.

 gloſ.

glos.las otras donaciones. Fallent. 4. Sanfelic. decis. 315. n. 3. part. 2. Valenzuel. consf. 117. n. 17. tom. 2. Franc. Rocc. responsf. tom. 1. tit. de mandat. & complem. n. 116. quo nexu perpenso dicitur gratitudi-
13 nis vinculum, † debitum honestatis. Carol. Marant. responsf. 23. n. 53. tom. 4. quod frangit benefactus, si se contra benefactorem obarmet, beneficium abnegans, vel obliuioni illud adscribens, quę in pessima ingratitudinis labe principatum obtinet, à fabre loquitur Plutarchus in apothegm. 161. *ingratus est, qui beneficium accepisse se*
14 *negat,* † *quod accipit ingratus qui dissimulat, rursus ingratus qui non reddit, ac omnium ingratissimus qui oblitus est.* Franc. Maria de Prato practic. obseru. cap. 65. n. 34. obsequium adhibitum in boni operis præstatione, naturalis obliga-
15 tionis pignus progerminat, † quod iura Antidoralem nexum proclamant. Osuald. ad Donell. lib. 12. cõment. cap. 2. lit. B. & O. cuius effectus omni etiam obligationi naturali communis, est soluendi necessitas imposita naturæ præscripto, vt beneficio satisfaciēs debitum exsoluisse dicatur Senec epistol. 81. Cassiodor. lib. 1. epistol. 28. quare quod remuneratio-
16 nis loco condonatur, † repetione vacat, merces nempe tributa censetur l. si pater 34 p. 1. de donat. l. si remunerandi 6. in princip. mandat. Amaia, lib. 2. obseruat. cap. 6. n. 23. Solorsan. de iur. Indiar. lib. 2. cap. 10. nu. 58. Balthas. de Angel. in l. quid 5. cod. de aduoc. Don Hieronym. Altamiran. in l. 3. cod. de filijs offic. cap. 27. num. 5.

Beneficio affectus si donationē
17 impartitur, hæc non liberalitas, † sed debiti retributio, & remuneratio intelligitur, sicque poterit celebrari inter coniuges, aliasque personas, inter quas mera donatio interdicta inuenitur l. quod autem spectetur 75. si vir & vxor 2. ff. de donat. inter l. si pater puellæ in med. cod. de inofficiosf. testam. docent Roland. consf. 5. nu. 11. & cōsf. 98. num. 44. lib. 1. Cæpoll. Cautell. 112. Beuit. ad l. 1. de iur. iur. num. 110. Petrus Nic. Motz. de donat rubric. de personis inter quas n. 31. versic. limita in donatione Minsig. centur. 2. obseru. 33. nu. 6. qui omnes loquuntur de remuneratione, & donatione compensatiua inter coniuges vel alias personas, inter quas donatio prohibetur, adhibita, resoluuntque validam, & robore vndequaque munitam esse. Farinac. in repertor. de contractib. q. 30. n. 12. Henric. Bucē. in tract. de donat. c. 3. n. 21. Tur-
18 riā. 2. 2. to. 2. dip. 7. † dub. 6. Sanchez. de matrim. tom. 1. disp. 6. n. 11. Dian. moral. tom. 1. tract. de religiosf. paupert. resol. 15. in fin. qui loquitur respectu fori etiam conscientiæ Gratian. discept. 984. tom. 5. Surd. consf. 471. nu. 28. lib. Capic. Latr. decisf. 22. lib. 1. ex nu. 34. Matthias Berlinch. practic. conclusf. tom. 2. conclusf. 15. nu. 12. Merlin. controu. iur. tom. 2. cap. 46. nu. 30. Narbon. de ætat. ad omn. human. act. requisf. anno 61. q. 4.

Ratio est, quam repeto & includo,

cludo, quia remuneratio beneficij
19 non eſt proprie donatio, † ſed debiti retributio, mercedis acceptæ ſatisfactio, & naturalis vinculi extinctio, quapropter ad ſui robur haud inſinuatione indiget Tyraquell. ad l. ſi vnquam cod. de reuocand. donat. Anton. Corſet. in cap. grandi nu. 26. de ſuplend. negligent. Prælat. Anton. Canar. de inſinuat. q 19. n. 24 Roland. conſ. 13. num. 24. lib. 5. Burgoſ. de Paz. conſ. 3. n. 66. cum Decio, Cephal. & alijs Valenzuel. conſ. 117. n. 19. tom. 2. Franc. Rocc. reſponſ. tom.
20 1. † tit. de mandat. & complem. n. 118. ex capite ingratitudinis haud poteſt reuocari Valenzuel. conſ. 117. nu. 14. gloſ. in l. fin. in verbo inueniatur in fin. vbi Tyraq. verbo donatione largitus n. 142. cod. de reuoc. donat. Surd. de alim. tit. 1. q.
21 48. † n. 21. & 22. vbi donationem remuneratoriam ob merita impartitam concludit eſſe omnino irreuocabilem ex quolibet capite. Gratian. diſcep. for. part. 4. cap. 782. nu. 23. Carol Marant. reſponſ. 14. tom. 2. n. 28. Cyriac. controu. 529. num. 10. poteſt fieri per procuratorem conſtitutum cum
22 libera, † & adminiſtratione generali. Rocc. loc. cit. n. 116. quia non eſt propriè donatio, ſed magis debiti ſolutio; vnde licèt lex Sardoa tam Regię pracmaticę quam capitulorum curiarum & Cortæ localis, & etiam ius commune Romanorum, quo Sardi indiſtinctè vtimur, interdicant promiſcuè donationem inter coniuges, remuneratoria tamen concipi, adhiberi, & interponi inter illos queit, per quam mutuus amor haud lucro ancillatur, nec venalis conſtituitur ſed naturale debitum perſoluitur Fachin. lib. 2. conſ. 6. in princ.

Ad caſus figurandi captionem hoc reticulo iacto; dubium quod
23 in roſtris proponitur verſatur. † Petrus pro acquirenda dote vxoris ſuæ Mariæ Hiſpanæ in Hiſpaniã ſe contulit, inibi fere per vnius anni metã, curã adhibuit, inſudauit, & ærumnas paſſus fuit pro illa repetenda: hac conſequuta, patriam propriam: Saſſerim petijt vxor huius beneficij nemor ingratitudinis vinculum, refuſis in Calculo redditionis prius expẽſis litis & itineris, viro donationem fuit impartita, hac defuncta, à ſobole exprimęuis votis ſuperſtite, diſſidium ſuſcitatum fuit ſuper valore huius donationis, maritus illam fuiſſe remuneratoriam dicebat, pars altera oppugnabat, rationes pro vtraque parte concinnentes nõ rudi ſtilo affigam huic paginæ.

Fundamentum antidoralis nexus remunerationem extorquentis radicatur in periculis æquoris,
24 † cuius volubilitas hæc fouet cuius perorreſentia hæc conglutinat, inſtabilitas gignit, latitudo ducit, & cuius immenſitas attrahit. Senec. illa delineat. Suaſ. 1. *ibi aſpice quibus procellis, fluctibus que ſęuiat, quas ad littora vndas agat, tantus ventorũ tanta conuulſi funditus maris; inſania eſt, nulla præſens nauigantibus ſtatio eſt nihil ſalutare, nihil notum, rudis, & imperfecta natura penitus receſ-*

cessit, & Virgil. lib. 5. Æneid. de Palinuro loquens dixit.

O magis tandem pelagi defunctè periclis.

Cuius voraci gurgiti si quis vi-
25 tam commendat, † sortis aleæ, tēporis discrimini, mortis limini illam adscribit, nam teste Senec. loc. cit. *nauigia quę de mane lucebant, de sero sorbebantur*; quod Virgil. *monstrum* appellauit, *me ne huic confidere monstro*: monstrum sane
26 terram ambiens, † in æthera intumescens, cuius bilem insanam cōfringere & multum audaciæ habet, Cassiod. var. lib. 4. epistol. 15. *quid enim audentius quam illud infi-*
27 *dum ac vastissimum mare*, † & non parum insanię. Sic dicebat Alexis in Stobæo sermon. 19. *quis quis nauigat, aut incanire, aut mori cupere, aut mendicum esse*. Horum periculorum paruihabitio in causa reponitur, vt nauigatio tanquam in proprię vitę dipendium tendens dicatur esse contra naturam, vt ex Horat. & Cicer. ratiocinatur Menchac illustr. cap. 20 num. 19. & 22. lib. 1. Prętart. eam ab hoc detestatur dialog. 54. lib. 3.

Quorsum est vt pelagum tranans seu sulcans dicatur ex text. in
28 l. 3. † de donat. caus. mort. in mortis articulo constitutus, prout docent Sarnens. ad Regul. Cancel. regul. de infir. resig. q. 8. Strach. de Mercat. tit. de nauig. num. 1. Fenut. in tract. de moment. tempor. cap. 5. num. 10. & 16. ex Ludouic. Gem. Menoch. & Coriol. Velasc. de priuileg. miserabil. person. q. 14. n. 7. Thomat. decis. 93. n. 21. quia etsi inter periculum & articulum mortis adsit aliquale di-
29 scrimen, † quia illud intelligitur quando proximè moraliter mors imminet, illud reputatur ex communiter accidentibus quando minatur probabilis metus vt in mulieris partu, bello, longa nauigatione, & similibus obseruant Coria. de Casib. reseruat. p. 1. sect. 2. articul. 16. Molin. de rit. nuptiar. lib. 1. compar. 18. ex n. 16 Duard. de censib. lib. 3. p. 2. q. 2. Mier. ad Constit. Chatalon. tom. 2. ad Constitut. delos impubers n. 30. & 40. Fenut. dict. cap. 5. Noguerol. allegat. 33. num. 64. attamen horum DD. quāplures promiscue periculum & articulum mortis germa-
30 nant, & confricant, † illa pro eodē reputantes pręcipue in ordine ad plures effectus, quos delineant, inferentes casus reseruatos posse in vno, & alio casu absolui repete illos quando occasio vrget. addo. Carol. Marant. respons. 48. nu. 9. tom. 4. ego differt. 1. num. 50.

Discrimen hoc perpendens in admirationem lapsus Anacharsis
31 Scita, † dixit, *nauigantes tantum à morte distare, quantum est tabularum nauis constities*, & Brias philosophus censuit nauigantes nec inter viuos, nec inter mortuos versari, sed in discrimine probabili vitæ angi hoc periculum agnoscunt
32 mortis sub vmbra repositum, † fatentes idem quod fassus fuit philosophus, Plaut. in Axioch. Stob. sermon. 10. Horat. 1. carm. 3. Senec. in Mede. act. 2. Propet. 3. eleg. 5. Claudian. in præfat. 1. de raptu Petrarch.

trarch. in remed. vtriuſq. fortunæ. Dialog. 54. Menchoc. illuſtr. cap. 20. ex num. 20. Cabrer. de metu lib. 2. cap. 35. inter quę pericula illis ſuccumbere, † & mortẽ ſubi-
33 re miſerrimum fuit antiquis habitum, à quibus monumenta hiſtoriarum fuiſſe decantando inter vndas ſub merſos pro miſerationibus diiudicatos Franc. Luiſ. in Parerg. lib. 2. cap. 28. Theſaur critic. tom. 3. Athanais Oteiza Paralip. lib. 2. cap. 12. num. 36. & 37. vt pote omnium quę ſunt obeundi genera in grauiſſimum, rationem reddit Dõ Hieronym. Altamiran. in rubric. eod. ad tit. de filijs official. qui in bell. moriunt. cap. 4. nu. 38. ſeu quia in profundo nullum edere eſt virtutis ſpeciẽ, ſeu quia ſubmerſus intereũ-
34 do latitat, † & ſi quis alius ſibi ipſi moritur: quo reſpicit Æneæ fœda tempeſtate oborti pia lamentatio, inter vndas miſerrime mortem deguſtare, & non inter armorum ſtrepitum cum laurea aduerſi fieri ſanguinis, vel in patriæ naturale obſequium metuentis, vt refert Virgil. Æneid lib. 1.

O Danaum fortiſſime geſtis
Tydide; mene Illiacis occumbere campis.
Non potuiſſe? tuàque animam hàc effundere dextra?

Cauſa parandæ vxoris dotis, quæ ſub inuolucro litium indiſtincta prouincia inuoluta iace-
35 bat, † maritus ſulcauit æquor vitam fortis aleę præſcripſit, ſubiuit pericula non modici ponderis, incommoda aproprijs laribus diſceſſum ſectantia per circulum vnius anni fuit paſſus, ex hac cauſa, in remunerationem horum laborum, obſequiorum & ærumnarum fuit donatio ab vxore impartita, non maritali amore comitata, ſed beneficij accepti, & debiti antidoralis extorquente pudore; igitur valoris robore debet muniri donatio hæc remuneratoria tanquam non nuda vallata liberalitate, ſed ob cauſam adhibita, quę magis per mutatio, ſeu contractus inominatus facio, vt facias debet autumari, ſecundum Papiniani Reſponſum delatum in l. Attilius Regulus 27. de donat. Abb. in cap. fin. num. 11. de donat. Viuius deciſ. 450. num. 1. Maſtrill. deciſ. 211. nu. 2. p 3. vbi donationem ob merita non lucratiuam, ſed oneroſam appellat, immunẽ reuocandi priuilegio, quod donanti ex capite ingratitudinis contra donatarium arridet, hoc cõtra remuneratoriam nequit experiri, cum vt ſit ſepius inculcatum non ſit vera donatio. Carol. Marant. reſponſ. 14. n. 16. tom. 2.

Ex hoc capite procedit, quod licèt donãs de euictione nõ teneatur,
36 † niſi pactata extiterit ex vulg. l. Ariſto ß. fin. de donat. l. vxor patrui cod. de legat. Gozad. conſ. 60. num. 1. Surd. deciſ. 11. num. 13. & deciſ. 290. num. 3. vbi Hodiern. Cardin. Tuſcus quæſt. iur. concluſ. 366. num. 1. lit. E. Rota Roman. diuerſ. deciſ. 620. nu. 1. par. 1, & apud Ludouiſ. deciſ. 340. num. 4. Mangil. de euict. q. 68. nu. 1. Guſman. de euict. q. 25. Marin,

quot.

quot. resol. cap. 12. num. 8. Sanfelic. decis. 315. par. 2. n. 1. Don Ioan. Mar. Alinesi controu. 16. num. 1. nisi donatio à promissione inciperet, & non à traditione, quo casu
37 donans videretur se obligare, ✝ & sic de euictione teneretur, sic Mātic. de tacit. tom. 2. lib. 13. tit. 4. de donat. nu. 18. Gomes. var. tom. 2. cap. 2. nu. 35. Molin. de iust. & iur. discept. 380. num. 9. Fontan. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 14. nu. 34. Peregrin. decis. 93. num. 5. Alex. Trentacinq. var lib. 3. tit. de donat resol. 2. Gratian. cap. 657. nu. 47. Gusman. de euict. q. 35. n. 3. Hermosill. in l. 32. tit. 5. part. 5. glos. 1. à n. 65. Olea de cession. iur. tit. 7. q. 2. n. 19. siue per stipulatio-
38 nem fiat ipsa donatio, ✝ siue nudo pacto iure nouissimo l. siquis argentum, cum concord. cod. de donat. Mangil. de euict. q. 68. nu. 2. Arrosental. de Feud. cap. 8 conclus. 29. n. 3. Cancer. var. lib. 3. cap. 4. de seruit. n. 21. quę distinctio haud desideratur quando quis rem non
39 suam donat, ✝ quia tunc siue donatio à traditione, siue à promissione incipiat, semper donans euictionis iudicij reus constituitur, cum Gusman. Hermosill. & alijs Olea loc. cit. n. 19. per text. in l. Aristo §. Labeo de donat. euictio tamē debetur & subintrat licèt expresse
40 pacta non fuerit, ✝ siue exordium à traditione contractus siue à stipulatione sumat in donatione remuneratoria quae ob causam, & merita pręuia interponitur, prout fuit decisum in Rota penes Seraphin. decis. 534. num. 3. Velasc. de pact. cap. 37. num. 3. vbi donantem in re munerationem reum euictionis reponit, cum Gratian. Molin. Tusch. & Barbos. Carol. Marant. respons. 33. nu. 10. & 11. tom. 1. Sanfelic. decis. 315. num 3. Cutell. de donat. inter patr. & filiū tract. 1. discurs. 2. partic. 13. nu. 21. & 64. Petrus Tondut. in quaest. regalib. q. 154. n.. 5. & fuit decisum per Regiam nostram audientiam ad fauorem Ioannis de Tori Oppidi de Puco maggior in causa actitata contra hęredes Baingi Sequi, vbi dixit Senatus euictionis iudicium ex natura sua venire, licèt non exprimatur in remuneratoria donatione quę remuneratoria beneficientia tot priuilegijs à iure vallatur, quod si causa mortis impartiatur, illico, in donationem inter viuos cum qualitate irreuocabilitatis transfunditur, quod sane est
41 notatu dignum Post. ✝ Roland. cons. 61. nu. 41. lib. 2. & Magons decis. Lucens 87. nu. 3. & 45. docet Carol. Marant. respons. 65. nu. 40 tom. 4.

Sicut & euictio venit in donatione contemplatione matrimonij
42 imppartita, ✝ licèt in stipulatum non fuerit deducta, cum de iure intelligatur promissa. Gizzarel. decis. 22. num. 17. Fontan. de pact. nup. claus. 3. glos. 8. part. 14. n. 23. tom. 1. Cutell. de donat. contemplat. matrim. tract. 1. discept. 3. part. 4. nu. 6. & hoc vt est dictum licèt euictio expresse non stipuletur & contractui expressis verbis supponatur, ex natura sua semper concepta intelligitur, tamquam effe-

effectus ipſius met cauſæ matrimonij, quæ cauſa ineſt ſemper in donatione ob matrimonium ſiue in conſtitutione dotis, & ſic cum ad ſit cauſa, & effectu s ſubſequi opportet. l.item quia ſ. huius rei de pact. l.videamus 38. ſ 1. ff. de vſur. Retteſ. Opuſc. lib. 2. ſect. 2. cap. 3. num. 3. ſiue donatio in promiſſione radicetur, ſiue à traditione ſuum eſſe agnoſcat cum Bartol. in l.Iulianus 131. ſ.quod fundum num. 5. de ver.ob. Capic. Latro. deciſ. 40. num. 15. & 16. ſequitur Franc Rocc. reſponſ.100. n.8. tom.
43 1. rationem affigit, † quia donatio cauſa matrimonij ducit titulū oneroſum, non eſt mera liberalitas,& dicitur ob cauſam interpoſita per text.in l.1.cod.de impon.lucrat. deſcrip. num.10.Capic.Latr. reg. de apent. Merlin. Fontan. & alij penes Rocc. n.7.

Ex parte viri labores quamplurimi paſſi, fuere probati, quorum ſimplex aſſertio tanquam cadens inter perſonas de iure ſuſpectas per ſe ipſam haud plenam extorque-
44 ret fidem, † deſideratur vtique præuia probatio, & exiſtentia meritorum in donatario, ad hoc vt donatio ei impatita tanquam remuneratoria valeat, ſimplici aſſertione, ob ſuſpectionem affectionis perſonæ, iura haud indulgent fidem text. in l.forte 8, de Caſtrenſ. pecul. ibi *veritatem enim ſpectamus an vere caſtrenſis notitia, vel affectio fuit, non quod quis finxit* l.etiam ſ. ex præterito ff. de manumiſ.vindict.fuit ſic deciſum in Senatu Neapolitano apud Afflict. deciſ. 370. nu.15. vbi Vrſil. n.11. ſectantur hanc opinionem Cephal conſ.94. n.18.Marta voto 36. n.8.p.1.Menoch.de præſumpt. lib.3. præſumpt.29. n.14. rationē
45 aſsignans, † vt via fraudibus recludatur, aliàs facile eſſet ſimplici aſſertione meritorum intercedente leges ac ſtatuta donationes has interdicentia illudere, ac defraudare, cum fraus præſumatur inter prohibitos aliquid facere, quando marratur id vel ſupponitur, quod fraudem remouet ex Bart. Bald. & Alex. ſequuta fuit Rota apud Creſcent. deciſ.3.n. 6. de conſtit. Mātica de tacit.lib.1.3. tit.38. n.1. Caualer. deciſ.612.nu. 39. Marta dict. vot.39. n.15.part. 1.Sanfelic. deciſ.315. dixit Senatus Sardous in cauſa relata Ioānis de Tori.

Meritorum igitur inter coniuges, aliaſque perſonas de iure ſuſpectas probatio requiritur ad
46 hoc,† vt donatio ſub remunerandi titulo concepta roboris firmitate gaudeat, quin proſit aſſertio donantis,animo & vinculo retribuendi, donationem adhibere affirmantis Oldrad.conſ. 3.vbi quādo ſumus in donatione inter coniuges, aliaſque perſonas inuicē donare prohibitas nō ſtatur ſimplici aſſertioni donātis, ſe ob merita & in retributionem donare aſſerentis eſt inconcuſſa hæc opinio, à nemine fere oppugnata illam tenet innumeris relatis, quorum nomina ad lōgum huic paginæ haud mitto ne nauſeā alliceā.Barboſ.in l quæ dotis n.56. ff.

solut. matrim. vbi subiungit in dubio præsumi simplicem non remuneratoriam beneficentiam.
47† Costa. de rat. & rata q. 75. sub n.8. Rebuff. tract. de insinuat. donat. artic. 1. glos. 1. n. 23. Amic. cons. 31. n.8. Penia decis. 504. n. 1. Merlin. de legitim. lib.2. tit 1. q. 10. num. 25. & 26. non enim concedendum est per obliquum,
48† quod directo fieri interdicitur cap. cum quid de regul. iur. in 6. l. scire opportet §. 1. de tutor. & *curator ab his*; & prohibito vno omnia alia, per quę ad illud peruenitur, prohibita constituuntur cap. preterea de offic. iudic. l. eos in
49 fin. cod. de vsuris, † & hoc etiam si assertio meritorum esset iuramento munita Penia decis. 504. num. 2. alijs laudatis Viuian. Girochi dissert. 48. num. 2. præcipue quia in omnibus donationibus apponi solent ex stilo notariorum verba illa, *ob merita*, quæ intelligi debent de meritis obse-
50 quialibus, † & non compensatiuis, vt sentit Rota penes Cauallerr. decis. 354. num. 7. sicque in donationibus prohibitis meritorum probatio requiritur ad earũ firmitatem, & subsistentiam. Capic. Latr. decis. 22. lib. 1. n. 28. Ganauerr. cons. 6. artic. 2. num. 37. Carol. Marant. respons. 34. n. 43.
51 tom. 4. † vbi in nu. 5. dicit quod non possit renunciari probatio meritorum in præiudicium tertij & tom. 2. respons. 29. Ponte cons. 146. vol. 2. num. 8. Consal. ad Peregrin. artic. 42. verbo sexta & tãdem fol. 443. Paul. Rube. pract. resolut. de testam. cap. 93. n. 137. vbi num. 139. limitat in casu quo
52 sint merita notoria, † quæ limitatio haud corde residet amplexabilis, nam notorietas probatione indiget præcipue de parte ad partem, inter quas proponitur disceptãda validitas donationis mẽtorum assertioni donantis nitens, quæ licet sint notoria iudici, per inficiationẽ partis constituuntur dubia, quapropter extrinseca probatione muniẽda & Marant. loc. cit. cum Tusco, Gratian. & alijs limitationem aliam adhibet, nempe fauore piæ causæ, respectu cuius simplicem assertionem meritorum iudicat pro probatione concludenti; cuius intuitu, quan-
53 do cadit pietas, † etiã inter coniuges donatio tenet cum Sanchez. Paul. Staiban. resol. 14. num. 14. & 16. centur. 1. & resol. 103. n. 21.

Redargui tamen Petrus iure optimo poterat, increpari, & refelli mercedem à beneficio im-
54 partito retorquens, † ambiens, & optans benefaciens ex ipsamet animi generositate in benefaciẽdo retributionem arripit; nam teste Aristotel. lib. 2. Rethoricor. sicut in accipientem beneficium sic in dantem lætitia cadit, diuersa vero ratione, nam qui dat gaudet propterea, quod his pręstet & excellet, quibus optima animi beneficientia promit, accipiens vero ea tantummodo afficitur lætitia, quæ vtilitatem muneris solum respicit: in vtrumque cadit ex beneficio lætitia, sed à diuerso fonte promanat, vnde ea præ-

præſtat,cuius melior origo ab ho-
55 neſto dãtis,† & ab vtili accipientis gaudium eſt profectum, ſicque plus proficuę in dante, quam in accipiente beneficium, admiratur, ac colitur, quam rationem perpendens ipſemet Ariſtotel.lib. 8. ethicor. dixit, *honeſtum eſt beneficia conferre, vtile eſt beneficijs offici:* eidem ſententiæ adhæſit Epicurus, ſi fidem præſtamus Plutarcho lib. de principib. qui prædicabat non modo eſſe pulchrius beneficio afficere, quam affici, ſed etiam iucundius; & ideo qui beneficium in ſe collatum re-
56 ſpuit, † iniuria afficit benefacientem, vt ait diuus Chriſoſtom. apud Eſcriban. en ſus diſcurſ. de eſtado fol. 39. p. 6. diſcurſ. 1.

Dicterium iactum, ex beneficio dantem quam accipientem
57 magis lætari, † gloriari, & in eũ vtilitatis refundi, ac per conſequẽs ex illo met præmium ſumere, te in admirationem vocare habeo; depone illam, & paulum perpende benefacientem tot ettantis ob officium collatũ priuilegijs muniri, vt eſt benefacere diuinum quid redoleat, & benefaciens tanquam Dei vices gerens habeatur, Plinius maior lib. 2. cap. 7. loquens de Veſpaſiano Auguſto hanc attributionem pr̨edixit ibi. *Dei eſt mortali iuuare mortalem, & hæc ad æternam gloriam via; hac proceres iere Romani, hac nunc cæleſti paſſu cũ liberis vadit maximus omnis cui rector Veſpaſianus Auguſtus feſſis rebus ſubueniens* Dilucidius Strab lib. 10. & 17. hoc falſus fuit, *mortales tũc immorlales cum benefici ſũt;* quorſum eſt quod cecinit Senec, *qui dat beneficia Deos imitatur, qui repetit fæneratores;* exempla nobis paſſim objciuntur apud ethicos qui benefacienti in actu beneficientiæ hanc eximiam prærogatiuam ob animi gratudinem ad-
58 ſcribunt: † Virgil. coluit Auguſtũm ob impartita ei more regio beneficia tanquam Deum, cui gratulando cecinit, *nobis Deus hęc otia fecit,* hæ animi dotes quæ inhærent actui benefico pręſtantiorem benefacientem reponunt; quod reſpicit Concilium Simanch lib. 6. cap. 46. reſcribentis cui-
59 dam amico, † & eum ad beneficentiam allicentis. *Suſcipe,* dixit, *oro benefaciendi prouinciam, quæ hominum merita Deo applicet, clarioresque fructus ex huius commodo cape, mihi enim videntur beneficia plus conferre pręſtanti.*

Sermonem, in quo verſamur, terminet vtramque conatus par-
60 tem comprobãs, † nempe maioris vtilitatis eſſe in dante, quam in accipiente, & diuinum quid redolere in largiendi munere Theodoric. Rex apud Caſſiodor. lib. 3. cap. 21. *magna in beneficio collato lætitia, ac gratulatio in conferentem confertur, poteſt vtique ſibi gratulari ubique eo quod retributionem extorqueat, cum ex ipſo benefaciendi actu pręmium adipiſcatur in quo diuinæ largitatis naturam adumbrat, imitatur & exprimit,* iacta nunc in maritum retorqueamus iſte erga vxorem labores paſſus, beneficium contulit, beneficentiam adhibuit,

hibuit, intra ipsius benefaciendi
actus ambitum præmium ex il-
61 lo ausit, † cum sit virtus sibi ipsi
& pretium & præmium Senec.
lib. 4. de benefic. cap. 1. orat. lib. 3.
Carmin. ode. 2. Altamiran. ad l.
1. cod. de fil. officiaL qui in bell.
moriunt. cap. 7. num. 43. inde
non extrinsecam retributionem
debet ambire, dati enim benefi-
cij, vt aiebat Chilon apud Laert.
62 lib. 1. cap. 5. debet obliuisci, † ac-
cepti autem meminere; munifi-
centia ipsa tamquam tot præclara
& eximia benefacienti præstanti
debet contineri, non aliam petere
remunerationem, prout ad lon-
gum tenet Vernulei. institut. po-
liticar. lib. 1. tit. 14. cap. 4.

Argumentum hoc facili ne-
gocio euacuatur; debitum grati-
63 tudinis, † debitum honestatis di-
citur iuxta diuum Thom. 2. 2. q.
107. in respons. ad Antidora, nul-
64 la obligatione ciuili suffultum, †
intra obligationis naturalis am-
bitum reclusum l. sed. etsi leg. 25.
§. consuluit. de petit. hæreditat. l.
Attilius Regulus de donat. sua-
det ex pudore retributionem, non
ex iustitia præmium extorquet,
quod si subsequatur persoluitur
vinculum naturalis debiti, non
hinc delictum vel maleficium;
audi Scipion. Amirat. lib. 2. dis-
sert. politic. dissert. 2. loquentem
de virtute, quæ licèt sui ipsius sit
pręmium, stipendium tamen
65 extrinsecè ambit, quod si adsit, †
labores parui habebuntur, nam
præmij remuneratio dicitur tuta
trophæorũ origo Tit. Liuio lib. 4.
cap. 35. ibi *Nihil non aggressuros
homines, si magnis conatibus magna
prǽmia proposita sunt; tanto audaci-
us, fortius que, pugnatur quanto
marrior gratificatio eis oblata sit;* Quę
nos miserrimi Sardi haud expe-
rimur, raro apud nos cum lon-
ge a conspectu Principis, & inui-
ctissimi nostri Regis Catholici,
virtus præmium sortitur, hinc
66 animi feruitas, & † horror ad
labores audi nunc Amirat. loc.
cit. id *Profectò non ambigimus vber-
rimum virtutis prǽmium fructum-
que ipsam esse virtutis possessionem,
sed quemadmodum anima corpus
hoc habitat, cibi materialis indiget,
non quidem propter se ipsam, quæ ci-
bo, æthereo vescitur, sed vt sibi ad
67 vinctum corpus rectius sustentetur;
† Sic homo virtute prǽditus, non
propter se ipsum, sed propter patriã,
familię, consanguineorum amicorum
denique propter ipsius virtutis gloriã,
ne scilicet in se ipsa eadem virtus de-
bito fulgore, ac pulchritudinis suę or-
68 namento destituta compareat,* † *hoc
honoris signum concupiscit.* Euseb.
in Theolog. politic. part. 1. lib. 2.
cap. 19. sicut alimento corpus nu-
tritur, ita animus laude, hono-
ribus, & præmio sustinetur, &
sicut agriculturę finis, est per-
ceptio fructuum, ædium con-
structio, est habitatio, nauiga-
tionis diuitiæ, certaminis coro-
na, ita laborum omnium finis,
est pręmium, hac homines pel-
licit; allicit, mouet, & suadet;
illo sublato, ædificium ruet,
terra horida, incultaque iacebit,
auræ desertæ, studia vidua, &
abique

absq; assecla scientię Ramirez. ad leg. Reg. §.16.num.32. Chochier. in thesaur. politic. lib.2. cap. 3. & cap. 17. Cassirad. lib. 1. var. epistol. 13. pari modo munificentiæ virtus præmium in se ipsa conscribit, extrinsicè tamen apetit, illud pro retributione condigna, ad quam non imperio iudicis conuolat, sed lege pudoris repetit non coactè extorquet, sed benigne allicit, non legis stimulo, sed gratitudinis titulo antidoralis debiti retributio persuadetur cui iuxta Traiani panegiristem, *non bene factis tantum ex conscientia merces, sed ipsa prœmia sunt*. Altamiran. ad l. 1. Cod. de filijs Offic. qui in bell. moriunt. cap. 7. num. 44.

Debiti Antidoralis solutionē si tollas, consequenter hominum
69 comercium, † & munificentiam ex desperata mercede interdices: Fatetur hoc dissonū Valer. Maxim. lib. 5. cap. 8. verba sunt huius authoris, *Quia dandi, & accipiendi beneficij comercium, sine quo vix vita hominum extat, perdit et tollit quisque benemerito parem referre gratiam negligit*: huic reciprocæ retributioni inhæret mortalium societas, in illa humana ratio dignoscitur si hęc recedit brutum færæ conditionis naturali lumine vacantem, hominem putabis, non rationabilis naturæ, & licèt benefaciens in actu beneficij, iuxta virtutem quam exercet, plurima præclara sibi adscribat, quibus ditatus, & retributionem precipere videtur, hoc respectu Communis auræ, & humanæ gloriæ, seu ipsius me virtutis, non vero in ordine ad beneficio affectum
70 procedit, † qui semper Vinculo gratitudinis ad remunerationem angitur, & si in gratiam Officij impartiti, mercedem soluit, dicitur retribuere non liberalitem exercere, Altamiran. ad l. 3. Cod. de filijs Official. qui in bell. moriunt. cap. 27. 5. num. est Text. in l. si pater 34 §. 1. de donat. Vulgare est dicterium Com-
71 mune, † *necessitas nunquam grata, seu benefica* text. in l. si seruo ff. de hæred. 6. instit. *Qui enim*, ait Paulus *ibi etiam defuncto inuito poterat libertatem extorqueri, si liber esset iussus, non magnum videtur beneficium à defuncto consequi immo nihil commodi sensisse, sed magis debitam sibi accepisse libertatem* & Papinian. in l. vnum §. 1. ff. de legat. *non enim*, sunt eius verba, *facultas necessariæ electionis, propria liberalitatis beneficium est, quid est enim, quod de suo videatur reliquisse, qui quod relinquit, omnino reddere debuit* 2. l. proxima de ritu nuptiar. Fab. Turturet. in suis palalel. differt. 36. num. 115. mulier viro donationem hanc fuit impartita beneficij accepti mercedem retribuens, & ne ingratitudinis neuo fędaretur, vt inquit Theodoricus Rex Anastasio Consulari apud Cassiodor. lib. 5. var. epistol. 19. rescribens: gratitudinis Vinculum persoluens benefecit, in quo generosè se gessit, Carol. Marant. respons.

32.

32.tom.4.num.45.aliàs lauream hanc haud mereretur, vt Sopho-
72cles in Aiace cecinit, *qui autem obliuiscitur beneficijs affectus, nunquam vtique erit generosus hic vir.* concludamus orationem vno ore donatio hæc & remuneratoria non grata, tanquam in prçuiæ mercedis acceptæ retributionem adhibita.

Ex parte hæredum mulieris proprium interesse lucraddi dotem in causa fuisse ad subeunda
73pericula perpensa replicabatur; † hominum execranda cupiditas in causa reponitur, vt illa parui pendantur, & cum propriæ vitę dispendio conculcentur, hæc cogit vt tenui tabulato, vita cõmittatur prorsus omni discrimine sopito Leotard. de vsur. q. 74.nu. 37.audi Episcopum Lemelensem Diuum Valerianum homil. 20. hanc veritatem docentem *ibi requiramus cuius sit vitium, quod tenui tabulato hominis vita cõmititur, & dubijs casibus pelagi incerta, tentantur nunquam se profecto nauta nauigio credidisset,*
74† *nisi nauigandi desiderium negotiandi cupiditas incitasset.* Orat. Carmin. lib. 1.

Impiger extremos currit mercator ad indos
Per mare pauperiem fugiens per tela, per ignes.

Et inuenial.lib.5.

------.-- aspice portus
Est plenum magnis trabibus mare, plus hominum est iam
In pelago, veniet classis quocunque vocauit
Spes lucri, nec Carpathium Getulaque tantum
Æquora transiliet, sed longe carpe relicta
Audiet Herculeo stridentem gurgite Solem.

Obiectio hæc rursus repulsam fuit passa; maritus tenetur, qui nomen debitoris in dotem accepit, suis sumptibus illud exigere, & † ideo expensæ ad-
75hibitæ pro illo repetendo haud minuunt quantitatẽ dotis Barbos. in l.diuortio §. fin. in 1.part. num 30.ff. solut.matrim. Cácer. var.p.1.cap.9. num. 151. Pinell. in l. 2. p. Cod de bon. matern. Fontan. de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. part. 12. num. 34. Ripell. var.cap.10.num.107. Schifordeger. lib. 3. forem. tract. 23.q.14. per text.in l.1.Cod.de euict.l.1.§. 5.de impens. dotal. cum tacite ita videatur actum inter partes; quod procedit siue nomen debitoris fuerit constitutum æstimatum siue non, iuxta commu-
76nẽ opinionem, † Viuian. Ciroch. cum alijs dissert. 16.num. 59.non tamen tenetur cum dispendio proprio, & cum discrimine vitæ illam repetere, sat erat si debitas per intermediam personã adhibuisset diligentias, quin à proprijs laribus discederet cum absentia vnius anni, pro cuius repetione si expensas magnas erogauerit poterit vir illas in restitutione dotis repetere, & hæ dotem minuunt, vt præfa ti DD. communi calculo tenent
77† docentes maritum obnoxium iacere

iacere ad exigendam dotem fuis fumptibus, quando hi modici effent, non vero magni, quæ di- diftinctio fuit Bald. in l. 1. num. 13. in fin. cod. de bon. matern. fe- quuntur Gratian. di fcept. forenf. cap. 236. num. 15. Cofta de facti fcient centur. 2. diftinct. 57. a nu. 13. Noguerol. allegat. 40. nu. 15. infiniti penes Viuian. Giroch. n. 61. Mar. Mut. decif. 84. n. 7. & 10. Giurb. ad confuet. Meffan. cap. 10. glof. 8. n. 6. Arias de Mef. var. refol. lib. 1. cap. 43. nu. 14. Ciriac. controu. 42. lib. 1. num. 7. plures apud Olea. de ceſsion. iur. tit. 5. q. 12. nu. 27. expenfæ hæ tanquam ingentem fummam conficien- tes partium accordi placito fuere refectæ, circa donationẽ dubium verfabatur, quam voluntariam fuiffe hæredes mulieris exifti-
78 mabant, † tanquam iure mu- nicipali Sardoo interdictam per exiftentiam filiorum: fuit pro valida, & remuneratoria per fententiam Regiæ Gubernatio- nis anno 1654. habita; pretio æftimabilis abfentia mariti ob hanc caufam fuit dijudicata, & confequenter donatio illius ref- pectu celebrata, pro remunera- toria, & compenfatiua.

Perpendebam in hoc cafu ad Validitatem donationis, mari- tum gratum fe egiffe in tot labo-
79 ribus fubeundis, † quos in per fona propria fubire haud ob- ftingebatur, nec excuffionem facere in diuerfo territorio, nifi hæc pacto extitiffet fuppofita: exemplum offertur in creditore, qui non tenetur facere excuffio- nem de bonis fitis extra territo- rium, vt id optime in puncto poft Angel. Bald. Marzil. & alios fcribit Gabriel. de fideiufforibus Carolus 1. lib. 3. num. 64. late difputãdo ac examinando hunc articulum loquens de ciuitate Ferrariæ, & terra Carpi, confu- luit Marcabrun. ab Anguill. conf. 82. in hac caufa num. 103. fere per tot lib. pr. præfertim quã- do bona fita funt in iurifditione diuerfi territorij, & fub diftin- cto Principe, qua hipothefi nul- la adeffet obligatio execuffionẽ
80 adhibendi, † fed recto tramite poffet fideijuffor cõueniri Amat. decif. 34. num. 4. idem procedit quando principalis debitor eft abfens, cõmorans in diftincta Prouincia, per cuius abfentiam dicitur difficilis illius excufsio, & fic fideiuffor valet directo cõ- ueniri Thefaur. decif. 4. Fontan. decif. 198. num. 9. Salgad. in la- berint. credit. part. 1. cap. 23. ex n. 14. Qui omnes tunc conftituunt difficilem, feu intricatam excuf- fionem principalis, quando vel ifte reperitur abfens, vel bona extra territorium creditoris fita inueniuntur, qua hypothefi do- cent nulla præuia illius excufsio- ne poffe fideifforem conueniri,
81 † Cap. Latr. Confult. 142. nu. 14. Paul. Staib. refol. 62. ex num. 24. cafu quo creditor hoc priuile- gio haud potiri intenderet, fed hanc excufsionem conficere vo- luerit, iure optimo illi gratulan- dum effet tanquam actum exer- centi

centi in vtilitatem debitoris ad quem ex vi legis non obstringebatur; sic maritus tanto dispẽdio exigere dotem obnoxius non iacebat, exegit hanc periculis non paruis, & ęrumnis sopitis, hinc beneficium, munificentia, & liberalitas, & per consequens debitum antidorale, quod retribuẽs mulier haud liberalitatem adhibuit, sed donatione compensatiua remunerauit.

Angebat solum donationis quantitas magno in pondere consistens, quæ videbatur merita mariti, † & beneficiorum lineam excedere, in quo excessu simplicem donationem constitui non est dubium per text. in l. si sponsus §. Cirica ff. de *donat. inter* vbi donatio remuneratoria non dicitur in quo merita donatarij exceduntur, debet remuneratio beneficio coæquari, debent hæc duo æqua bilance germanari, aliàs si donatio beficium acceptum excedat, non pro compensatiua, sed simplici debet haberi docent Angel. & Imol. in l. Attilius Regulus, de donat. Molfes. ad Comuetud. Neapol. p. 3. tit. de sucess. ex testã. q. 21. num. 9. Azeued. lib. 5. tit. 10. de las donaciones l. 16. n. 9. Faber. in Codic. lib. 9. tit. 21. tit. Commun. de legat. & fideicom. diffin. 5. Fontan. de pact. nupt. clauf. 5. glos. 1. p. 2. num. 87. Ferrer. 3. temp. declar. 1. num. 170. Capic. Latr. decis. 22. n. 33. to. 1. Cutell. de donat. contemplat. matrim. tract. 1. discur. 3. p. num. 20. post quam pro legitima donatio fuit habita super quantitate fuit transactum inter partes.

82

ARGVMENTVM.

Mulier tutrix propositi ad consulendum obstringitur necessario consilium sequi, insequens directionem testamentariam omni periculo vacat, non vero poterit negociationem, quam defunctus gerebat prosequi, nisi expresse hoc fuerit iniunctũ; exaratur quantæ sit vtilitatis in conflictibus adhiberi consilium: prępositus ad consulendum non tenetur nisi de dolo malo. Paterna facinora dicuntur lenociniũ filiorum ad illa sectanda nobilitas sanguinis nullum nocumentum recipit ex priuilegio nobilitatis superuenienti demõstratur quam imbecile sit mulieris iudicium.

SVMMARIVM.

1 *Casus præsentis controuersiæ proponitur.*

2 *Testator potest iniungere præceptũ tutori, vt cum consilio mulieris administrationem gerat, quo casu tale preceptum, consilium non necessitatem importat.*

4 *Interuentus idem sonat ac consilium, & iussus facere aliquid cum interuentu alicuius potest eo requisito, & inuito operari 5.*

6 *Tutoris potestas à lege pendet non ab hominis potestate, tutor vendens rem alienam tanquam propriam*

priam pupilli, non tenetur de euictione 7.

8 Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum, prçcipue tutori, qui ex neceſſitate ſuo muneri incumbit 9.

10 Contrahens ratione officij haud obſtringitur de euictione, quod procedit in tutore, adminiſtratore, exequutore teſtamenti, vel aliàs 11. niſi nomine proprio euictionem promiſerit 12.

13 Conſilium quis petere obſtrictus, non tenetur illud inſequi, ratio 14.15. Doctores referuntur, qui hoc axioma docent 16.

17 Legatum relictum puellæ vt nubat cum conſenſu alicuius, importat conditionem validam, in caſu conſilij non tamen tenetur illud inſequi, legatum relictum ſub conditione nubendi cum conſanguineo valet 19. & deberetur licèt matrimonium non eſſet contractum, dumodo pro adimplemento conditionis eſſent adhibitæ debitç diligentiæ 20. nam conditio mixta, quæ adimpleri non potuit habetur pro adimpleta 21.

18 Legatum relictum ſub conditione affirmatiuà, non debetur, niſi adimpleta conditione, ſecus ſi eſſet negatiua, quia tunc prçſtita cautione Mutiana à die obitus teſtatoris poterit peti.

22 Pater poteſt iniungere filiam vt cum Petro nubat, ſub pœna cadendi à legato, & tunc vtrum teneatur expectare vltra triennium, & tenetur in primis votis adimplere conditioni, & non in ſecundis 23. & ratio ibi affigitur.

24 Diſpenſatio obtenta pro contrahendo cum Maria, ſi alij copuletur, poſtea poterit diſſoluto hoc matrimonio cum illa contrahere.

25 Cancellarius competentiarum tenetur ſecundum Deum, & ſuam conſcientiam declarare cũ conſilijs peritorum Regiæ audientiæ, ſed non tenetur inſequi illa 26. raro tamen ab illis recedit, & in paritate votorum adhæret opinioni fauenti eccleſię, propter dicterium vulgare, quod in dubijs Eccleſiæ ſit fauendum 27.

28 Inquiſitores hereticę prauitatis, non tenentur ſequi neceſſario vota Conſultorum.

29 Exequutores teſtamentarij non tenentur necèſſario ſequi conſilium propoſiti ad conſulendum.

30 Electione alicui attributa, abſoluta competit facultas variandi non tenetur eligens ſequi conſilium teſtatoris in caſu non factę electionis adhibitum 31. & vtrum eligens electum poſſit grauarę 32.

33 Conſilium periti excuſationem prçſtat.

34 Tutor excuſatur ſequens voluntatem teſtatoris, & poterit alienare bona pupilli abſque decreto, inſequens voluntatem illius 35.

36 Decretum non requiritur quando extinguitur debitum pupilli antecedens, dumodo non ſit in duriorem cauſam refertur deciſio Regiæ Audientiæ 37.

38 Negociationem quam defunctus in humanis gerebat non poteſt tutor ſequi, niſi expreſsè hoc fuerit illi iniunctum, & affertur deciſio

sio Regiæ audientiæ.

40 *Consilium adhiberi in conflictibus, & anxietatibus demonstratur quam vtile sit* 41. *multi felices euentus ab illius præstatione emanant, & mortalia indigent consilio* 42.

43 *Mulier tutrix tenetur necessario insequi consilium propositi ad consulendum, refertur decisio Regiæ audientiæ.*

44 *Consilium quod debet præstare superior, inferiori, ratione alicuius qualitatis necessario est sequẽdum* 45. *& debet adhiberi in confectione actus, aliàs hic erit nullus* 47.

46 *Licentia quando requiritur ad aliquem actum, hunc illa debet anteire.*

48 *Consultoris consilium debet sequi quando lex iubet, vt in Regno Sardiniæ adhibeatur in sententia quam proferunt imperiti, & tale consilium debet peti quando res est dubia* 49.

50 *Mulieres sortitæ sunt inferius ingenium, quam homines probatur rationibus, & authoritatibus* 51.52.53. *muliebre consilium iuxta graue dicterium Taciti, plerumque in peius* 54.

55 *Testator iubens vt alicuius consilium, & consensus adhibeatur, tunc consilium importat consensum, & hic necessario debet adhiberi.*

56 *Adiunctũ restringit id cui adiungitur, & ratione adiuncti dispositio præcedens perdit suam naturã, & assumit naturã adiuncti.*

57 *Propositus ad consulendũm, si suum consensum indebite renueret adhibere, poterit cogi ad illud præstandum, vel iudex decernere, vt habeatur pro præstito.*

58 *Mariti consensus ex vi legis Sardoæ requiritur in contractibus vxoris, & vtrum intelligatur in bonis paraphernalibus, sed si renueret illum præstare, poterit cogi.* 59. *vel etiam si maritus fuerit absens* 60.

61 *Vnio beneficij debet fieri per Episcopum cum consensu capituli etiam in beneficijs iuris patronatus* 62. *non solum laicali, sed etiam Ecclesiastico* 63: *& quando sunt plures Patroni omnes debent consentire* 64. *si tamen capitulum renueret indebite consentire, poterit per Episcopum cõpelli ad consentiendum* 65.

96 *Propositus ad consulendum non tenetur ad aliquid, nisi ex dolo malo consilium præstet, & hoc procedit in foro etiam conscientiæ* 67. *fuit sic decisum ad fauorem D. Ioannis Mariæ Quesada, aui paterni Authoris per decisionem Regiæ Audientiæ* 68.

69 *Naturalis commotio, naturæ prurientis cupido, & sanguinis infectio dicitur quæ filios ad parentum memoriam comendandam fouet.*

70 *Memoriæ superstitis ardentissima sitis apud homines est.*

71 *Paterna gesta inflamant filios ad illa insectanda; quapropter illa in rostris domus præponebantur, vt filij illa sectarentur* 72. *& dicuntur lenocinium ad illos atrahendos ad recte operandum* 73. 74 *Fi-*

74 *Filij aberrantes à ſemitis patris non poſsunt haberi vt tales.*

75 *Author aſſerit ſe omnes laudibus extollere ſtuduiſſe, nulli iniuriam inferre, & dum laus ad fauorem vnius proponitur non hinc iactura alterius ſequitur.*

76 *Familia de Queſada à qua Author originem ducit ab Hiſpania prouenit.*

77 *Vocabulorum transfuſio, & tranſmutatio ab vſu pendet.*

78 *Author inuehitur contra liuore affectos, & ex honore alterius marentes.*

79 *Familiæ identitas probatur per publicam vocem, per enunciatiuas inſtrumentorum, & per identitatem ſtemmatum.*

80 *Nobilitatis priuilegium obtinens, non ex hinc naturali nobilitati preiudicium infert* 83.

81 *Nobilitas naturalis à parentibus in poſteros traſfuſa nullæ fortunę ancillatur, nec renunciationi ad ſcribitur* 82.

84 *Auus paternus Authoris laudatur.*

CAPVT XXVI.

1 ADminiſtratio bonorum, & tutela filiorũ matri Margaritæ Vrgeguæ, in teſtamento patris fuit cõmiſſa, preſcripta forma à teſtatore, vt cum interuentu patrui filiorum Canonici Luciani Bagella oppidi de Sorſo, Clerici Sacerdotis illam dirigeret inſurrexit dubiũ in quadam cauſa actitata coram Regia Gubernatione, & in gradu appellationis in Regiam Audientiam traſportata ſuper contractu quodam à tutrice celebrato abſque interuentu clerici ad conſulendum propoſiti, vtrũ hic ex hoc defectu nullitatis vitio ſuccũberet, deducebat tutrix illam haud obnoxiam iacere ad ſequendum conſilium ſacer dotis prẹfati, quia ſi teſtator tutori prẹceptũ iniungat vt tutela conſilium, & directionẽ mulier adminiſtretur, † quod vtiq; præce-
2 ptũ imponere queit Menoch.cõſ. 682.n.12. Berous queſt.famil.77. n. 5. vbi docet arridere teſtatori, poſſe tutori prẹcipere, vt cum conſilio alicuius mulieris tutelæ gubernium gerat, idem obſeruant cum Bald. Surd. & Ricio Giurb.obſeruat.23.nu. 2. Virgil. de legitim.perſon. cap. 5. nu. 32. tunc nulla neceſſitas angit ad illud ſequendum; † ſalutare con-
3 ſilium in ordine ad normam directionis ſecum inuolueret ſolum tale præceptũ ex cap. quod præcipitur 13. q 1. cap. cum Olim.de arbitr. docet in terminis concluſionem hanc Balthaſ. Thomat. tracta de tutor. 16. & curat.trac.9.tit.19.c.78. n. 4510.

Idem dicendum venit in caſu quo iuxta hypotheſim figuratam quis ad ſtrictus vt cum interuentu alicuius tutelę ſubiret
4 moderamen, † quod verbum interuentus idem importa ac cõſilium, tot.titul. cod. ſi tutor vel curator interuenerit. Cic.Par. *interuentu collegg ipſe exercitusque eſt*

seruatus; taliter vt videantur inter se synonima, & concilium & interuentus docent Hyeronim. Gonzal. ad regulam 8. Cancell. de altern. glos. 47. num. 11. & 12. Valenzuel. consl. 184 nu. 60. tom. 2. vbi adiungit,

5 † & germanat verbum consensus cum prędictis Sanfelic. decis. 150. num. 3. tali casu tutor institutus cum interuentu alicuius ad moderamen tutelæ, procise prępositi ad interueniendum votum sectari haud obstringeretur, ex eo quod interuentus à testatore desideratus directiuam inspirationem, non coactiuam disciplinam videatur inducere absque necessitate illam aplexandi facit textus in l. corā ff. de verb. sign. vbi coram Titio, quod illius interuentū inuoluit, facere aliquid iussus, inuito eo rectè operatur, quod fieri præscriptum est l. idemque, & in fundo §. cui mandauero versic. si quis ea quę procurator ff. mādat l. trāsactionē cod de transact. vbi interuentus pręcisā necessitatē non inducit, quę iura & alia consulto comissa rectè probant actū conficiendū iuxta testantis præscriptam normam cum interuentu alicuius posse fieri etiam illo reluctante, cum interuentus consilium salutare, non rigurosum præceptum inducat sic alijs laudatis Sanfelic. dict. decis. 150. fuit decisum apud Thor. in compend. decis. par. 2. verbo interuentus Capic. Latr. consult. 58. tom. 1. num. 19.

Duplici cardini inhæret resolutio iacta, tutricis conatus ad excludendam nullitatē per pupillos ex defectu interuentus eorum patrui cunctatam, primus quia vbi consilij alicuius adhibitio desideratur, ibi non necessitas, sed directio voluntaria iniungitur: secundus quia potestas tutoris non ab homine, sed à lege comensuratur, vltimam partem exhibeamus, tanquam breuiori calamo indigentem, ne cum memores antecedentis con-

6 stituamur, † posterioris obliuioni adscribamus, actoris potestas ab ipsamet lege origem ducit non ab hominis potestate, qui per se solus hac vacat ad transfusionē iurisdictionis, quam tutor in caput liberum exercet, tutoris electio testatori comendatur, à lege facultas moderandi scaturijt, à prima ordo, à secunda imperium prouenit, sunt text. in l. Titium, & Meuium, ff. admin. tut. l. 1. de tut. qui probant potestatem quę tutori arridet ab ipsa lege, non ab hominis dispositione prouenire, vnde si potestas hæc ab ipsamet lege pendet non videtur posse testatorem illam restringere subijciendo tutorem ad insequendum iudicium alterius, cum iura ipsa plenam potestatem largita appareant, sic argumentantur Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 46. num. 11. Capic. Latr. cit. num. 23. Balthasar. Thom. tract. de tutor. & curat. tract. 9. cap. 78. num. 4510.

Hęc est causa, vt factum tutoris

toris factum pupilli iudicetur nõ
ex sanctione hominis, † cuius
7 voluntas morte terminauit, &
cuius post cineres, tanquam
non entis nullæ sunt operationes,
sed ex vi legis quæ illos identi-
tate personarum confundit, con-
fricat, & ad idem suppositum
reducit, sicque tutor qui in casu
permisso, & bona fide rem alie-
nam vendit, quasi pupilli de
euictione nomine proprio non
tenetur, sed pupillus cuius factũ
reputatur factum tutoris, contra
quem datur vtilis actio, non so-
lum in id quod ad eum peruenit
sed in solidum, vt ex Papiniano
probat Vlpian in l.4.§. si impu-
beris ff. de euict. docent Cuyac.
lib.20.qq.Cuyac. lib. 20. quæst.
Papia ad l.dolus 3. Q.quando ex
fact.tutor. Gusman. de euict. q.
53.num.5.Capic.Latr.decis.104.
nũm.2.Cyriac.controu. 188. nu.
5.rationem reddit Vlpian. in
dict. §. si impuberis ibi, *quod
magis puto, nec enim male contra-
hitur cum tutoribus*. Olea. de cess.
iur.tit.5.q. vbi ad longum hanc
opinionem validissimis rationi-
8 bus defendi, † quæ mihi etiam
arridet, tum quia officium suum
nemini debet esse damnosum
l.cum quædam cod. de admin.
tut.l.sed & si quis 7. §. quemad-
mod.testam.aper.ego tom.1.di-
sert.cap. 17. num. 20. præcipuè
tutori, qui necessitate cogente
suo muneri incumbit, † Thor.
9 in comp.decis.p.3.fol. 383.verbo
exceptio rei iudicatæ Ganauer.
decis.28.num.47.tum quia, qui
ex necessitate officij contrahit de
euictione quoad proprium patri-
10 monium, haud obstringitur, †
nec finito officio pulsari pro illa
queit l. post mortem §. tutor D.
quando ex facto tutor. l. 1. cod.
eod. in tutore probat id Gutier.
de tutel.1.p.cap. 53. Gusman. de
euict. 13. Hermosill.in l.17. tit. 1.
partit.5.glos.4.respectu admini-
stratoris comprobat Pichard. in
manuduct. ad praxim viæ exe-
cutiuæ §. de actione cui, & ad
quem num.66. Baio in prax. tit.
de var.quæstion.q.121.num.3.in
11 magistratu, † procuratore exe-
cutore etiam vniuersali eandem
sententiam ex innumeris probãt
Giurb. Hermosill. Amaia
vbi supra Carpius de exequut. te-
stam.lib.3.cap.3.num. 71. & 72.
Olea.de cess.iur. nu. 10. nisi pro-
curator, tuor, exequutor testa-
menti, vel quiuis alter alieno no-
12 mine, † & ratione officij contra-
hens euictionem proprio nomi-
ne promisisset l. procurator, qui
pro euictione de procurat. l. fin.
de institor. action. cum Anton.
Fabr.& alijs Merlin.tom. 2.con-
trou.cap. 51.Salgad.in laberinth.
credit.part. 1.cap.10.n.84. Cæsar
de Aflict.controu. cap. 12.nu.50.
confricatio hæc personarum in-
ter pupillum,& tutorem,&iden-
titas actus, provt etiam aliorum,
quæ passim in corpore iuris ad
aspectum objiciuntur radicatur
in legis dispositione, non in te-
stantis arbitrio, a qua regulatur
& dimanat illius potestas, igitur
hæc haud poterit per testatorem
re-

ſtringi, ancillari alterius conſilio, vel conſtringi intra ambitum coactionis voluntatis extra caſus a iure præſcriptos, & hæc confricatio vnitatis facti tutoris cum pupillo conſtituens idem vnius actum cũ alterius facto, in cauſa conſtituitur vt pupillus cadens à poſſeſſione facto tutoris non poſſit agere ſpolio, tamquam ſi propria culpa cecidiſſet ratio eſt iam inculcata ſepius, quia tutoris factum, repultatur opus pupilli, fuit ſic deciſum penes Seraphin. penes Rotam 135. Cauallicenſ. ſpolij bonorũ Lunę 7. Maij 1571. in cap. domini votarunt, & ibi Theodoſ. Rub. part. 1. circa deciſ. Seraphin. ad deciſ. 135. fol. 49.

Fundamentum aliud eſt, quia conſilium vbi quis petere tene-
13 tur, † minime tamen adſtringitur illud ſequi cap. cum Olim. verſic. verum de arbitr. cap. ne pro defuncti 41. verbo conſilio de elect. cap. nouit cap. quanto de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſen. capit. l. cum. tale ꝟ. arbitratu & ꝟ. Męuia de condit. & demonſtrat. l. cum pater. ꝟ. mandato ff. de legat. 2. l. 1. ꝟ. item ſi plures ff. de exercitation. conſilium præbens ſolum exortare ad actum conficiendum videtur, non ad operationem cogit, exortatio in præbente conſilium, quæ voluntatem excitat, ſuadet, mouet,
14 † non vero impellit, adhibetnr cap. quod precipitur 13. q. 1. cap. nulli de regul. iur. in 6. libera voluntas in conſilij petitioni ſuppoſito retinetur illæſa remanens ad electionem pro vt ante adhibitionem conſulationis conſtituebatur, in quam ſi vis caderet, haud hæc ex ventre conſilij procederet, † quia hoc accomodans
15 iuxta Diuum Thomam 22. q. 14. & Cic. lib. 2. de inuent. quos laudat Ramires de Prado enel coſefero de Principes fol. 1. in introduct. lit. A. arbitrium haud cogit, ſed exponit quod deiudicat ſectandum videtur rationi conſonum, cui poteſt annuere, vel diſentire ille cui directio proponitur, aliàs non eſſet conſilium ſi vis accederet, ſed imperium cogens, ſic Vernuleius iſtitut. Politicar. lib. 2. tit. 1. cap. 1. euincitur merito obſtrictum ad
16 petitionem conſilij, † haud teneri ad illud inſequendum iuxta ipſam met naturam intrinſicam & conſtitutiuam conſilij, quod allicere ad operationem, non cogere pro ſuo conſtitutiuo habet. Docent. Sanch. de matrim. lib. 1. diſp. 34. num. 24. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 2. cap. 13. nu. 36. vbi addit. verſic. in ſecundo caſu Fontan. de pact nutial. clauſul. 6. tom. 2. gloſ. 3. part. 5. nu. 83. & 84. Molín. de ript. nupt. part. 3. cap. 29. num. 7. Paul. Xamar. de offic. iudic. part. 1. q. 5. à n. 2. Larrea. allegat. fiſcal. 67. n. 4. Balthas. Thomas. loc. cit nu. 4510. nouiſſime Don Michael de Cortiada deciſ. 23. num. 50.

Exempla huius veriſsimę concluſionis apud hos Doctores, & alios referendos quam plurima delineantur, aliqua atingam ego

ego. Si legatur puellę certa quantitas vt nubat cum conſenſu
17 alicuius, † valet hæc conditio, & in caſu contrauentionis non petiti conſilij, a legato cadit, non tamen tenetur ſequi illud, ſic cum alijs Mareſcot. var. lib. 1. cap. 73. num. 3. late Ramon. conſ. 95. nu. 32. Marin. quotidian. reſol. cap. 244. num. 8 rationem affert cum Cened. & Marta quia talis conditio non eſt impeditiua libertatis matrimonij, cum adhibitio conſilij non importet neceſſitatē illud inſequēdi; ſicut nec eſt impeditiua libertatis matrimonij conditio nubendi cum nobili, & non ignobili, vel iudex, quæ tāquam cohærens bonis moribus, & conſeruans ſplendorem familiarum eſt obtemperanda ſub poena à teſtatore præſcripta incurrenda. Eſcob. de nobilitat. & puritat. ſanguin. 1. par. q. 4. n. ꝟ. 2. Caſtill. controuerſ. iur. lib. 4. cap. 25. à num. 20. & tom. 6. cap. 126. & 127. Olea de ceſsion. iur. tit. 2. q. 5. num. 13. & nota quod in
18 hoc caſu legatum non debetur, † niſi a die adimpletę conditionis, cum hæc ſit affirmatiua, ſecus ſi eſſet negatiua, conſiſtens in non faciendo, quia tūc ſtatim à morte teſtatoris legatum peti poſſet, præſtita cautione Mutiana l. Mutianæ 7. de condit. & demonſtrat. l. Is cui 18. l. cum. ſub hac 67. l. hæres meus 79. ꝟ. quemuis ff. eod. tit. l. ſiue apud acta cod. de tranſact. Amaia lib. 1. obſeruat. cap. 6. num. 1. Olea de ceſſion. iur. tit. q. 5. q. 14. n. 6. nec etiam deberetur legatum ſi eſſet relictum ſub conditione nubendi cū aliquo conſanguinitatis vinculo
19 coniuncto, † ac actui non mandata, cum non improbetur à iure talis conditio nubendi cum conſanguineo. Gonzal. ad regulam 8. Cancell. gloſ. 46. ꝟ. 3. nu. 26. Fontan. de pact. nuptial. clauſ. 6. gloſ. 3. tom. 2. par. 4. n. 54. Gutier. conſ. 18. niſi per legatarium non ſteterit, quin minus matrimoniū deſignatum effectum haud ſor-
20 tiatur, † ſufficiat pro legati conſecutione apparere adhibitas fuiſſe per legatariū pro ſuo adimplemento debitas diligentias. Marin. loco cit. num. 1. Caſtill. controu. 3. tom. cap. 7. & eſt ratio deducta ex l. 1. cod. *de biſque ſub modo*, quia conditio mixta, quæ adimpleri haud poteſt pro adimpleta habetur, dummodo legagatarius cauſam haud adhibuerit pro non adimplemento, immo ſtudium pro exequutione. Cyriac. controu. 50. n. 15. Viuian.
21 Girochi differt. 16. † n. 9. ſupra cap. 8. n. fin. probant textus in l. iure ciuili ff. de condit. & demonſtr. l. in iure ciuili ff. de regul. iur. tenet Acoſta de priuileg. creditor. regul. 1. ampliat. 2. num. 78. infinitis laudatis Arias de Meſa var. elect. part. 2. cap. 6. nu. 18. idem ſi teſtator in teſtamento filiam cum Petro v. g. matrimonio iungendam decerneret, cui voluntati ſub poena cadendi à legato parere tenetur filia, dūmodo connubium ſit honeſtum l. cum ita legatum 62. de condit.

&

& demonstrat. Ramon.cum alijs loc. cit. & vtrum teneatur expectare vltra triennium, & quid si consanguinitas à testatore ignorata, versans inter nubendos, postea cognita fuerit, vide Sanfelic. decis. 289. tom. 2. cum alijs in
Habes iam quæstionem dispunctam, & euacuata fundamenta alterius partis arripuisti consilium regulariter necessitatem haud infligere ad illud sequendum, secus quando hoc præstatur à superiori ratione alicuius qualitatis inferiori, vt est à mare, fœminæ ab imperito perito, cum ille ratione ingenij sit no-
57 bilior ista, † qua solemnitate haud adhibita actum corruere, tanquam peccantem contra formam & normam præscriptam à testatore, quem tutricem subiugasse circa directionem administrationis, tanquam imbecillis ingenij dictamini consulentis præsumitur, ratione inæqualitatis personarum apparet constans, bene verum est quod si propositus ad consulendum indebitè suum consensum accommodare actui celebrando renueret poterit per iudicem compelli ad illud præstandum, vel decernere vt habeatur pro interposito ex traditis per Scipion. Gentil. de bon. matern. cap. 26. Olea de cession. iur. tit. 5. q. 8. num. 20. ad
58 instar consensus mariti, † cuius interuentus desideratur per legẽ Sardoam tit. 40. cap. 8. in contractibus vxoratæ mulieris, & vtrũ intelligatur in bonis parafrenalibus. Barbos. l. 1. solut. matrim. p. 1. num. 28. alter Barbos. in collectan l. 10. num. 3. cod. ad Velleian. & de eius materia. Dominus Regẽs vieco in præfat. pramatic. Morla im empor. iur. tit. 3. q. 9. quem consensum si vir adhibere nollet indebitè, posset vtique iudex illum cogere ad consentiendum, vel illo reluctan-

ftante habere confenfum pro præftito fuplendo defectum illius. Fontan. de pact. nuptial. claus. 6. glos. 3. p. 5. num. 5. Mier. de maiorat. 1. part. q. 50. num. 63. & q. 1. num. 408. Olea de cefsion. iur. loc. citat. n. 21. quod etiam procedit quãdo vir longe abeft,
60 † & difficultas verfatur circa præftationem eius confenfus, qua hypothefi fas erit iudici licentiam impartiri vxori ad contrahendum, cognita validitate cõtractus, non obftante defectu confenfus viri, fic cum Matienc. Tyraquell. & alij. Salgad. in Laberint. credit. part. 2. cap. 29. n. 91.

Idem videmus in vnione beneficiorum, † quæ non poteft
61 fieri per Epifcopum, nifi interueniat affenfus capituli fuæ Ecclefię Cathedralis ad text. in cap. paftoralis de donat. & in Clemẽtin. fi vna de reb. Ecclefiæ non alienand. Concil. Trident. feffion. 24. cap. 5. de reformat. & feffion. 21. cap. 5. eod. tit. Barbof. de offic. & poteft. epif. part. 3. allegat. 66. num. 25. Monet. de commutat. vlt. volunt. cap. 11. num. 479. Rota apud. Farinac. decif. recent. 455. num. 5. p. 2. Riccio decif. 198. nu. 17. p. 4. Sanchez. moral. p. 2. lib. 7. cap. 29. num. 165. Caftro Palao. difp. 6. punct. 2. §. 2. num. 24. p. 2. Ioan. Bap. Cyarlin. controu. tom. 2. cap. 213. nu. 23.
† quod procedit etiam refpectu
62 beneficiorum iuris patronatus. Garzia de beneficijs p. 12. cap. 2. ex nu. 145. Lotter. de re beneficiar. lib. 1. q. 28. num. 157. vbi confilium capituli requiritur, licèt accedat confenfus patroni, aliàs nulla remanebit vnio, & nullius momenti. Clementin. vnic. §. ad hæc de ftat. monachor. Concil. Trident. fef. 24. cap. 15. de reform. ibi: *cum patro-*
63 *norum confenfus* † nõ folũ quando agitur de iure patronat. Laicali fed etiam fi ageretur de Ecclefiaftico Garz. de benef. nu. 202. Viuian. de iure patronat. lib. 14. cap. 5. n. 58. fuit ita obferuatum hoc præfenti anno 1663. in mẽfa Turritana in vnione facta beneficiorum iuris patronatus D. Leonardi Rè de Oliues fecretarij dictæ menfę cum confenfu capituli in perfonam venerabilis Ioannis Gauini Nurqui, & fi effent plures patroni, vnio effet nulla,
64 † nifi accederet confenfus omnium. Lotter. num. 170. Garzia num. 205. verall. decif. 346. p. 3. Petrus Tondut. part 3. qq. beneffic. q. 144. n. 10. fi tamen capitulum indebite fuum affenfũ renueret accomodare, tunc vtiq: poterit epifcopus cõpellare canonicos ad illũ prȩftandũ vel habere pro prȩftito. Barbof. in remiffion. ad cõcil. c. 5 fef. 21. d. reform. n. 9. Sanches dict. cap. 29. n. 165.

In hac materia obferua, quod præpofitus ad confulendum circa dirrectionem adminiftrationis,
65 † qui fuperintendens cenfetur, non tenetur, nifi ex dolo confilium prębuerit, vt probatur ex text. in l. idemque §. fi quis eas ff. mandat, cuius verba funt: *fi quis ea, quæ procurator fuus, &*

 ferui

serui gerebant, *ita demum rata esse mandauit, Si interuentu Sempronij gesta esse, & male pecunia credita sit, Sempronium, qui nihil dolo fecit non teneri*, *sed quid dolo fecit non mandati*, *sed magis de dolo teneri*, in quibus verbis consulentem, & propositum ad consulendum in administratione tanquam superintendentem, non teneri ad aliquid propter consilium præstitum, & normam directionis acomodatam, quidquid sinistri ab ea fuerit secutum, nisi probetur propter dolum malum consilium ad hibuerit, quo dolo non intercedente consulens, & super intēdens debet absolui. per-
67 belle hanc veritatem cōfirmat † Vlpianus lib. 30. ad edictū tit. 17. de reg. iur. reg. 47. ibi: *Consilij non fraudulenti nulla obligatio est, Cæterū si dolus*, *& calliditas intercessit*, *de dolo actio competit*, Tenet Escobar. de ratiot. cap. 6. num. 53. Capic. Latro consult. 58. num. 16. tom. 1. quod procedit etiam in foro conscientiæ, nam si consilium adhibens ex dolo malo, hoc non præstet, vel sit causa efficax, & efficiens damnifaciendi ad nullam restitutionem tenetur. Rebell. p. 1. lib. 2. q. 14. sect. 4. à num. 17. vsque ad 25. Dian. moral. tom. 3. p. 6. miscel. resol. 23. fuit ita decisum anno 1632. per Regiam nostram audientiā Sardoam ad fauorem D. Ioannis Mariæ Quesada Aui paterni mei consultoris, & aduocati pauperū
68 sancti officij, † & contra Don. Quiricum Pilo, & ferrali in qua senatus pronuutiauit prædictum Auum paternum propositum ad consulendum per Quiricum Pilo & ferrali Patruū Gratię Roig & Pilo Auiæ meæ paternæ non teneri ex consilio prçstito circa onerationem aliquorum censuum, licèt hi tractu temporis deperditi inueniebantur, non probato dolo malo in præstatione consilij; sententiæ copia in archiuio meo reponitur. Indulgeat benignus lector digressiunculam sequendam, ad quam sanguinis æstuatio fouet, quę in præcordijs filiorum erga parentum memoriam, à somno
69 descutiendam rebullijt, † parcat pudor scatebras cordis, haud intra silentij ambitū comprehendere valens, naturalis commotio est, naturę ipsius prurientis cupido, & sanguinis infectio, vt loquuntur Petrus Gregorius syntgtamac. iur. lib. 35. cap. 1. nu. 2. & lib. 44. cap. 5. num. 13. Boherius. de public. iudic. dis-
70 quit. 4. quæst. 9. † Tum quia memoriæ superstitis ardentissima hominum sitis est. Altamiranus in rubric. codc. de filijs official, qui in bello moriuntur n. 36. ibi; alma quidem natura in animis hominum suæ memorię cupiditatem celauit. Plato. 4. de legibus. Valer. lib. 8. cap. 14. facit textus in lege liberorum 220. de verbor. signific. Symanc. de primo gen. Hispan. lib. 1. 81. Ramires de Prado ad leg. Regni Valent. §. 29. n. 15. ibi: *humanissima cupido est velle vltra* vi-

71 *viuendū viuere*; † tum quia filios paterna geſta ad illorum ſequēda veſtigia ſemper inflamant, Coteræus de iur, & priuileg. militar. lib. 2. cap. 3. Nazarius in panegiric. ad coſtantin. edocuit hoc Æenas apud Virgil. 12. Æneid. filio Aſcanio verba hęc faciēs.

Diſce puer virtutem ex me, verumque laborem.

Hæc eſt cauſa cur apud ethnicos parentū effigies quaſi in roſtis in prima ędiū frōte proponi,
72 † & affigi ſolebant, ad hoc vt filij illa inſpicientes allicerentur ad eorum pręclara ſequēda Valer. maxim. lib. 5. cap. 8. num. 3. ibi: *Effigies maiorum cum titulis ſuis id circo in prima ædium parte proponi ſolere, vt eorum virtutes poſteri non ſolum legerent; ſed etiam imitarentur.* Plin. lib. 3. epiſt. 3. ad Corelliam. Nec minus ſępe ab illo quam à te, meque admonebitur, quibus imaginibus oneretur, nil crebrius ad paterna facienora inflamando, vel ad meliorem frugem pelliciendo, iniquit Altamiran. cum Redin. in l. 1. cod de filijs official. cap. 12. 26. quam filio paterna geſta obijcere. Hinc Turnus apud Virgil. volens inflammare ſuos ad magna arripienda, ſuorum laudes propoſuit.

------ *nunc magna referto*
Facta patrum, laudeſque

Stat in aperto, nullum maius lenocinium filiorū ad præclara
73 geſta ſuſcipienda, † quam paterna facinora: hæc illos pelliciunt, cogunt, & impellunt ad ſuorum veſtigia ſectanda. late Borel. de Reg. catholic. preſtant. cap. 4. num. 17. Iacob. de Tapia de triplici bono lib. 2. Ramireſ. de lege Regia §. 29. num. 13. Sauarus ad Sydon lib. 1. epiſtol. 6. 6. Caſidor. var. lib. 9. epſtol. 22. vbi parentum laudes ſtimulum vercundiæ apellat. virg.

Et pater Æneas, & auunculus excitet hector.

A quibus ſi aberrent, haud reputandi, & habendi pro filijs Maiol. tom. 1. colloqui. fol. 155. colloq. 2. de homin. creat. vbi filijs à parentū virtuti bus degenerantes hoc cognomē interdicit.

Pelliciunt inſpectiones hę calamum memoriæ monumentis reponere aui nomen, ab iniuria-
75 que illud lęthea vindicare, † quę anxietas voti laudabilis conſtituitur, per quam filiorum gratitudo ad maiorū aras immolatur: nec nulli iniuria venatur, quod abſit, omnes ominibus laudibilis extollere ſemper in meis vigilijs vigiliaui, & ſtudui, in quo nulli iniurius reponor. Demoſthens aiebat benefacta collaudare honeſtū eſſe, ſicut, & malefacta laudibus extollere adulterini animi eo laudabilius, quo in nullius diſpendium inuehitur iactus ra vnius, nō ex cōmodo alterius, nec aliena ruina ex propria fortuna ſubſequitur. Auguſt. lib. 19. cap. 12 de ciuit. Dei aiebat: *falli eos, qui credunt, quod niſi nimis accuſaretur Caccus, parum Hercules laudaretur.*

Originem ducebat ab Hiſpa-

 nia,

nia, progenitus ex nobilissima
76familia de Quesada, † cuius co-
gnomen idiomate vulgari, &
Sardoo corruptum, parumper à
littera, Q, ad, C, fuit transfusũ,
sicque tractu temporis ex parum
culta plebeiæ gentis loquella,
Quesada, in Casada prorumpit
vocabulorum transmutatio, &
loquendi normæ trasfusio vsui
inhæret, ab illo regulatur, &
pendet; non hinc antiqui verbi
honoris iactura. Hieronim. Lauren. de Collat. num. 247. Horat
in art. poetic.

Multa renascentur, quę iam cecidere, cadentque,
Quę nunc sunt in honore
Vocabula, si volet vsus, quem penes arbitrium
Vis est, & norma loquendi.

Stirps hæc in tota Hispania,
sat nota, propter eius præclara
stemmata, à Ciuitate de Iaen,
ortum ducit, pro vt testatur Alphonsus Lopes de Aro tom. 1. sui
nobilitarij lib. 5. fol. 552. vbi ad
longum delineat semẽ huius no.
nobilissimæ prosapiæ idemtita-
77tem, cum qua aui prædicti, † &
paterna Don Francisci Quesada
domus obtinet, & agnoscit; cuius idemtitatis probatio indubiũ
haud apellari, & in arenam des-
78cendere nequit, nisi inuidentia,
† & liuore stridente, per quem
omnis laus in facinus vel fabulam vocatur.

O dirum exitium, ò nihil unquam
Crescere, nec magnas patiens exurgere laudes
Inuidia,

Silius 17. exoro cum diuina
pagina Math. 20. *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* exultet emulatione affectus, cum
hanc non ruina, sed fortuna pelliciat. Statyus lib. 5. Syluar. quis
nam impacata consanguinitate
ligauit? fortunam, inuidiamque Deus idemtitas consanguinitatis, ac familię meæ de Quesada cum nobilissima illa, qua,
Hispaniam colit, probatur ex
voce publica, fama ab antiquis
in posteros auspicata, per enuntiatiuas aliquas in ventre instrumentorum repositas, originem
hanc ab Hyspania affirmãtes, &
per insignium idemtitatem,
quæ sunt genera probandi idemtificationem familiæ, & nobilitatis, nempe per stemmatum,
& insignium vnitatem, per enun-
79tiatiuas, † vel per vocem publicam, vt docent Franciscus de
Petro in suo cons. 2. cons. 14. &
19. sub num. 4. & 5. Censal. ad
Peregrin. articul. 43. quod procedit etiam in probatione puritatis sanguinis. Escobar de nobilit. & purit. sanguin. part. 2.
quæst. 4. artic. 2. à num. 97. &
8098. † nec officit iuxta mores Regni Sardinæ obtinuisse priuilegium de nouo nobilitatis prædictum patrem meum Don Franciscum Quesada, & Roig. quia
obtinens priuilegiũ nobilitatis,
non ex hoc videtur impetrantẽ
preuiè non fuisse nobilem stemmate naturali, cuius memor fui
in primo tomo mearum dissertationum cap. 9. n. 42. & seq. im-
mo

mo conſeruat nobilitatem ſanguinis, qua ante priuilegij obtentionem potiebatur facit: text. in l. falça demonſtratio §. 2. de condit, & demoſtrat. ibi; *nam honor eius auctus eſt, non conditio mutata*. Mier de maiorat. 3. p. quæſt. 16. num. 33. vbi ex Decian· conſ. 66. num. 84. vol. 3. probat nobilitatis priuilegium à principe impetratum tanquam
81 quid acceſſorium, † nihil detrimenti inferre naturali dignitati generis à maioribus in poſteros iure ſanguinis tranſfuſæ, quæ dicitur natturalis nobilitas. Thoro in ſuplem. verbo nobilis prætendens Eſcobar. de purit. ſauguin. 1. part. quæſt. 4. §. 2. n. 27. Carol. Scribanius in politic. chriſtian. part. 2. cap. 10. nullæ fortunę ancillanda, nec renun-
82 tiationi ad ſcribēda. † Garzia de nobilit. gloſ. 6. num. 18. & 19. Capic. Latro deciſ. 183. num. 43. tom. 2. Acoſta de priuil. credit. regul. 5. ampliat 6. num. 11. Narbon. in l. 14. gloſ. 4. num. 25. titul. 2. lib. 6. recopilat. pag. 426. Onuphrius Donad. de renuntiat. cap. 25. num, 78. cum Valenzuel. & alijs, tenet ſuperdictam concluſionem, nempe priuilegium ſuperueniens nobilitatis, non nocere naturali nobilitati. Olea deceſſion iur. tit. 6. quęſt. 7. num. 7. annuit Dexart. in capitul. curiar. lib. 2. tit· 3. fol. 450. cap. 23. num 9. & 10. & eſt ra-
83 tio in iure, † quia dignitas maior ſuper veniens, non tollit priuilegia minoris dignitatis præcedentis, Cyriac. controu. lib. 2 controu, 71. & controu. 201. à n. 120. vſuque ad 131. Sarauia de iurisdict adiunctor. q. 21. num. 23. tum quia vera nobilitas à principe prouenit. Chaſan. in chatalag. Glor·Mund. 8. p. conſ. 17. & ſuprema vtens poteſtate nobilitas aliquem adæquat nobitati naturali Gutier. lib. 4. pract. queſt. 7. num. 17. ob quas rationes, & alias priuilegium nobilitatis, licet alioquin exoſū, nec nobilitati ſanguinis officere & eiſdem prærogati vis frui tenet Eſcob. de nobilit. 1: p. q. 4. p. 5. ex num. 38. vſque ad 56.

Adſcriptus fuit toto conatu Aſtreæ officinæ à qua non paruos fortunę arridentis fructus de-
84 duxit, † nomen æternitati commendandum auſpicatus, facultates non mediocres conſecutus, honoris, ęſtimationis, & laudandę memoriæ in poſteros haud ſubſtricto ambitu, cōprehenſę multum arripuit, ſicque illi poterit gratulari ad ſcribens omnia hæc iuris prudentiæ lauræ, ab illa quaſi ab ſcaturienti quadā fonte dimanaſſe profitens cum Fontan. deciſ. 367. num. 4. Franc. Maria de Prato obſeruat. 65. Tribunali ſancti officcij tuitioni in cōflictu iuriſdictionalium acriter ſtuduit, & pro defenſione Don Didaci Gomes Inquiſitoris apoſtolici à Regno Sardiniæ bānito, ac violenter per excellentiſſimum Ducem de Gandia proregem expulſum Hiſpaniam petijt, pro retributione obſequiorum

rum per plurimos annos fiscalis munere fuit decoratus, de quo glorior, & fortunæ gratulor, licèt non diffusa manu impartitæ, forte contentus, quam miseratio diuina indulsit cum Carol. Marant. resp. 59. num. 4. & 5. tom. 5. Comprimo vela, ne in proprium honorem illa diffundam; sat habeo memoriæ mandasse aui ossa cinere compacta: paternis aris immolor voti huius pignus in gratitudinis debitum,

ARGVMENTVM.

Vtrum sit bonorum acquæstus iucundior, quam durior illorum iactura. Substitutus in casu mortis admittitur ad hęreditatem per vulgarem substitutionem in compendiosa comprehensam, licèt institutus viuo testatore decedat. Ius substitutionis vtrum potentius sit, quam ius accrescendi respectu cohæredis, vel coniuncti?

SVMMARIVM.

1 *Possessio bonorum obtenta iucunditatem affert, amissa vero maioris męroris constituitur, ratio affertur 2. 3. 8.*

4 *Patriam suam vlyses in asperrimis saxis tamquam nidulum constitutam immortalitati praetulit, cuius commercio viduatus dicitur mortuus.*

5 *Desiderium fortiori nexu angit quam ipsa met pœna.*

6 *Fortuna dum ridet lento passu ambulat, dum nouercam se exhibet toto impetu inuehitur 7.*

9 *Casus huius controuersię refertur.*

10 *Mors probatur per librum parochiæ, seu plebanis pręcipuè stante consuetudine, prout versatur in Regno Sardinię 12.*

11 *Caduca fit institutio, quando decedit institutus viuente testatore 17. In tali casu omnes substitutiones subsequentes si sunt fideicommissaria caducantur 18. & est ratio quia substitutio præsupponit rem in primo gradu acquisitam adhoc, vt fiat restitutio 19. 20.*

13 *Institutio corruit si tempore delatæ hæreditatis, hęreditas ab instituto non potest acquiri; quia hęres est caput testamenti 14. & olim ante illius institutionem nihil poterat relinqui 15. & hęredis institutione corruente, cadit testamentum 16.*

21 *Caducato primo gradu institutionis omnes substitutiones ab ea dependentes caducantur, si caducatio procedit ex defectu conditionis, & caducantur etiam substitutiones, quando conditio adiecta primæ substitutioni nō adimpletur, quia tunc res remanet libera penes institutum 22. præcipuæ quando sunt inter se substitutiones catenatæ 23. & caducatur fideicommissaria dispositio, fideicommissario præcedente 24.*

25 *Hæreditas non potest scindi, vt pro parte adeatur, & pro parte non, & trahitur vnius partis à ditio ad solidā hæreditatem 26. ne paganus partim intestatus, & partim testatus decedat 27.*

28 *Ius*

28 *Ius accreſcendi fuit inductum, nequis pro parte inteſtatus, & partim cum teſtamento decedat, & competit inter hæredes non adeuntes hæreditatem ex potentia facti, vel naturę, licèt ſint in diuerſis orationibus inſtituti* 29.

30 *Inſtitutus hæres in re certa, detracta certa rei mentione, remanet inſtitutus in totum, & ſi inſtitutio fiat partim pure, & partim ſub conditione, ſi inſtitutus partem pure relictam agnoſcat, tunc fiet in totum hæres* 31.

32 *Vſufructuarius per ius accreſcendi remanet hęres decedente proprietario ante illius obitum abſque ſpe tranſmiſſionis.*

33 *Regia Gubernatio Ciuitatis Saſſaris in hoc caſu declarauit ad fauorem caducitatis; regia vero audientia illam reuocauit; recẽſentur fundamenta* 34.

35 *Teſtamentũ accipit robur à vulgari ſubſtitutione expreſſa, ſiue contenta incõpendioſa* 36.37. *& ſub intrat, quando, viuente teſtatore, inſtitutus primo loco deceſſit quia comprahendit impotenti, & voluntatis caſum* 38. *& impotentia intelligitur, ſi viuo teſtatore inſtitutus deceſſerit, & in alijs caſibus* 39.

40 *Subſtitutus vulgariter in caſu mortis ſub intrat in locum inſtituti, licèt iſte, viuẽte teſtatore deceſſerit: ſic decidit Regia Audientia Sardiniæ. Recenſentur DD. qui hanc opinionem ſectantur* 41 50. *idem procedit in caſu ſubſtitutionis compendioſę, quando fuit facta, ſi ſine filijs deceſſerit, quia inſtituto decedente abſque liberis, viuente teſtatore ſubſtitutus debet admitti ex ſua perſona* 45. 49.

42 *Conditio (ſi ſine filijs deceſſerit) debet obſeruari in forma ſpecifica, & in eadem perſona cui adijcitur* 43. *quia eſt voluntaria, & non neceſſaria, & ſic non poteſt pati extenſionem* 44. *eſt compendioſa* 46. *continens ſubſe vulgarem, licèt non adſit dictio,* quandocunque 47. *nam illa verba in caſu mortis comprahendunt ſubſe omnia tempora* 48;

51 *Clauſula codicillaris non operatur, niſi in teſtamento adſint ſolemnitates teſtamenti nuncupatiui; concepta per verba de futuro non inducit tranſmiſſionem decedente inſtituto, viuente teſtatore* 52. *nõ opilatur ei qui petit hęreditatem ex vi teſtamenti* 53. *potens eſt vt decedente inſtituto, viuente teſtatore, venientes ab inteſtato intelligantur ſol.* 33. *rogati de reſtituenda hæreditate ſubſti tutis* 53.54.

55. *Potentius eſt ius ſubſtitutionis, quã ius accreſcendi; quia ſubſtitutus ſuccedit ex voluntate expreſſa teſtatoris; coniunctus vero, ſiue cohæres ex diſpoſitione legis, & illius neceſſitate* 56.58.

57 *Ius accreſcendi potens eſt, vt mulier relicta vſufructuaria capiat hęreditatem viri per obitum proprietarij, licèt interdicta reperiatur ex vi ſtatuti, vt à iure non poſſit inſtitui hæres in proprietate.*

CA-

CAPVT XXVII.

Bonorum possessio delatactionē producit obtenta; verum hæc lætitia ex possessione percepta non æqua-
1 lance penditur, † à dolor ex amissione susceptus:illa letamur, hac acerbe angimur,in prima diminutum gaudium arridet, in secunda doloris omnes aculei cōstringunt, multa enim, quę non amamus, si subtrahantur, desideramus: rem tetigit senec.*naturę mos est, vt nihil magis placeat, quam quod amissum est*. Xenophont. veritatem hanc iam diu prędixit, ardentiorem angustiā in fortunæ iactura, quam in acquęstu constituens, inquit, *nequaquam iucundum est habere pecunias, vt molestum eas amittere*; rationem affigit lib. 8. *nemo enim diues cogitur vigilare propter volu-
2 ptatem*, † *sed neminem eorum uides, qui aliquid amiserunt pra dolore posse dormire*. molestum est homini
3 honoribus, † & dignitatibus orbari, acerbum fortunæ bili exponi cum iactura acquęstuum, rigidum aliquando fuisse; non vero nunc fęlicem;turbulentum carere patria, quam in asperrimis Saxis, tamquam nidulum affixam Vlises vir prudens im-
4 mortalitati prætulit, † cuius dulci commercio viduatus quis inter viuos agit, & adhuc desinit viuerę. Luc.Senec. Corsicam suæ relegationis locum in hæc compellat. in epygram.

Parce relegatis, hoc est iam parce sepultis.

Viuorum cineri sit tua terra leuis.

Plura apud me tom. 1. differt.
5 cap. 13. num. 12. † fortiori nexu angit vt plurimum desiderium, quam pœna: idem Senec. insinuat hoc dicterium loquens in cōsolat ad Alben. vbi refert Autiliā sequutā fuisse filiū in exilio, & addit optima ratione fecisse, cū Mallet *pati exiliū,quā desideriū*: Laurent. Math. de regim. Regni Valent. tom. 1. cap. 4. §. 6. nu. 45.

Desperant multi post amissas opes; iacent in luctu, squalore obsiti, in culto capillo, † promis-
6 saque barba memores vel honoris, vel bonorum iacturæ; dum fortuna in acquirendis ridere incipit lente voluptas depascitur, fluctuat semper ob discrimen amissionis cum mortalium omnia tenui inhęreant filo, † quod
7 Ouid. fasus fuit 4. de pont. eleg. 2.

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo

Et subito casu quę valuere, ruunt.

Docet Maran. ref. 83. n. 2. tom. 5. dum nouerca constituitur, toto impetu, irruit, inuehitur, † & tor-
8 quet: fateamur diminutam esse ex possessio ne hæreditatis habita lætitiam; acerbiorem ex illius amissione dolorem obrodit amissa fęlicitas fortius, quam gratulatur præsens voluptas; caries cogitationis prima constituitur haud posteriori mollienda, tenet Turturetus in suis paralelis di-

diſcert. 12. tom. 2. n. 183. miſeriæ vacat à fælicitate labi, à fortuna deturpari. Quintilian. de clamat. 33. infortunitas vrget, duriori cingulo, dum prodit in ruinam, quam dum diſſoluitur in placida fortuna. Boet. lib. 2. de conſolat. philoſoph. conprimat conatum. Plinius lib. epiſtol. de optima vxore hoc exornat faciens verba hæc; *habet quidem Macrinus grande ſolatiũ, quod tantum bonum tamdiu tenuit; ſed hoc magis exacerbatur, quod amiſit;* & rurſus. lib 8. epiſtol. vltim. *vt ſæpe audiſti, ſæpe legiſti multo deformius amittere, quam non aſſequi laudem*.

Accidit hoc in Mauritio
9 Scardacho Ciuitatis Saceris, † qui virtute Sententiæ per Regiã Gubernationẽ anno 2659. prollatæ, poſſeſſionem in bonorum Ioſephi Eſcardacho eius nepotis fuit immiſſus, ſub prætextu, quod dictus Ioſeph nepos ex fratre ſuo, vltimo elogio in conflictu peſtis ſtipulato, ſibi præſcripſerat hæredes Mauritium, & Gauinum Eſcardacho eius patruos; gauinus vero deceſſerat, viuente teſtatore, per cuius obitum caducatam fuiſſe inſtitutionem, & reſpectu cohæredis arridere ius accreſcẽdi ad fauorem ſuperſtitis hæredis pronunciatum extitit: immiſſio hæc poſſeſſionis magnæ iucunditatis fuit lenocinum; ſed illius amiſſione in luctum maioris doloris fuit transfuſa, paſſus fuit Mauritius Eſcardacho dicteriũ in prima cera digeſtum circa diſcrimen fortunæ partæ, vel lapſæ in ruinam, in qua transfuſione, experientia teſte, poterit vtique referre ſe gloriabundum in acquirendo euaſiſſe, ſed ſub maiori pondere fuiſſe mærore opreſſum in acquæſtus iactura.

Gauinus Eſcardacho alter ex hæredibus ſcriptis, viuente teſta-
10 tore, extremum clauſit diem, † pro vt ex libro parrocchiali vulgo quinque librorũ, recondito in archiuio parrochiæ Sancti Donati apparuit, in quo inuenta fuit notata mors teſtatoris huius pro vt, & cæterorum parrochianorum iuxta formam præſcriptam à Concilio Tridentino ad vnguẽ obſeruatam in hac Ciuitate, qui liber parrochiæ plene probat mortem cuiuſlibet inibi diſcriptam, pro vt docent Grauet. de antiquit. tempor. in ſ. videmus nu. 1. ſequitur Ioſeph. Ludouic. in deciſ. peruſin. 12. nu. 17. part. 1 cum Maſcard. & alijs Monald. conſ. num. 51. vol. 2 pro vt etiam probatur ætas plene abſque aliqua alia extrinſeca probatione Molin. de ript. nuptiar. lib. 1. compar. 9. num. 41. Valenzuel. conſ. 169. num. 77. Genua de ſcriptur. priuat. lib. 5. tit. de libro Pleban. quæſt. 1. num. 3. & 4. Bellet. diſquiſit. clericat. part. 1. tit. de cleric. teſtam. part. 1. nu. 10. vbi non inconcuſſe obſeruari dicit, & de plano procedere, ſiue liber reperiatur in baptiſterio, ſeu archiuijs parrochiæ, vel in domo parrochiæ, Monald. conſ. 80. num. 22. Thoro in compend.

cap. 1. verbo filiatio Giurb. obseru. 92. num. 4. Rocco respons. 52. part. 2. num. 7. præcipue stante consuetudine Ciuitatis pro vt hanc versari in Regno Sardi-
11 niæ, † & in omnibus tribunalibus illius attestor, in quibus mors probatur per librum parrochiæ, stante qua consuetudine mortem alicuius plene probari per librum parrochi. seu plebani in cõcussa est opinio Genua de escript. priuat. q. 2. n. 1. lib. 5.

Cum hæres hic igitur viuente testatore decesserat eius institutio videbatur esse caduca, † per
12 text. in l. vnic. §. cum triplici versic. ea etenim *ibi vel viuo testatore*, iuncto §. pro secundo, cod. *de caduc. tollendis*, vbi Imperator caducari institutionem per præambulam mortem hæredis præscripsit text in l. eam, quam cod. de fideicomiss. sicut, † & corruit
13 institutio, si tempore delatæ hæditatis ab instituto hæreditas non possit acquiri l. si alienum §. 1. de hæredibus inst. §. in extraneis inst. de hæred. qualitat & different. Bartholom. chesii interpetrat iur. cap. 28. num. 7. & est ratio quia hæres, &
14 illius institutio est caput, † & fundamentũ testament. l. 1. de hæredib. instit. à qua robur, & firmitatẽ sumit. l. quod per manus ff. de iur. codicillor. licet effectum non nisi ex adicta hæreditate accipiat l. si patroni. 55. §. qui fidei comiss. ff. ad Trebelian.
15 † sic que antiquo iure quicquid ante eam scriptum erat nullius monumenti habebatur §. ante hæredis 33. instit. delegat. Vlpian. in fragment. tit. 24. versic. ante hæredis Paul. lib. 3. tit. 6. in princip. qua hæredis institutione deficente, vel effectum non obtinente, quod idem in iure cõ-
16 stituitur, † tanquam deficiente fundamento omnia corruunt, & irremissibiliter cadunt l. 1. ad fin. ff. de vulgar, & pupillar. Paul. Rube. pract. de testament. cap. 54. n. 245.

Comprobant hanc conclusio-
17 nem in iure tutam quod; † decedente hærede, viuo testatore institutio caducatur Peregrin. de fideicomiss. articul. 15. num. 19. Ramon cum alijs cons. 100. ex num. 124. Viuian. Girochi dissert. 14. num. 1. & non solum
18 ipsa met institutio, sed † & omnes substitutiones fidei commissariæ subsequentes caducantur, si hæres institutus præmoriatur ante testatorẽ, quę caducatio substitutionum procedit, & subsequitur ex caducatione primi gradus institutionis, casu quo substitutio, per quam institutus hæres primo loco grauatur, sit more fidei commissaria, & facta per verba mere obliqua: sic cum Gabriel. com. 117. num. 19. vol. 1. Rota decis. 332. num. 7. versic. satis est adiuctum effectum. & decis. 403. num. 17. versic. vbi
19 reffert part. 2. recent. † & est ratio quia substitutio fidei commissaria, seu compediosa resoluta in vim fidei commissarię pręsuponit illum, qui grauatus est resti-

reſtituere rem prius habuiſſe, & acquiſiuiſſe; quia aliàs non pterit reſtituere per text. in l. traditio
20 ff. de acquir. rer. dom. † eſt caſus in terminis in l. ille à quo ſ. ſi de teſtamento ff. ad Trebelian, & in l. apud Iulianum ſ. idem Iulianus l. ita tamen ſ. qui ſuſpectam ff. cod. l. eam quam cod. de fideicommiſ. Peregrin. de fideicommiſ. artic. 15. num. 19. & licèt de vno fideicommiſſario ad alium, ipſo iure transeant actiones fideicommiſſariæ, abſque eo, quod reſtitutione opus ſit l. pen. cod. ad Tertulianum. Fuſar. de ſubſtitut. tamen neceſſe eſt, vt præcedat agnitio, & quod in primo fideicommiſſario radicetur per mentis declarationem, vel aliàs acquiſitio, qua deficiente haud poterit reſtituere vel cogi ſ. metianus ff. ad Trebel. Peregrin. de fideicommiſ. artic. 2. num. 63. Furarius de ſubſtit. q. 603. num. 2. Bardellon. conſ. 25. num. 43. Euincitur ergo, decedente hærede ante teſtatorem ipſo iure iacere caducatam inſtitutionem, & per conſequens fideicommiſſarias ſubſtitutiones Petrus Tondut. in quæſtionib. regalib. tom. 2. quæſt. 173. num. 1.

Idem debet fateri ſi primus gradus caducaſſet, ex defectu cõ
21 ditionis, † quia tunc omnes ſubſtitutiones ab ea dependentes caducarent, etiam per text. in l. hæredes mei ſ. vi misita ff. de vulgar. Oldrad. conſ. 21. Ludouic. Caſanat. conſ. 2. num. 13. vbi pluribus laudatis tenet, caducato primo gradu ex defectu non adimpletę conditionis, omnes ſubſtitutiones ab eo dependentes caducari Rota Roman. in nouiſſimis deciſ. 230. p. 2. & in recentiorib. penes Farinac. deciſ. 486. num. 7. & deciſ. 519. num. 2. tom. 1. & deciſ. 538. num. 4. in fin. tom. 2. Enim vero ex cõditionis defectu, prima ſubſtitutio habetur pro non facta, & pro non ſcripta l. vnic. ſ. ſin autem cod. de caduc. toll. Vnde impoſſibile eſt ex ſubſtitutione prima, quę concipitur tamquam nulla, redacta ad non eſſe, ad cineres, ad nihil ex defectu conditionis, ſequẽtes gradus dependentiam, vim, & conſiſtentiam lucrari Plotus conſ. 14. num. 10. Conan. lib. 9. commentar. cap. 2. fol. 358. Cephal. conſ. 17 ex nu. 10. Petra de fideicommiſ. q. 6. num. 8. Ramon. conſ. 100. num. 124. & ſeq. Ganauer. conſ. 1. num. 60. ſicut & ſubſtitutiones ſequentes caducã
22 tur; † & deficiunt, quando caducata fuit prima ſubſtitutio præcedens per defectum conditionis primo ſubſtituto adiectæ, cum per defectum conditionis res penes hæredem inſtitutum abſque onere reſtituendi remaneat; radix oneris in adimplemento cõditionis, in prima ſubſtitutione adhibitę inhæret; ſi hæc in illo gradu haud adimpleatur, defecit per conſequens ſubſtitutio, & reſoluta iacet ex defectu conditionis, & pro non ſcripta habetur: ſicut, & etiam

omnes substitutiones subsequentes l. si mater §. 1. l. qui habebat ff. de vulgar. Surd. cons. 120. nu. 1. Molin. de ript. nuptiar. lib. 3. q. 23. n. 31. & 36. Gracian. discept. Forens. cap. 274. n. 9. Thesaur. decis. 86. in fin. Mastrill. decis. 266. Sesse. decis. Aragon. 50. nu. 8. vsque ad 30. lib. 1. Casanat. cons. 2. num. 3. maximè quando substitutiones sunt conexæ inter se primæ à posteriori, vel subse-
23 quentes ab antecedentibus, † dependentes, seu catenatæ. Castill. lib. 3. controu. cap. 18. num. 58. Censal. ad peregrin. articul. 15. versic. addo num. 29. Lanar. cons. 60. num. 96. Ramon. cons. 30. num. 38.

Prætendebat Mauritius Escardachio ex decedentia Gauini Escardachio cohæredis, ante obitũ testatoris caducatam remansisse
24 illius institutionem, † obnoxiã pænæ caduciati in iure inflictæ, sicut, & caducatur fideicommissaria dispositio fideicommissario præcedente Barbat. de fideicommiss. part. 1. cap. 6. num. 66. & per consequens ad illum spectare totam hereditatem iure accrescendi, quam adierat præuie; pondus inhæret in eo, quod cum vna hereditas sit, non potest inde scindi, vt pro parte adeatur, † &
25 adsit hæres, & pro parte non: quinimmo addita vna portione ex asse addita cõstituitur l. si ego 26. l. qui ex duabus 53. iunct. l. 1. & 2. l. si duo 38. de acquir. hæredit. l. si se solum l. si quis ita 33. de heredib. instit. trahitur vnius patris addictio ad solidã hereditatem ex dispositione iuris, eius-
26 que necessitate † l. si ex asse 10. de adquir. hædit. Retes magister noster Salmantinus ad leg. vltim. de vulgar. in opusc. n. 2. in fin, & sub intrat ius accrescendi, ne paganus partim intestatus, & partim testatus decedat contra l. ius nostrum ff. de Regulis iur. Rouit. cons. 46. num. 12. Hæc est ratio inductiua iuris accrescendi, † nequis partim cum testa-
27 mento, & partim abintestato extremum claudat diem l. vnic. §. his ita. cod. de caduc. tollend. optimus text. in §. hereditas ver-
28 sic. † non autem de heredib. instit. & hæc videbatur causa deferendi totam hæreditatẽ Mauritio Escardachio superstiti ob deficientiam cohęredis, ne testator in scopulum hunc impingeret; quapropter inter hæredes ius accrescendi arridet, quando ex impotẽtia iuris, facti, vel naturæ quis hæres haud effici queit, aut effici nolit, licèt in diuersis orationibus essent instituti, ad huc erit locus iuris accrescẽdi l. versic.
29 §. his ita distĩctis, † cod. de caduc. tollend. l. hæredes sine partibus ver. fin. de heredib. instit. Cancer. var. lib. 3. cap. 22. de iure accrescend. multos refert, Castill. lib. 1. quæstion. quotidian. cap. 48. num. 39. Eodem fundamen-
30 to prouenit, quod, † quando quis instituitur in re certa alio non dato cohęrede, intelligatur institutus in tota hæreditate, detra-
31 cta certi fundi mẽtione, † nequis par-

partim teſtatus, & partim inteſtatus decedat l. 1. ℱ. ſi ex fundo l. ſi quis ita hæres inſtitutus ſit ex certo fundo ff. de hæredib. inſtit. l. quoties cod. eod. Caſtill. controu. lib. 3. cap. 17. Salgad. in Laberint. credit. p. 1. cap. 2. ℱ. vnic. num. 17. etſi inſtitutio fiat partim purè, & partim ſub conditione ſi inſtitutus adeat, & partem purè relictam agnoſcat, fit hæres in totum iure accreſcendi ex eadem ratione, & fundamento ſuperius cunctato, ne teſtator debeat decedere partim teſtatus, & partim inteſtetatus l. ſi quis ita ſcripſerit ff. de hæredib. inſtituend. l. cum heres ℱ. fin. de acquir. hereditat. Bartolom. Cheſij c. 16. inter petrat. iur. n. 20. latè Larrea deciſ. 61.

Per ius accreſcendi ſuperſtes hæres conabatur ſibi deuolutam fuiſſe portionem hereditatis prædefuncti ohæredis,
32 † tamquam caducam effectam per præobitũ ante teſtatorem, quod ius accreſcendi arridere, & caducationem ſubingredi dicebat ad illius fauorem, licèt inueniretur inſtitutus in vſufructu, & ohæres prædefunctus inproprietate, nihilominus decedẽte hærede proprietario ante vſufructuarium, ius tranſmiſſionis haud arridet ad fauorẽ hæredũ proprietarij, cum iſte nõ habuerit ius certũ, radicatũ, & in effectu habitũ, ſed dubiam ſpem ſuccedendi, quam in ſuos heredes haud potuit trãſmittere Gãma deciſ. 93. n. 2. Ceuall. com. contr. comun. q. 762. Peguer. deciſ. 161. n. 15, qui omnes ſpem ſucedendi tangentem aliquem, vel in diuerſa linea conſtitutum, vel ſub conditione ſubſtitutum, non poſſe in ſucceſſores tranſmitti: Valenzuel. conſ. 23. lib. 1. num. 166. Fab. capic. Galeot. Illuſtr. lib. 1. controu. 48. num. 50. qua propter per ius acreſcendi vſufructuarius remanet heres intotum per text. in l. vnica ℱ. fin. autem. cod de caduc. tollend. Caſtill. de vſufruct. cap. 8. ex num. 37. Salgad. in laberint. credit. part. 1. cap. 2. ℱ. vnic. num. 25, *ibi Denique infertur ex hac reſolutione, quod quando quis inſtitutus eſt in vſufructu, & alius datur heres poſt eius mortem, ſi iſte viuo priori moriatur, non tranſmittit hæreditatem, cum ſit vocatus conditiona liter & poſt diem incertum, qui non potuit adire, nec traſmittere, & grauatus remanet cũ tota hæreditate, ſublato grauamine fideicommiſsi*, ſequuntur Cyriac. controu. 43. nu. 46. Rube. de teſtam. cap. 10. n. 566.

Fundamenta hæc in cauſa fuere, vt victor Mauritius Eſcardacho remãſerit in hoc diſsidio,
33 in quo altera pars, † nempe Ioanna Cazoni tutrix filiorum Gauini Eſcardacho, cuius partes fouebam, herbam porrexit, ſeu ſuccubuit in gradu apellationis, vero ſententia lata per Regiam Gubernationem Ciuitatis ſaceris ad fauorem ſuperſtitis hæredis fuit in melius comutata, & reuocata anno 1660. Relatore Doctore Don Dominico Brunengo,

nengo, per quam dimidietas hęreditatis huius fuit adiudicata hæredibus prędefuncti hæredis iuxtà contextum testamenti repellendo caducitatem prętensā, seu poenam illius: vnicum motiuum, quod sententia centinebat, est, quod testator instituerat sibi
34 hæredes Mauritium, & Gauinum, patruos, † & casu, quo isti decederent, substituerat eorum filios, vel proximos consaguineos; quam substitutionem vulgarem, seu compendiosam vulgarem continentem esse dixit amplissimus Senatus, & per illā substitutos admittēdos esse, non obstante instituti obitu uiuente testatore successo decreuit. Substitio filiorum post obitum institutorum patrum concepta, tamquam vulgaris in causa reponitur hac hypothesi, vt caducitatis poena euitetur, & in substituto robur testamentum, & institutio accipiat. Casus hic obscurus satis practicabilis, at in
35 nostro Regno per neminem tactus in terminis figuratur † per Gaspar. Anton. Thesaur. qq. forens lib. 4. cap. 15. num. 1. & seq. vbi testator sibi eligit Andream hæredem, illis substituit casu quo decederet alios cōsobrinos, viuente testatore, fuit vita functus scriptus hæres, fuit quæsitū: vtrū ex hoc caducato, esset institutio, & testamentū & per con-
36 sequens venientibus abintestato locus esset, † decidit Senatus, & aucthorion fuisse caducatum, sed sustineri testamentū per substitutionē consobrinorum factam, pronunciando pro substitutis, & excludendo venientes ab intestato per text. in l. quamdiu ff. acqui. hæredit. ex eo solum quòd substitutio erat directa, & nō obliqua, & fideicōissaria, & sic extēsionē patiēs per text. in l. Titius § Lucius. ff. de liber. & posthū — quę in dubio semper directa vulgaris intelligitur, non obliqua & fidei commissaria per text in l. iam hoc iure. ff de vulgar. Bartol. & alij penes Fusar. de substitut. q. 6. n. 33. vbi tenet in dubijs substitutū cēseri esse vocatū per vulgarē. Ganauerr. cōs. 5. n. 1. Debet tamē expressis verbis cōstare, & nō per coniecturas vulgaris substitutio l. pen. cod. de imp. Galeott. Ill. cap. 23. tom. 2. nu. 13.

Hic est vnus ex præcipuis effectibus adscriptis in iure substitutioni vulgari, vt ab illa robur testamentum sortiatur, tamquā à mera, & valida institutione, tot. tit. de vulgar, & pupil. substit Ramon. cons. 30. num. 18. Fab. Capic. Galeot. Illustrium. tom. 1. cap. 24. num. 8. & 9. per text. in l. vnica p. secundo. cod. de Caduc. tollend. Viuian. Girochi discept 14. n. 5. quæ vulgaris substitutio subintrat, quando viuente testatore institutus primo loco decessit, & est ratio; quia compræhendit & voluntatis, & impotentiæ casum l. cum proponat. cod. de hæredib. instit, & intelligitur de casus impotentiæ; tiæ quocunque modo, quo hæres

esse

37 esse non possit, † vel impotentiæ naturæ cum hæres posthumus institutus non nascatur l.fin. cod. de instit. & substit. vel si mor-
38 fatur viuente testatore † l. 1. §. pro secundo cod. de caduc. tollend. l. ab. omnibus §. cum quidam ff. delegat. 1. vel si decedat post testatorem ante aditam hę-
39 reditatē D. §.cum quidam,† vel impotentiæ iuris vt puta si institutus tamquam spurius, vel ex alio vitio successionis, & testamentarię factionis passiuæ sit incapax l. 2. cod de hæredib. instit Oldrad. cons. 21. Fontanel. decis. 159. ex nu. 11. & decis 598. num. 6. Fab. Capic. Galeot. Illustrium. tom. 2. cap. 25. num. 7. & seq. Cum igitur fuerint cōsobrini substituti vulgariter nēpe in casu mortis primo hæredis
40 vocati, † sequitur quod licet hic testatore adhuc in humanis agente summo dictatori comune naturæ debitum persoluerit, non caducetur substitutio ex caducatione primi gradus, & non adsit vis acrescendi ad fauorem choæredis, sed substitutus vulgariter debeat tamquam primo loco institutus accipere suam portionem hęreditatis, vt haberet, si institutus primo loco vitam duceret. Hęc subrogatio, & sub ingressio substituti procedit ex vulgari substitutione, illi adscribitur hæc virtus, prout Senatus Sardous in hoc casu pronunciauit, & procederet hæc determinatio in annuis legatis, si in illis appareret, pro vt potest substitutio vulgaris Cæsar. de aflict. controu. 43. num. 29.

Hanc conclusionem, vt decedente instituto in vita testatoris admitatur substitutus quando fuit concepta directè substitutio,
41 † & nonper fideicommissum per vulgarem substitutionē docent Menoch. lib. 4. præsumpt. 65. num. 10. per tot. Burrat. cons. 97. num. 7. Thob. cons. 25. num. 11. Oddo de compendios. substit. part. 6. q. 1. artic. 1. Peregrin. de fideicommis. artic. 15. per tot. plures rellati apud Thesaur. loc. cit. & in addit. ad decis. genitor. 60. & 86. Fontan. decis. 41. Cēsal. ad peregrin. articul. 15. in princ. hodierna ad Surd. decis. 37. n. 3.

Idem procedit quando fit substitutio si sine filijs decesserit institutus, quę conditio debet adim-
42 pleri speciffica forma † Salgad. in laber. cred. p. 1 cap. fin. num. 15 l. qui hęredi 44. l. męuicis 54. de cōdit. & de monstrat Cesar. de afflict. controuers. 34. num. 3. cuius adimplementum liquide, manifestis probationibus non præsumptiuè debet probari l. hoc iure ff. de V. O. Carol. Anton. Mozia q. forens. 33. num. 6. reputatur pars ipsius substitutionis. Arias de mesa var. lib. 2. cap. 8. num. 3. & in eadem persona cui adijcitur, & non in alia per extensionem, vel interpretationem l. si ita expressum 68. de condit.
43 † & demnstrat. quia hæc conditio moriendi absque filijs est voluntaria, & non necessaria ad sub-

substitutionem, & ideo de suo casu non potest fieri extensio ad
44 alium casum, † pro vt fit quando conditio est necessaria l. Gallus. §. quid sit tantū ff. deliber. & posthum. & ibi Bart. cōuniter receptus latissime. Casan. cōs. 4. n. 44. cum seq. Ganauer. cons. 1. n. 59. itaque concepta substitutione
45 si sine filijs decedat institutus, † & decedēte instituto ante test atorē, substitutus hęres efficitur, à cuius persona, & gradu testamentū romota omni caducitate robur, & vires habbebit: ratio, quia substitutio si sine fiilijs decedat, est compendiosa. Boet. decis. 38. Barreri. de succes. lib. 3 cap. 3.
46 & de vulgar. substit. † quæ sub compendios. contin. 3. nu. continens vulgarem, licet non adsit
47 dictio illa, † quandocunque. Fusar. de substitut. q. 238. num. 4. & q. 31. num 1. Mart. cons. 20. num. 8. & de success. legal. part. 4. q. 30. art. 8. num. 2. Gracian. decis. March. 140, per tot. vbi sic decissum refert. scilicet vulgarem experssam saltim verbis generalibus. Peregrin. de fideicomis. articul. 34. num. 16. Surd. cons. 347. & decis. 37. nu. 9. & 11. est. text. in l. Centurio de vulg. Lelio Altograd. cons.
48 76. num. 6. lib. 1. † quæ compendiosa substit utio inducitur stante Vocationein casu mortis, vel in casu, quo institutus absque filijs decesserit, quamuis testator verbo *quandocunque* non fuerit vsus, quia illa verba in casu mortis, vel sine filijs, subse comprahendunt omnia tempora non minus, quam illa dictio *quando-*
49 *cumque* † Menoch. de præsum. pt. lib. 4. præs. 34, num. 28. Giurb. decis. 132. num. 33. Fontan. decis. 41. num. 4. & 5. Casanat. cons. 46. num. 54. & tali casu quando substitutio est facta si sine filijs, & institutus viuente testatore decedit. substitutus admittitur per compendiosam continentem vulgarem, vel per vulgarem contentam in compendiosa, non fit extensio necessaria de casu ad casum, sed verba, & sensus conueniunt, & cohoerent successioni substituti ob præcedentiam instituti absque filijs, quin intersit, quando hæc conditio adimpleta extiterit, vel viuente testatore, vel post obitum illius. Mangil. de imputat. q. 16. num. 31. in fin. Ganauer. dict. cons. 1. num. 59. Cenial. ad peregrin. articul. 15, veric. secundo obseruo.

Euincitur inde merito substitutum in casu mortis, vel sub conditione, si sine liberis, vocari ad hæreditatem ex propria persona, decedente instituto, viuente testatore, per vulgarem substitu-
50 tionem, † vel per compendiosā vulgarem expressam continentem, & non fieri caducum testamentum, institutionem, & substitutiones coniunctim, pro vt hic, & euenit in presenti hypothesi, inqua testator sibi duplicem hæredē ad signauerat & illis substituerat in casu mortis filios, & in eorum defectu proximos con-

conſanguineos, quæ ſubſtitutio fuit vulgaris expreſſa, vel ſaltim in compendioſa comprænhenſa: decefferat vnus ex hæredibus ſcriptis, virtute vulgaris ſubſtitutus admiſſus fuit, per quam ius acreſcendi, & caducitas remota fuere in Sētentia Senatus; quę omnia attribuūtur dictæ vlgari ſubſtitutioni, pro vt ſic atribuit nouiſſime Viuian. Giroc. diſſer. 14. n. 3.

Etſi deficeret ſubſtitutio hęc, & adeſſet clauſula codicillaris, quę non operatur niſi in teſtamento adſint ſolemnitates teſtamenti nuncupatiui. ✝ Thoro in com-
51 pend. deciſ. ſect. 3. par. 3. verbo teſtamentum cōditum in ſcriptis, fol. 344. & concepta per verba de futuro, non inducit tranſmiſſionem, quando hæres inſtitutus moritur ante teſtatorem. ✝
52 Turret. de clauſ. codicill. q. 47. n. 1. debet expreſſis verbis adici, iuxta veriorem opinionem non ſubintelligitur ex ſtillo notariorum adhibita ex l. c. l. illud 13. §. tractari ff. de iur. codicillor l. fin. §. illud. cod. eod. titul, l. cohæredi 41. §. eius filiæ ff. de vulgar. l. ſi iure cod. de teſtam. milit. ita docent pluribus congeſtis Anton. Fab. lib. 15. coniect. cap. 17. ſic fuiſſe deciſum refert. San Felic. deciſ. 292. p. 2 Arias de meſa var. lib. 1. cap. 33. num. 16. Marin. reſol. 281. num. 9. & 10. Fuit deciſum per Regiam Sardoam Audientiam anno 1637. ad fauorem Don Philippi Pilo, vbi fuit dictum, clauſulam codicillarem non intelligi appoſita, non obſtante aſſueto ſtillo notariorum, niſi expreſsè ſubijciatur, nec opitula-
53 tur, ✝ ei qui petit hæreditatem ex vi teſtamenti. Merlin. controu. iur. tom. 1. cap. 12, ſi igitur adeſſet hęc clauſula, & inſtitutus viuo teſtatore decederet, tūc teſtamentum non corrueret, ſed ſuſtineretur, & illi, qui ſuccedunt ab inteſtato, tenerentur reſtituere hereditatem ſubſtitutis per fideicommiſſum, ad quorum fauorem tali caſu cenſentur rogati in vim prædictæ clauſulæ text. expreſs. in l. quia autem, 6. ff. ſi quis omiſſo. Cauſ. teſtam. Gomeſ. var. lib. 1. cap. 5. num. 8. verſic. tertio limita. Franch. deciſ. 156. num. 1. Seraph. deciſ 943. num. 2. Cancer. var. part. 3. cap. 21. num. 199. vbi virtute clauſulæ codicillaris, decedente hærede, viuente teſtatore, venie-
54 tes ab inteſtato cēſeri, ✝ & cōſtitui rogatos de reſtituenda hæreditate ſubſtitutis, tenet. Turret. de clauſ. codicillar. q. 63. n. 14. Barri. de ſucceſ. lib. 8. Capultim. n. 22. verſic, quia opinio. Tondut. in queſt. regal. tom. 2. q. 173. n. 2. Galeot. cont. 12. n. 44. tom. 1.

Omnia allata ad fauorem ſuperſtitis hæredis ad incluſionē caducitatis vera ſunt in ſuis caſi-
55 bus, ✝ non autem exiſtente de medio ſubſtitutione vulgari, vel compendioſa; & reſpectu iuris accreſcendi minus locus adhęſit ad fauorem illius, ratio non eſt difficilis, nam cum ad vacantem portionem concurrere, intende-

tendebant cum exclusione alterius, substitutus iure substitutionis, & coniunctus hæres iure accrescendi; prællationem obtinuit substitutus, excludendo coniunctum: nam potentius est ius substitutionis iure accrescendi l. vnic. §. in primo, & §. pro secundo. cod. de caduc. tollend. auth. hoc amplius cod. de fideicommiss. l si ergo 19. de iniust. rupt. l. 2. §. si duo de bonor. possess. secund. tabul. ratio ex eo auspicatur, quia substitutus ex ex-
56 pressa testatoris voluntate, † qui eum secundo gradu hæredem esse voluit, succedit; coniunctus vero iure accrescendi ex necessitate iuris, siue ex legis dispositione, quæ cedit semper voluntati expressæ testantis. Duaren. lib. 2. de iur. accrescend. cap. 16. Donell. lib. 7. coment. cap. 12. vbi hilig. lit. E Anton. Picard. in lectur. Salmantic. ad titul. de acquired. hæredit. cap. 12. n. 35; quos laudat, & sequitur Don Ioseph. Rotes ad lib. singul qq. Sæeuol. ad l. fin. de vulgar. num. 1. in fin.

Hinc licèt mulier reperiatur ex vi statuti interdicta institui hæres à suo viro, si vsufructua-
57 ria fuerit relicta, † & alter proprietarius, qui vel adire hæreditatem nolit, vel non possit, tunc vxor vsufructuaria per ius accrescendi hæreditatem solidam capit, non obstante prohibitione statuti; quia non à manu viri, & ab illius expressa voluntate, sed à dispositione, & necessitate legis capit, sic cum Mantic. Cyriac. controu. 45. nu. 44. & 47. Paul. Rub. pract. resol. de testam. cap 10. num. 566. dixi in tom. 1. Mcar. dissert. n. 50. cap. 14.

Potentius igitur est ius transmissionis in substitutum, tamquam inhærens voluntati ex-
58 pressæ defuncti, quę, † & Regina Principatum obtinet in dispositionibus, quam ius accrescendi respectu cohæredis, tamquam dependens à legis dispositione, quæ sucumbit defuncti arbitrio, & ab illius præsumpta voluntate: precipue, quia facta hypothesi, quod substitutus, siue hæres hæredis defuncti, & cohæres superstes concurrant quilibet suo iure munitus, primus transmissionis, & sustitutionis, secundus accrescendi ad agnitionem vacantis portionis: tunc non videntur decertare de bonis testatoris, sed de portione cohæredis prædefuncti, & sic substitutus, siue hæres defuncti cohæredis debet excludere superstitē cohæredem, tamquam propinquior sanguine, affectione & ligamine representans eamdem personam cum defuncto, vel per potentiam suitatis, vel per ius transmissionis. Fateri ergo aperto ore debet, ius substitutionis, seu transmissionis esse potentius, & præferendum iuri accrescendi l. apud. Hostes. cod. de suis, & legitim. heredibus l. 3. cod. de iur delib. l. siquis filium §. 1. ff. de acquir. heredit. l. fin. ff. de condit. instit. pluribus laudatis, Salgad. in Laberint. credit. part.

2. cap.

3 *Dignitatem, ad officium sibi propositum, quando quis dicatur habere. 4.*

5 *Virtus officio nobili haud colligata est, omnes indifferens respicit, & difficile est amplexari à viro altioris fortunæ. n. 6. & sola illa dignitates meretur. n 8.*

7 *Morum puritas non à sanguine, vel officio dimetitur, sed à virtute propria.*

9 *Artes sunt decus vrbium, & interest Reipublicæ plures artes in ciuitate habere, & nulla est ars, cui persuadendum non sit. n. 11.*

10 *Vita humana nequit duci absque opificibus.*

11 *Artifex aliquis si deficit, possunt Consules Ciuitatis compellere ad illius exercitium, aliquem.*

13 *Faber dicitur quilibet suæ fortunæ.*

15 *Insaculatus à Principe scienter in officium Ciuitatis, licet sit indignus, videtur dispensatus. Dignitas in insaculata requiritur tempore extractionis, non insaculationis. n. 16.*

17 *Irregularis ad ordines promoueri nequit, promotus vero Caracter recipit, 18. & vt talis accipit potentiam super Consecrationem Eucharistiæ, & licet mala fide ordines reciperet, vel post susceptos Sacramenta ministret, non contrahit nouam irregularitatem, tamen peccat lathaliter. n. 19. irregularitas in Casu dubio non obligat. 24.*

20 *Illegitimus, si de facto ad ordines promouetur, non irritatur promotio, & vtrum videatur per professionem dispensatus ad dignitates. 21. & vtrũ semel dispensatus ad simplex beneficium, videatur ad omnia dispẽsatus n. 22.*

23 *Irregularis ex delicto, si in fraudem iurisdictionis regiæ ad ordines promoueatur à quo iudice animaduerti debeat, & quid extiterit obtentum in contentione quadam.*

25 *Indignitas solum à Fisco potest opponi. Affertur decisio Audientiæ obtenta ad fauorẽ Matthæi Peddi, & pendente contentione indignitatis debet manuteneri in officio, in quo inuenitur.*

26 *Veritas, triturato negotio, cognoscitur, & illi standum est, & non honorifico verborum apparatui.*

27 *Arari non potest cum boue, & asino, idest clericatus non debet associari cum opere vili. & 28.*

29 *Sartor debet in propria pelle quiescere. Eius ars dicitur vilis. 44. 46.*

30 *Honores, si immeritis conferuntur, est cuncta turbare, dissoluereque politicam artem in nouum chaos. Ignominia honoribus affertur tali Casu 33. 34. omnis honor à contagione artium vilium debet segregari, vt intactus remaneat. n. 48.*

31 Cle-

31 *Clericatus dignitas dicitur per quã, quis in ſortem Dei aſſumitur, & habentes ordines minores dicuntur portio Dei. 32.*

35 *Artifex, ſi ſe immiſcuit alterius officio, debet puniri, & in hac ciuitate, & regno eſt pœna decem ſcutorum, Et licèt debeat eſſe examinatus, ſufficit, vt in confraternitate deſcriptus inueniatur, vulgo, bandera, & ibi officium obtinuerit. Affertur declaratio regiæ vicariæ Saſſeris. 36. & poteſt intra priuatos parietes, dummodo no tenga tienda abierta, diuerſæ arti intendi. 37.*

38 *Contrario ſtatu quis à ſuo priuilegio cadit: veluti ſi Clericus coniugatus miles efficiatur. n. 39. & vtrum à militia recedens recuperet beneficia, & penſiones. 40.*

41 *Reſumere poteſt habitum Clericus, & quomodo procedat, & affertur declaratio Chancellarij habitã in hoc regno ſuper hoc incidenti.*

42 *Clericus exercens officium ſæculare, ſi delinquat à quo puniendus ſit.*

43 *Clericus coniugatus ſi ſit tabellio in Cauſis criminalibus, vel artem chirurgiæ exerceat, nõ gaudet priuilegio fori.*

45 *Officium quando vile debeat reputari; & apud Lacedæmonios non erat fas ingenuis aliquam artem addiſcere.*

49 *Artifices eſſe fæcem vrbium dixit Budæus.*

50 *Sorditas artium non purgatur in regno Sardiniæ ex eo, quia artifices inueniuntur deſcripti in matricula conſulatus, quia procedit ex anguſtia loci.*

51 *Nobiles propter exercitium vilium artium denigrant nobilitatem, & ab ea cadunt. 52. præcipue in regno Sardiniæ. 53.*

54 *Clericus coniugatus cadit à priuilegio fori, ſi exerceat artem vilem, gaudet tamen ſi ab ea recedat, vel illam exerceat per interpoſitam perſonam. n. 56. & ſi ſe immiſcet enormibus, etiã nulla præuia monitione. Affertur declaratio Chancellarij huius regni 55. & facilius à priuilegio cadit Clericus coniugatus. 59.*

57 *Indignus, ipſo iure, ſi ad officium promouetur, habetur pro non electo.*

58 *Statum aliquem, ſuſcipiens videtur omnia illi annexa amplexare.*

CAPVT XXIX.

FRanciſcus de Coro ſartoris officio deditus, & clericus coniugatus, propter delictum ab eo patratũ, in fortias regiæ curiæ incidit, declinauit forum, excitata fuit contentio, & lapis huius diſſertationis reuolutus, quem tunc fiſcalis munere gubernationis Saſſeris fungens reuolui. Audi munimenta haud iuſipida pro vtraque parte concinnentia, & proprio cunctata marte. Quod clericus coniugatus officio ſartoris operas indulgens priuilegio fori gaudeat,
1 † probatur: nam operas ſuas ex-

pen-

pendit in opere, per quod clericatus ministerio indignus haud constituitur. Indignus est, qui dotibus caret ministerio, cui præficitur necessarijs. Sanchez cap.1.dub.2.n.13.lib.2.consilior. moral. Gutierr. cap.11.n.64. canonic. q.q.lib.2. Enimuero animi bona naturam humanam
2 perficientia, † vt ait D. Thom. 22. q.63.art.2. in corp. & q.48 5.art. 3. & quodlibet.6.art.9.q.5. duplicem inspectionem sortiuntur, prima absoluta dicitur, quatenus animi dotibus existit vir bonus, per quas dignior erit cæteris, Deo gratior, & bonis supernaturalibus instructior, alia respicit hominem, vt optimum ciuem quoquo publici muneris admouendus sit: In hac conside
3 ratione desumitur dignitas, † ac conformitas ad officium; & qui hac parte præpollet, dignitatem & officiũ sibi propositum exercendi lucrabitur. Solorzan. de iur. Indiar. lib.4. cap.12. nu.30. Mastrill. de magistratibus lib.2. cap.1. num 66. & 67. Carol. Marant. part.2. respons.2. num 16. ad quod onus optimum ciuem efformant morum puritas pro muneris qualitate; scientia, rerumque agendarum industria.
4 Hyeronym. Altamiran. ad l.1. † cod. de filijs official. milit. qui in bello moriuntur cap. 6. n.49. & hæc non metaphysice, sed moraliter, idest, non prout abstrusam quandam excellentiam efficiunt in sese volutam, sed prout in aptitudinem practicam conspirant, perpendi debent, Altamiran. nu.51. sartoris exercitio adscriptus nõ ex hinc morum puritate orbatur, coniunctim, ac simultaneo concursu possunt vtique concurrere, ger-
5 manari, & coalescere: † ratio quia officio nobili, aut sublimiori gradui virtus colligata haud remanet, indifferens omnes respicit, & vt plurimum teste Cicerone lib.4. ad Heren. difficile est virtutem amplexari a
6 viro secundæ, † & altioris fortunæ: Vernulleius initit. politicar. lib 1. tit.16. cap.2. quæ viris æquis inuida esse solet, exclamat senec. in Hercul. furent. Cabrera de metu lib.2. cap.5 n.54. morũ puritas, & optata ad exercitium clericatus dignitas in sar-
7 tore repiriri potest, † cum næc non à sanguine, vel ab officio nobili dimetiatur, sed a proprio marte stabiliatur. est text. expressus in cap. venerabilis frater. 37. depræbend. vbi constitutum habemus, quod virtutum nobilitas, vitæque honestas gratum Deo faciunt, & idoneum seruitorem Ecclesiæ. Escobar de nobilitat. & puritat. sanguin. q.4. §.2.1. part. fol.53. nu.28. poterit sator incumbens suo oneri ad clericatus dignitatem promoue-
8 ri, † Ecclesiæ seruitio vacare, illiusque priuilegijs frui, *sola enim virtus, sola sapientia*, teste Cassiodoro lib.6. epist.10. *est quæ honores meretur, totum aliud extrinsecus venit.* In Clericis coniugatis Ecclesiæ seruitium intenditur.

San

San Felic.deciſ.7.num.12.cap.2. de inſt. Hic eſt ſcopus factus caput anguli, hoc per Sartores confici queit, nulla inde ratio videtur releuans ad illos excludendū ab hoc miniſterio.

Sartores à dignitate Clericatus non videntur arcendi, licet officio parum nobili incumbant, cum in vilipendium adſcriberetur toti arti, ab hac declinarent omnes, quod ſane reipublicæ
9 nociuum, † cum teſte Caſſiadoro lib.1. var. *artes ſint decus vrbium*, & teſte Tullio lib.Tuſcul. quæſt.*honor alit artes*;& illi intereſt plures artes in ciuitate habere. Laurent. Vrſell.concl.47.n 4. Quapropter artifices pluribus oneribus ſunt immunes.lib.1.cod. de excuſat.artif.lib.10.Barbos.in l.1. ſolut. matrim.7. part. nu.56. quod originem ducit à publica vtilitate:quippe vita hæc nequit abſque illis, prout docet Cicero lib.2.offic. commod è duci; *Quid enumerem artium multitudinem*,
10 Verba ſunt Tullij, † *Sine quibus vita omnino nulla eſſe potuiſſet, quis enim ęgris ſubueniret, quę eſſet oblectatio valentium, quis victus, aut cultus corporis, niſi tam multa nobis artes miniſtrent, quibus rebus tantū deſtitit ex cultu hominum à victu, & cultu beſtiarum*:Ratio inde expoſcit, vt nulla ſit ars, cui perſuadendum non ſit,à qua ad maiora vtique aſcenſus lucrari pote-
11 rit. † Natura ipſa priuſquam opera edat, obliterat plura, hominem à rudi maſſa, & vel informem Vrſum triduò lambit, in publicum dandis verſibus debetur lima decemnis. Don Geronym. Altamiran ad diſt.lib.1. cod.de filijs official.cap.4.num.3. in fin. Et ſi in ciuitate artifex alicuius artis deficiat, poterunt
12 Conſules eligere,†& compellere ad illam addiſcendam, & amplexandam.argum. text. in lib. ſemper.ʃ.quibuſdam de iur.immunit. ibi *neceſſariam operam*. Fragoſ. de regim. repub. prim. part.diſp.21.lib.7.num.7.officialis mechanicus licet intra artis infimæ ambitum ſit recluſus, non inde ab officio, & exercitio clericatus arcendus, cum hoc in vilipendium artium, & ſic nociuum reipublicæ redundet, & valeat ab illa meliorem frugem,
13 & gradum lucrari, † quilibet enim faber eſt ſuæ fortunæ. Saluſt. in bello chatalin. in prin. Laur. Matheu de regim. regni Valent.cap.4.ʃ.8.tom.1.num.9.

Si Clericus coniugatus Sartor, creetur ab Epiſcopo, quod vtiq; effici valet, cùm non ſit Sartoris ars impedimentum dirimens; ad ſummum ſolum indignu conſtitui poteſt, propter officij ſorditatem,indignus vero ſcienter ad officium aſſumptus videtur ad illud diſpenſatus, ſublataque, vel ſuppreſſa cauſa indignitatis remanet.text.in l.ſi quis Decurio,cod.de Decurionib.lib. 10.theſaur.q q. foren. lib.1.q.13.
14 & q 96. Marin.† quotidianr. reſol. to.1. cap.178. num.16. Thoro in compend.deciſ.1. part.verbo immunitas,cum Caputo,Ri-

Pp cio,

cio, Fachinæo, Farinac. Borrel. & Frãch. Laurent. Matheu de regim. regni Valent. cap. 4. §. 6. nu. 26. vbi loquitur de indigno insaculato scienter à Principe in
15 aliquo officio Ciuitatis, † qui propter insaculationem videtur dispensatus, & sic poterit illud obtinere, licet tempore extractionis, & adeptionis officij inueniatur inhabilis, quo tempore
16 habilitas requiritur, † non vero tempore insaculationis Franc. Maria de Prato discept. forens. cap. 44. n. 66. vbi, vt quis iudicetur habilis ad officia, attenditur tempus, in quo dispositio effectum sortitur; pari passu in Sartoris indignitate fateri oportet, quæ per asciscionem ad clericatus ministerium videtur, vel silentio inuoluta, & suppressa, vel vt melius dispensata.

Exemplum aliud nobis obijcitur in Irregulari, qui ratione irregularitatis ad ordines promoueri nequit. cap. fin. de temp. ord. cap. de cætero de homicid. Concil. Trident. cap. 7. session. 14. de reform. nec etiam prima ton-
17 sura, licet non sit ordo, † cuius tamen, sapit naturam, cum sit præparatio ad illũ, initiari queit. Dian. Moral. cum multis tom. 4. tract. 2. de irregularit. cap. 88. cũ diuo Thoma, Filiuc. Bonac. Suar. Auila, & alijs Ciarlin. tom. . cap. 203. num. 4. & seq. attamen si de facto ordinetur, cum non sit irregularitas impedimentum dirimens, sed prohibitorium, accipit characteris impressionem, fit actu, & habitu sacerdos, & vt talis accipit potestatem super consecratione Eucharistiæ,
18 † vt scribit Archidiacon. in cap. Apostolocæ dist. 56. & hoc etiã si esset, & ordinator irregularis, quorum vtraq; irregularitas non impedit characteris impressionẽ. Maior de irregular. lib. 3. cap. 33. num. 1. Innocent. in cap. 1. de schismatic. Abbas in cap cum non ab homine. 5. de iudic. & in cap. cum illorum de sentent. excom. Graff. de effectib. clericat. effect. 1. n. 526. Filiuc. to. 1. moral. tract. 19. cap. 3. n. 59. Barbos. de vniuersi. iur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 49 §. 2. n. 15. Suar. de cẽsur. disp. 40. de irregularit. in gener. sect. 2. n. 1. & licet mala fide ordines
19 Irregularis susciperet, † vel post susceptos sacramenta ministraret, quamuis efficeretur reus peccati mortiferi, non tamen contraheret nouã irregularitatem, cum Bonac. Suar. Filiuc. & alijs. Ioan. Baptista Ciarlin. loc. citat. n. 32. Franch. decis. 384. num. 12.
20 vbi loquitur de illegitimo, † vel aliàs infami, qui licet non possit promoueri ad ordines, si tamen de facto promoueatur, non irritatur promotio. San Felic. addit.
21 ad decis. 9. post tom. 2. n. 8. † De illegitimo vtrum per professionẽ censeatur ipso facto dispensatus ad omnes dignitates religionis, vide nouissimè Diana tom. 10. tract. 13. resol. 39. & vtrum semel dispensatus ad simplex bene-

beneficium, intelligatur ad alia etiam diſpenſatus Marin. quotidian. reſol. tom. 1. cap. 168. n. 8.

Irregularis igitur de facto ad ordines promotus, priuilegio fori
22 vallari, & frui valet, niſi poſt contractã irregularitatẽ ex delicto notorio prouenientẽ in fraudem iuriſdictionis regiæ efficeretur
23 retur Clericus: † tũc quippe ſi ordinibus minoribus eſſet inſtructus quoad bona, & perſonam ſubiugaretur regio brachio, ſed ſi ordinibus maioribus eſſet, quo caſu ſubijceretur quoad bona. Fuit ſic deciſum per Chancellarium regni Valentiæ in quadam cõtentione prout refert Laurent. Matheu de regimine regni Valent. to 2. cap. 7. §. 1. n. 173. in fine, vbi citat pro hac opinione Cened. Caſtr. Palau, Trullench, & Farinac. eam ſectantur Curtelt. de immunit. lib. 2. q. 2. per tot. Carleual de iudic. q. 8. diſp. 11. num. 447. Petr. Tondut. de preuent. 2. part. caſ. 53. n. 4.

Ratio horum eſt prout vidiſti, quia irrigularitas tantum eſt impedimentũ non dirimens, à lege poſitiua inductum, quæ etiam in caſu dubio non obligat. Thome del Bene de immunit.
24 Eccleſiaſtic. † cap. 2. ſect. 13. n. 32. to 1. quæ ratio germanatur hypotheſi caſus noſtri, ſicque idem ius ſequi oportet, præcipue quia
25 indignus, † cuius indignitas percutit actum iuriſdictionis, & ſic ſolũ per Fiſcum poteſt obijci ex text. in lib. ſororem. cod. ad Silaian. tenẽt Peregrin. de iure Fiſci lib. 2. titul. 2. nu. 8. Baiard. ad Clar. §. homicidium, num. 55. Ioan Bautiſt Ciarlin. cap. 184. num. 66. Fuit ſic deciſum per excellentiſſimũ Comitem de Lemos in hac ciuitate ex voto ſemper præclariſſimi viri D. D. Gauini Liperi, & Paliachio ad fauorẽm Mathæi Peddi Notarij publici, cui opponebatur violenter occidiſſe eius ſocrum, ſicq; incapacem, & indignum eſſe illius ſucceſſione, fuitq; deciſum hanc exceptionem indignitatis ſolum per Fiſcum poſſe opponi, pendente contentione, & cognitione cauſæ indignitatem inferentis in poſſeſſione, in qua inueuitur, manuteneri debet. Surd. conſ. 369. nu. 16. Ciarlin. loc. cit. num 20. vſquequo ius dicatur, & ſententia ſubſequatur, quæ ſubſequi oportet ad hoc, vt quis indignus iudicetur, priueturque iuribus ob indignitatem priuandis. l. his cõſequenter §. 1. ff. famil. Herciſcund. & ibi gloſ. Valençuel. cũ alijs tom. 2. conſ. 128. n. 27. Pondere haud deſtituitur inſpectio hæc, quæ vt Sartor aſcitus miniſterio clericatus, interim quoad de eius indignitate lapis reuoluitur, non priuandus veniat ipſo iure, ſed per ſententiam iudicis, interimque debeat priuilegio fori potiri. Indicat, prout de indigno verba faciens Valençuel. edocuit. Peralta tenet idem, de legat. 2. in l. titia num. 12.

Suſpende quæſo ingenij trutinam, & accomoda aures ratio-

nibus Fisci, quibus perpensis, ve-
26 ritas innotescet, † cuius propriũ est, triturato negotio, patefaci, & cognosci. Ramires de Prado enel consegero de Principes not. 5. al cap. 1. del lib. 4. fol. 27. in fine, cui stare oportet magis, quã honorifico verborũ apparatui. Paul. Rube. Practic. cõcl. cap. 8. n. 362.

Clericatus non debet associari cum opere vili, dictum est enim ex domini praecepto relato in Deuteron. cap. 21. *Cum Boue, & Asino non arabis*, idest clericatus sub Bouis verbo habitus, cũ Asi-
27 no, † idest opere vili non germanetur, nec coalescat. Explicat Diuus Isidorus in cap. in noua actione 12. 16. q. 7. cap. cum causam. 27. de elect. Carol. Marant. respons. 50. num. 12. tom. 5. Sperel. decis. 179. tom. 2. nu. 21. aliàs si post datum Christo nomen, declinent Clerici ad opera vilia in conflictu suarum angu-
28 stiarum, † exaudient fortasse, *Amen dico vobis, nescio vos*, vt explicat Marant. loc. citat. clericatus dignitas postergari, nec deturpari debet officiis vilibus, praecipue Sartoris, de quo dicterium fuit antiquum, *in propria pelle quiescere*. Verhuleius institut. po-
29 liticar. lib. 1. cap. 2. tit. 17. † alioquin esset reipublicae vitam subuertere, cui, quod ab importuno cibo corpori, hoc à praepostera dignitate nocumentum affertur, vt testatur Canonherius in Aphorism. Hipocrat. lib. 2. Apho-
30 rism. 38. to. 1. † & vt vsurpẽ verba Altamiran. in l. 1. cod. de filijs official. qui in bello moriunt. cap. 4. num. 2. loquentis de honoribus immeritis illatis, hoc quid esset, nisi cuncta turbare, miscere, inuertere, & publicam artem in nouum chaos dissoluere; cum officia, dignitates, praemia, & honores non nisi personis aliàs bene meritis debeant conferri. Cassiodor. lib. 1. Epistol. 4. Multa apud Choiher. in thesaur. Aphorismor. politicor. lib. 3 cap. 1. Ioã. de Sancta Maria in republ. Christian. cap. 12. pagin. 144. Anton. Velasquez de optimo Principe lib. 4. adnot. 13. lib. 5. adnot. 4. Rouit sup. pragmatic. prim. de officialib. an. 15. Ramires de lege regia §. 16. num. 31. Ripolt. de regalib. c. 35. n. 16. Paul. Scaiban. resol. forensc. 100. an. 251. Clericatus, dignitas, dicitur per quã, etiam coniugatus in sortem Dei assumitur. Ex Isidor. in cap. cle-
31 ros, & clericor. 1. dist. 71. † ex Hieronym. cap. duo sunt genera 12. q. 1. & in sacra militia ascitur ex Siricio Papa in cap. quicunq; 3. §. qui vero. distinct. 77. Nec mirum cum Clerici, etiã habentes ordines minores, vocentur iu-
32 re portio Dei † cap. cui portio 12. q. 1. Thom. Vallasc. to. 1. variar. allegat. 3. num. 15. quapropter dignitas haec non debet deturpari per vilia exercitia, & per viros illos exercentes, alioquin ignominia honoribus, seu dignitatibus inferretur si indignis con-
33 ferantur cap. 1. † de priuileg. l. 2. cod. si seruus, aut libertus ad decurion. aspirau. auth. de Sanctissim.

ſim. Epiſcop §. ſed hæc quædam Bouadill. in politic. lib. 3. cap. 8. n. 6. Amaia in codic. tit. 57. de infamibus num. 16. Hoc eſt quod Bulcus, & Emilius in liuio lib. 9. cap. 30. ad populum querebantur, *deformatum ordinem praua electione Senatus*. Et teſte Valerio lib. 3. cap. 7. *ignominię loco*
34 *apud indignum eſt dignitas*, † nam vt Cheronenſis Philoſophus dixit, *Si quis ſtatuas paruulas, atq; ridiculas pedamētis, & baſibus magnificis, atque ſublimibus imponeret, multum minores ad aſpectum proponeret, multoque magis ridendas; ita ſane qui indignos dignitate, & honore, atque virtutis merito puſillos in ſublime extollit*.

Sat eſt conſonum, ſarcinatorem ſuo oneri incumbere, quin in alienam meſſem manus intingat, videturq; quod non ſolum reſpectu miniſterij eccleſiaſtici procedit, ſed etiam in ſphæra ipſorum artificum, inter quos, vnus officio alterius non poteſt ſe immiſcere, veluti Sartor in officio fabricatoris, vel aliàs, & in caſu contrauentionis puniendi ſunt l. in prouincijs cod. de numerar. & actuar. lib. 12. nec vnius artifex poteſt ſibi aſſumere ſignum alterius. Gratian. diſcept. 658. num. 2. tom. 4. Vrſell. concl. 47. num. 27. qui loquitur de marca mercatoris. In noſtro regno in hoc caſu pæna impoſita eſt decem ſcutorum, quæ pro maquicia, ſeu mulcta applicatur regio vicario: originem ducit, ne officia turbentur, & politica gubernatio in chaos diſſoluatur, vt ratiocinabatur ſupra Altamiran; ideo quilibet ſuæ arti debet intendere, non ad aliā ſe porrigere, l. conſulta ducalia, cod. de teſtam. l. quicunq; cod. de executor. & actorib. lib. 12. l. 13. cod. de fabricenſib. lib. 11. vbi fabricenſes debent in propria arte ſe exercere, quod conuenit dicterio Tullij, *quam quiſque nouerit artem, in hac ſe exerceat*. Fragoſ. de regim. reipubl. p. 1. lib. 7. diſp. 21. de Ædilib. nu. 6. fol. 915.
36 & debent eſſe examinati, † & in collegio, vulgo Coſadria, & Bandera deſcripti. Cabed. deciſ. 188. num. 3. part. 1. examen vero ſuppletur, ſi hoc in collegio obtinuerint officium, quia tunc videntur approbati, & fuit obſeruatum in cauſa Ioannis Romani vertentis in regia Vicaria huius ciuitatis; & iterum diuerſæ arti aliquantulū poſſunt inten-
37 dere inter priuatos parietes, † dummodo publicā apothecam, vulgo *tienda abierta* non retinuerint. Cabed. n. 3. publicè ad aliā artem, & diuerſa exercitia declinare, nefas conſtituitur, quilibet miniſterio proprio debet vacare, aliàs ex officiorum permiſtione confuſio, & reipublicæ deordinatio ſequenda erit, vt dicebat Imperator in dict. l. in prouincijs. Cabed. num. 1. Nicolaus vernule. inſtit. politic. lib. 1. tit. 1. cap. 4 verſicul. eſt Socrates.

Pro capeſſenda hac opinione opitulatur; quia contrario ſtatu quis à priuilegio fori cadit: habetur

tur in cap. eos qui. 3. & ibi glos. verbo in clero.26.q.3.l.2.cod. de iure domin. impetrand. Gutier. lib. 1. pract. qq.q. 139. num.8.
38 cap. 1. Latro, † cons. 12.num.8. Paris de resignat. benefic. lib. 1. q.1. num.12.Io.Franc. de Ponte conc.24. Carol.Marant.to 5. respōs.50. ex nu.29. veluti si Clericus coniugatus miles efficia-
39 tur: † quo casu per descriptionē in matricula beneficio videtur, & habitui renunciare, si sit in minoribus,ex Innocent. in cap. 1. de Apost. Decian.1.tom. lib. 4.cap.9.num.87.Thom. Valasc. to.1.variar. allegat.45.num.27. Gigans de pēsionibus. q.55.n.2. Sanct. Felic.cum alijs decis.14. nu.10. Riciull. de iur. personar. lib.7. cap.5. num.11. Tondut.de pensionibus cap.77. num.1. vbi nu.13. disputat si à militia recedens poenitentia ductus redeat ad statum clericalem, vtrum recuperet beneficia, & pensiones. Pondus nititur in implicantia statuum, quorum diuersitas nō coalescit in eadem per-
40 sona † l. ius quidem. ff. in posterū cod. qui militar. non poss. lib.120. poterit tamen Clericus coniugatus habitum reassumere quandocunque, qua reassumptione intercedente, priuilegiū fori illi arridebit. Sic fuit decisum per Chancellarium huius
41 regni anno1657. † in contentione mota ad instantiam regij Fisci contra Don Cosmam Mallano Clericum coniugatum, in qua illum non gaudere priuilegio fori, eò quia cum litteris patentibus Dux militiæ Capellæ Sancti Nicolai erat electus, prætensum fuit, per quem tamen reassumptio habitus ante delicti patrationem, fuit probata; sicq; priuilegio fori gaudere declaratum extitit. Hanc resolutionem tenent tot Doctores, quod si eorum nomina hic afugerentur, vtique nausea alliceretur. Videndi sunt, & eam lectantur Riciull.loc.citat. est text.in cap. eos qui 20. vbi glos.q.3.San Felic.dict.decis.14. num. 1. Marin. quotid.resol.tom. 1.cap.58.nu.6. Prato discept.35. num.27. to.1. Franc.Rocco resp.67. n.11.to.1.

A priuilegio itaque fori cadit Clericus coniugatus ad aliū statum se conferens, vel officiū sæculare exercēs, in quo,si deliquerit, poterit animaduerti, & pęna affici per iudices sæculares.
42 Thom. Vallasc.† allegat.47.n.8. Bouad.in politc. lib.2. cap.18.n. 99.& 232. & cap. 19. à num.9. Farinac. in praxi q.8. num.94. Laurent. Vriell. conclus.47. nu. 13. Prato to.1. discept.35. nu.2. Fragos. de regim. reipubl. to.1. lib.2.disp.4.nu.376. quapropter prohibetur fieri, & renunciare ipso iure uidetur priuilegio clericali, si assumat officium tabellionis in causis criminalibus
43 in † curia seculari. Franc.Marc decis.396. num.1.p.1. vel si exerceat artem Chirurgiæ. Plaza de delict. lib.1. cap.26. num.5. Farinac. lib.1. q.8. a num. 94. Vallasc.dict.allegat.45.nu.28.

Re-

Respectu Sartoris fortiori pondere ratio constipatur ad excludēdum Clericum coniugatum à priuilegio fori, auspicatur ab
44 eo; † quia est,& dicitur ars vilis, saltem in ordine ministerij ecclesiastici; pro cuius resolutionis auspicando robore, supponimus, artem vilem dici ex duplici inspectione, vel de iure communi, vel iusta consuetudinem loci, iuxta quam illud officium vile reputatur, quod communiter pro tali in ea Ciuitate, vel
45 prouincia, † in qua exercetur, reputari solet. Vt habetur in text. l. 1. §. 1. in fine de munerib. 161. *Cætera etiam per leges cuiuscunque ciuitatis ex consuetudine longa intelligi potuerunt*. l. final. §. Calendarij ff. illo titul. ibi. *Calendarij quoque curatio in aliqua ciuitate inter honores non habetur*. Et docent Tiraquel. de nobilt. cap. 34. num. 1. Gutier. cons. 31. n. 15. Didacus Perez in l. 9. tit. 1. lib. 4. ordinat. Laurent Vrsell. conclus. legal. Conclus. 147. num. 3. Sarcinatoria ars pro vili, tamquam mechanica de iure communi
46 reperitur habita, † de quo dubium reuolui nequit in terminis de arte Sartoris. Angel. Politian. in sua prælect. cui nomen fecit Panestimeron, Tiraquel. de nobilit. cap. 34. num. 44. in fine, vbi refert versus Plauti delineantis officia vilia, & artes, inter quas Sartoris animaduertitur, de qua dixit Cicerò lib. 1. offic. *in illis, ipsa merces authoramentum est seruitutis*; Ideoque apud Lacedæmonios non erat
47 fas ingenuis discere, † aut exercere ulla opificia; prout etiam omnes aliæ mechanicæ de iure pro vilibus iudicantur, & reputantur. Tiraquel. loc. cit. ex n. 1. Chasane. in Cathalog. glor. mund. vndecim. part. considerat. 27. Bouadill. in politic. lib. 3. politic. cap. 8. n. 6. Amaia in Cod. vbi refert l. 3. tit. 14. part. 4. lib. 3. tit. 1. lib. 6. recep. Fornèr. lib. 2. selectar. cap 3. Franc. Maria de Prato practicar. obseruat. cap. 65. n. 32. de quibus text. l.
48 Si cohortalis Cod. de cohortalib. lib. 12. loquens dixit, *Vt omnis honor, atque militia à contagione huiusmodi segregetur*.

Perspectio, siue nota sorditatis in hoc officio, prout & in alijs eiusdem sphæræ, de quibus verba faciens Budæus tract. de asse, & partibus eius fol. 139. dixit, *esse feces vrbium*. Chasan. in Cathal. glor. mund. 11. part. considerat. 33. Procedit in hoc regno iuxta morem regionis, & licèt in matricula Consulatus inueniantur descripti, hoc non supprimit præfatam sorditatem; † sed accommodatur an-
49 gustijs loci, & defectui personarum, quod est idem, quod dixit iurisc ōsultus in l. eos ff. de Decurionibus. ibi, † *nam paucitas eorū, qui publicis muneribus fungi debeant, necessario hos etiam ad dignitatem municipalem, si facultatem habeant, inuitat*; ob quas causas licitum erit officiales mechanicos honorificis officijs vti; sed

non

non hinc illorum ſorditas, ſeu
nota obliteratur. Bouadil. loc.
citat.n.8.in fin. Cuiacius lib. 27.
obſeruat. 29.

Deſcendit hinc, quòd hæc
vilia officia ita nobilitatem de-
nigrent,ac opprimant,vt Nobi-
les propter eorum exercitium
51 nobilitatem amittant, † vt eſt
textus in l.Nobiliores 3.Cod.de
commer. docent Giſtier. pp.qq.
tom.q.3.Tiraquell. de nobilitat.
cap.27. ex n.1 Gracian. diſcept.
Forenſ. cap.186. n.25. Rota a-
pud Farinac. deciſ. 290 n.1. in
criminalib. vbi fuit dictum no-
52 bilitatem denigrari, † & amitti
per exercitium artium vilium,
veluti ſi Nobilis exerceat officia
popularia,quando hæc ſunt an-
nexa qualitati populari. Capic.
Latr. Conſul. 12. n. 9. part. 1.
Narbon. in l. 14.gloſ.1.n.89.tit.
2.lib.6.recepit. Moreno de Var-
gas de nobilit. diſcur. 11. n. 3.
Laurent. Vrſel. concluſ. legat.
concl. 147.n.14. quod inter Sar-
doos indiſtinctè procedit, præ-
cipuè reſpectu Equitum ex pri-
uilegio, cui præiudicium,& in-
exorabile vulnus infertur per
exercitium vilium artium iux-
ta diſtinctionem adductam per
53 Otaloram de nobilitate 2.par.3.
part. principal. cap.5.n.15.cum
Baeſa, Garzia de nobilitat. &
alijs. Amaia in Cod. in lib. 10.
tit. de infamibus l. vnic. n. 81.
Fontanel. deciſ. 292. ex. n.27.

Suppoſita hac ſorditate offi-
cij Sartoris, ſequitur concluſio
terminans huius diſſertationis,
quod Clericus coniugatus illam
54 exercens, † prout & aliam me-
chanicam ſub eadem ſphæra
recluſam, priuilegio fori non
gaudeat, ab illoque,tanquam
per ſuſceptionem contrarij ſta-
tus,cadat ipſo iure, nulla præuia
admonitione, quæ nunquam in
hoc regno praxi demandata
fuit, & habetur pro monitione
conſuetudo vniuerſalis regionis,
iuxta quam Clerici coniugati
ab his officijs declinant propter
ſorditatem illorum, prout nec
monitio deſideratur, quando ſe
immiſcent cno rmibus,& ſæuis
delictis. Fuit ſic deciſum mul-
toties per Chancellarium huius
regni, & præcipuè anno 1656.
in contentione Mathæi Lupi-
no oppidi de Oſilo,qui fuit Fur-
cis ſuſpenſus propter delicta, &
fuit deciſum non gaudere pri-
uilegio fori, etiam nulla præuia
monitione intercedente. San.
Felic. deciſ. 13. cum alijs n. 3.
Reſolutio principalis probatur
ex ca.fin.de vita, & honeſt·Cler.
vbi Innocent. ſupra concl. 97.
n.10. & ſeq. Farinac. de inqui-
ſit.q.8. n.93. Marin. quotidian.
reſolut. tom. 1. cap.59. n.3. ibi.
*Dubium reſtat in illis Clericis con-
iugatis, qui nobiliter non viuunt,
& in hoc dicendum eſt, quod ſi ar-
tem vilem exercent, vel ſordida
pertractent, ſiue publicè eorum ope-
ras locarent ad arandum, & fodien-
dum, & eo caſu cogendi ſunt, cùm
nec etiam his ſtantibus priuilegio fori
potirentur*. Falleret vtique ſi per
interpoſitam perſonam has ar-
tes

tes exercerent, vel ab eis deſiſterent, ad ſtatumque vitæ honeſtiorum hominum redirent; quia tunc priuilegium fori illis arrideret per tradita à Tiraquel. & Azeued relatos per Amaiam loc. citat. n. 79.

Perſpectio publicæ vtilitatis, circa exercitium artium ſuperius cunctata, non obicis videbatur: nam artifices, licèt arceantur à miniſterio eccleſiaſtico, prout à dignitatibus, non inde ſua exercitia viduata iacebunt, cùm hæc graduum diſtributio originem arripuerit non

57 ex recenti, † ſed à priſcis temporibus, prout vidiſti; nunquam autem propter hæc impedimenta obex continuationi artium fuit inditus. Frugem ab eis meliorem hauriant, & reſipiſcant ad altiora, ſicque tunc digni, impedimento ſemoto, cenſebuntur dignitate Clericatus. Et licèt indignitas per ſententiam debeat induci, & decidi, interimque manutenendus in ſua poſſeſſione indignus, quæ ratio monitiones per alios, requirendas eſſe volentes, percutit: procedit tamen quando indignitas ipſo iure non effectus ſuos operatur; quia tunc, lege prohibitoria recalcitrante, indignus elatus ad officium in exordio ipſius oculo intellectus habetur pro non electo, & electio habita habetur, ac ſi fuiſſet celebrata de animali bruto. Samue. de elect. canonic. cum aliis trat. 2. diſp. 4. concl. 2. ſicque ars vilis non impedimentum abſtractiuum in actu, ſed dirimens, & abdicatiuum in cauſa videtur, per quam, ipſo iure, quis à priuilegio cadit, præcipuè ſi poſt ſuſceptos ordines Clericus illã exerceat: tunc quippe, facto proprio, per ſuſceptionem alterius ſtatus incompatibilitatem cum clericatu ducentis, cadit à priuilegio il-

58 lius: † nam ſuſcipiens aliquem ſtatum vult illi annexa. Trullench to. 1. lib. 2. cap. 2. dub 1. n. 6. fol. 440. Addebatur quòd cùm verſaremur in Clericis cõiugatis, quorum opera parum vtilitatis Eccleſiæ in regno hoc conſtituunt, propter eorum malitiam, & exceſſiuum numerum, non verò propter rectam inſtitutionem illorum à Concilio Tridentino cõmendatam, qui multoties, vel ad defraudanda iura baronalia, vel patranda maiora delicta, habitum aſſu-

59 munt, † leuius amittunt priuilegium fori. San. Felic. deciſ. 13. n. 6.

Nulla fuit obtenta declaratio ſuper hac contentione, in qua Franciſcus de Coro animaduertens conatum regij Fiſci pondere niti, à prætenſis reſilijt, regiæ iuridictioni ſe ſubiugauit, habitumque clericalem in poſterum omnino dimiſit: vellem tamen deciſionem obtinere pro maiori reſolutionis huius auctoritate, & enucleatione.

ARGVMENTVM.

Bruti ne, an rationabiles naturæ, fætus suos ardentiùs diligant? escandescit author acriter in Matres suffocantes fætum in lucem editum, ob immanitatem & barbariem criminis. Partus vtrum præsumatur natus mortuus, vel vitalis. Mater occidens infantem vtrum gaudeat Ecclesiæ immunitate? & quid in Regno Sardiniæ extiterit declaratum, & vtrum filius in hoc delicto possit contra matrem deponere? Delineatur Christi Saluatoris miraculosa effigies in sacra diui Apollinaris æde, in Ciuitate Saceris reposita, quæ fere anno 1651. incendio moto, in cineres fuit redacta, à qua fatalis casus, pestis flagelli, quod anno sequenti Ciuitatem affecit, fuit auspicatus.

SVMMARIVM.

1 *Horrendum facinus proprium fetum suffocare, in quo vno maleficio scelera omnia comprahensa videntur.*

2 *Filij columna parentum sunt. Et bestiæ pro illis tuendis decertant, & pradę constituuntur* 4.

5 *Bruti vtrū ament ardentius proprium fętum, quam homines.* 6.7.9. *affertur distinctio à Seneca, quæ versatur inter vnum & alterum amorem.*

10 *Pater plus diligit filios, quam se ipsos; plura exempla, hanc veritatem exhibentia, referuntur.* 11.12.

Filius est pars viscerum patris, & vtrum sit pars formalis 13. *reputatur eadem persona* 14. *& nil aliud est filius, quam membrorum dilatio, & sui met extra sese possessio* 15.

16 *Infans, in vtero matris iacens defuncta ante puerperium, potest sepeliri in loco sacro.*

17 *Impiæ matres inueniuntur, conceptum in vtero, dum adhuc sanguis delibatur, propria viscera pro tumulo constituentes.*

18 *Catharina Mannu Opidi de Sedini, filium recenter natum suffocauit, & se contulit in Ecclesiam Diui Apollinaris* 21.

19 *Suffocatio fætus, ante baptismum, aggrauat delictum, & importat circunstantiam explicandam in Sacramento pęnitentiæ.*

20 *Iura insurgunt aduersus atrocitatem delicti suffocationis fętus, iuxta acclamationem R. P. Didaci Pinto Sacerensis.*

22 *Digredi fatendo stylli generositas est, dissimulando ingratia.*

23 *Describitur miraculosa effigies Christi crucifixi recondita in templo Diui Apollinaris Ciuitatis Saceris. Hæc est commune refugium in aduersitatibus, palladium vrbis, & in obduratione cęli clausi* 24. *fuit hæc effigies anno* 1651. *igne fere consumpta. Refertur casus incendij* 25.26. *fuit erepta effigies hæc, fere in truncum redacta, per ducem Antolinum Siculum* 30. *& postea restituta in suam antiquā formam, pro vt Ecclesia in meliorem, expensis D. Ioannis Frā-*

cisci

ciſci Paſſama patrui vxoris Authoris 31.

27 *Ignis fęlix augurium apud Ethnicos habebatur; & illi impendebantur à Perſis diuini honores* 28.

29 *Vrbis ruina minatur iuxta Valer. Maxim. quando incendia Penatum contingunt.*

32 *Nero dolebat de incendijs Romæ, quia poſtea edificia diruta in meliorem reſurgebant formam.*

33 *Fętus, in dubio præſumitur natus mortuus, præcipuè in Meretricibus, quæ vterum, vt in abortum diſſoluatur, pugnis afficiunt* 34. *& quando mortuus inuenitur penes matrem, vel nutricem, præſumitur caſualiter non dolo interemptus* 36. *contrarium probatur, quod fętus vitalis præſumatur, non mortuus, & immaturus* 39. *&* 40.

35 *Preſumptio excludens delictum debet amplexari.*

37 *Partus celatio dicitur ſufficiens indicium ad torturam, vel ſi tempore partus obſtetricem vocare haud curauit* 38.

41 *Taciturnitas in detegendo mortem alicuius, inducit ſufficiens indicium ad torturam.*

42 *Probatio minus idonea conſtituitur in caſu difficilis probationis, &. in tali caſu admittuntur teſtes inhabiles* 43. *referuntur aliqui caſus particulares circa hoc probandum* 44. 45.

46 *Pueri & infantes ſunt idonei teſtes in caſu difficilis probationis; veluti in caſu priuationis immunitatis Eccleſiæ* 47.

48 *Teſtis minus habilis admittitur, quando delictum eſt atrox, vel exceptuatum* 49.

50 *Fama & fuga rei eſt vrgens adminiculum.*

51 *Delictum ſemper in vultu exhibetur.*

52 *Metus incutere ſolet delinquentes.*

53 *vultus eſt imago hominis.*

54 *Eccleſiæ immunitatis priuationis in iudicio non deſideratur tam exacta probatio, pro vt ad inflictionem pœnæ ordinariæ.*

55 *Filius non poteſt deponere contra Parentes, fallit in delictis exceptis & atrocibus* 56.

57 *Ordo diuinæ iuſtitiæ requirit, vt per quæ quis peccauit, per hęc, & torqueatur.*

57 *Sapientia aperit os mutorum, & linguas infantium facit diſertas ad detegenda delicta.*

59 *Occiſores infantium, præcipuè matrem, non gaudere immunitate Eccleſiæ, decidit Chancellarius regni Sardiniæ in contentione Catharinæ Mannu. Hæc eſt tutior opinio.* 60. *& iuxta eam ſępius declarauit Sacr. Congreg* 61. 62.

63 *Minor in delicto parricidij punitur pęna ordinaria, refertur deciſio Regię Audientię.*

64 *Homicidii delictum non niſi morte delinquentis expiari queit.*

CAPVT XXX.

Horrendum facinus, immane de-
1 lictum. † propriũ
fœtum suffocare,
in quo vno maleficio scelera om-
2 nia complexa videntur. † Cic. pro Roscio. nonne filij columnæ parentum constituuntur? ut aiebat Euripides in Iphigen. cui concinnit Æneæ votum circa Ascanium filium. Virg. 12. Æneid. versic. 59. *In te omnis domus inclinata recumbit*. Nonne quæso feræ ipsæ, rationis lumine orbatæ, pro pignore visce-
3 rum decertant, † excandescunt, & prædæ constituuntur? *Bestiæ*, dixit Cic. 5. quæst. tuscul. *pro suo partu ita pugnant, vt vulnera*
4 *excipiant, nullos casus reformidẽt*; † rabie concitatas, & furore rabido æstuantes constitues illas, si cubilia inuiseris earum, catulis viduare tentaueris, vel si illas ad opem suis ferendam, auertas. Refferunt Tacit. lib. de morib. Germanor. cap. 7. Altamiran. in. l. 1. cod. de filijs official. qui
5 in bello moriunt. cap. 12. n. 4. † Fatebimur ardentiorem esse in brutis ad fœtuũ propensionem, quàm in homine, vt autumauit Ioseph Hæbreus lib. de Machab.? absit; affectus in liberos, vehementiùs in homine, quàm
6 in feris ardescit; † feræ naturę tãtùm ipso ductu in filios feruntur; at homini, præterea, concessa est vis rationis, quæ in liberis adgnoscit maximum, quod potest exoptare, quo rationis vsu destituti bruti, tantum pullos amore prosequuntur, quantum naturalis propensio impellit; homines nondum
7 natos optant, † & extinctos deplorant: feræ vota comprimunt intra ambitum causarum litescentium, ultra progrediuntur rationabiles naturæ, & vsque ad aras & cineres amorem perpetuant. Fab. Turtur. in parallel. ethic. & iuridic. differt. 34.
8 num. 109. Luci. Senec. † inter vtrumque amorem, hominum, & ferarum, hoc discrimen affixit, nimirum quòd brutorum amor cum morte natorum expiret, hominum perseueret: *Obliuisci quidem suorum*, (sunt eius verba) *ac memoriam cum corporibus, & effusissimè flere, meminisse parcissimè, inhumani animi est; aues sic ferè suos fætus diligunt, quorum concitatus est amor, ac penè rabidus sed cum amissis extinguitur*.

Ab amore brutorum, quem erga suos fætus præstant, concitabat & pelliciebat Cicero homines, ut filios amore prosequerentur.
9 2. de orat. ibi. † *Feræ partus suos diligunt & nos in liberos nostros vti debemus indulgentia*; sed parcat, à debili sat fundamento paternum amorem conglutinans: coalescit hic intra præcor-
10 odia paterna, † & ipsamet viscera illum pinsunt; ardescit tam vehementiùs, vt naturalis sui ipsius proprius amor illi postponatur.

natur. Hinc parentes plus filios, quàm ſeipſos diligunt. l. iſti quidem §. fin. quodmet cauſ. Menoch. de præſ. lib. 6. præſ. 56: n. 4. Sanfelic. deciſ. 83. n. 16. Ariſtotil. lib. 8. ethicor. cap. 12. latin. Paccat. in panegiric. Theod. ibi. *Inſtituente natura plus ferè filios, quàm noſmetipſos diligimus*. Andreas de Iſernia in cap. 1. §. publici latrones. titul. de pace teneda. reffert, † quòd cùm
11 pater & filius eſſent requiſiti de homicidio, & filius eſſet damnatus ad mortem, quòd illicò pater faſſus fuit ſe patraſſe delictum, ſicque filium liberauit ipſe verò mortem ſubiuit. Gordian. Imperator, audita filij morte, laqueo ſe ſuſpendit. Ægeus credens Thæſeum filium amiſſum, è vertice montis in ſcopulos maris ſe præcipitem tradidit, Catull. in nup. pel. & thet.

Præcipitem ſeſe ſcopulorum è vertice iecit
Amiſſum credens immiti Theſea facto.

Plurima exempla huius dilectionis apud plurimos deli-
12 niantur, † quæ illius intenſitatẽ exhibent. Vide Laur. Matheu. de regim. regni Valent. tom. 1. cap. 4. n. 45.

Nec mirum, cùm filius ſit pars viſcerum patris. l. cùm ſcimus. §. vltim. cod. de agricol.
13 & cenſit. lib. 11. † Plutarc. lib. 6. cap. 15. de philoſoph. placit. Theſaur. deciſ. 12. n. 7. Ariſtotil. lib. 5. ethicor. cap. 5. pulchrè Ouid. in epiſtol. Didon. ad Æneam.

Forſitan grauidam Dido ſcelerate relinquis
Parſque tui latitat, corpore clauſa meo.

Et dixit Ioannes Marcus medicus relatus à Caramuel in theolog. fundamentali n. 1623.
14 † filium nondũ natum eſſe partem formalem matris, quæ ſententia impugnatur ab ipſo Caramuel, vt erronea in nouiſſima theolog. Romæ edita anno 1656. n. 1627. In iure dijudicatur ſolùm vt talis, quoad plures effectus, paſſim in iure ſignatos, quorum intuitu reputantur eadem perſona. l. final. cod. de impub. & alijs ſubſtit. Langleus Semeſtr. lib. 7. cap. 2. Matheu. n. 46. Robert. rer. iudicat. lib. 4. cap. 10. Valençuel. conſ. 95. n. 71. Eſcalera de vtroque brachio. part. 2. n. 33. Lipſius epiſtol. ſelect. cent. 11. ad Belg. epiſt. 2. Æneas Syluius epiſt. 19. lib. 1. & nil aliud eſt
15 ſoboles, † vt vnico ore comprehendam, quàm membrorum dilatio, naturæ fideiiuſſio, ſuſcitatio proprij ſeminis, viuum de morte trophæum, & ſuimet, extra ſeſe poſſeſſio. Don. Geronim. Altamiran. in l. 3. cod. de filijs official. qui in bello moriunt. cap. 17. n. 18.

Quapropter ſi infans ſepeliatur in ſacro cum ipſa matre, ante puerperium defuncta, non polluitur Eccleſia, tanquam ex ſepultura hominis non bapti-

zati,

zati; quia reputantur eadem
16 persona, † & constituunt idem suppositum, quoad hunc effectum. Coninch. tom. 1. de Sacram. q. 83. art. 3. dub. 1. n 233. Passarin. de pollution. Eccles. disp. 8. cap. 21, n. 3. Thom. del Bene de immunit. Eccles. cap. 2. dub. 2. sect. 6. n. 4. Leander. qq. moral. part. 5. tract. 2. disp. 11. q. 38. Marchin. de sacrific. part. 3. cap. 10. n. 12.

Aliquando tamen impiæ matres inueniuntur conceptum in vtero, dum adhuc sanguis de-
17 libatur, dissoluentes, † & feræ viscera nutrientes, quæ vel pro concepti tumulo deseruiant, vel ad lucem editum, trucidandum manus commoueant. Fab. Turt. in parallel. ethic. iuridict. disert.
18 32. n. 104. † fera barbaries, barbara ferocitas. Accidit hoc in Catharina Mannu oppidi de Sedini, quæ fætum recentem in lucem editum violenter suffocauit, ac trucidauit nondum baptizatum, uno ictu vitam vtramque, temporalem, & æternam illi abducens; inuoluit secum parricidium hoc ultra pri-
19 uationem vitalis auræ, † læsionem iuris ad baptismum, & eo mediante ad capacitatem æternæ vitæ, quæ circunstantia, & immanitatem delicti auget. Thesau. decis. 12. n. 7. & necessario in sacramentali confessione explicanda venit. Leander. qq. moral. 6. tract. disp. 11. q. 19. Grafet de homicid. prodi-
20 tor. §. 28. n. 71. † Insurgunt iura aduersus huius delicti atrocitatem, diuersas infligentia pœnas, quæ quasi germinant ex radice peccati, iuxta illud quod tradidit R. P. Iacobus Pinto Theologus insignis Turritanus, conciuis meus tract. de Christo Crucifixo lib. 2. tit. 2. loc. 5. sub. n. 2. super illo Ezechiel. cap. 7. n. 10. *Floruit virga, germinauit superbia, iniquitas surrexit in virgam impietatis*. Miserrimè hæc impia mater persoluit illas, vt inferius videbimus.

Contulerat se Catharina Mannu de hoc parricidio incusata ad Parochialem Ecclesiam Diui Apollinaris huius Ciuita-
21 tis, † à qua pro vtraque Curia fuit extracta, in carceribus Regijs deposita, & firmata contentione extitit dubitatum, vtrum illi immunitas Ecclesiæ arrideret? quem lapidem priusquam reuoluam, (benignus lector indulgeat,) effigiem Crucifixi, in Ecclesia prædicta, repositam ob deuotionem delineare: descriptionem hanc, digressionem ab opere incepto esse fa-
22 teor, † non inficior, hinc generositas, non ingratia debet autumari. Altamiran. in l. 1. cod. de filijs official. qui in bello moriunt, cap. 14. n. 1. ibi. *Digredi fatendo stilli generositas est, dissimulando ingratia*.

Recolitur in Ciuitate Saceris in Templo Diui Apollinaris Christi Saluatoris effigies, miraculum dixeris, non solùm quia miraculoso, incertoq; ductu

23tu illuc adducta; ſed quia ad viuum ita expreſſa, ut diuino penicillo potius, quàm humana induſtria fabricatam eſſe dijudices. Diſſoluitur, ex ignoto nigri coloris ligno, in congruentem exacti iuuenis proceritatem: membrorum, articulorumque ſimetria admirabiliter digeſta luſtratur: apertiſſima venarum veſtigia ob fuſi cruoris inopiam, veluti deliquentia indicat: in qualibet corporis parte, peculiaris doloris plaga exhibetur, tortoris conflictus aculei non hebetati; ſed in membris ipſis tamquam in cote ſpiculati ſtygmata docentur. Naturæ æmulata videtur ars in inſigni huius imaginis antropographia vltimum ſuæ induſtriæ pignus pro compagine operis diffundens. Quod cæteris anteit, & in quo ſe ipſo potiorem ſe præſtitit artifex: ſunt vultus lineamenta, non defuncti, ſed mortis doloribus circundati, ſpiritum exalantis faciem retinet, quam ſi accuratè luſtrare tentaueris, utrũ viuentis hominis ſit, vel in cadaueris formam transfuſi, haud venaberis, & ſi cupidus iterato viſu firmitatem indicantis formæ habere ſatageris, allucinaberis: frons dolentis in morem, modeſtè tamen in ſpeciem diffuſa: palpebræ ad lachrymarum vſque expreſſionem, interno dolore veluti commotæ, liquefiunt: totus vultus ea maieſtate, lepore, mœroreque delibutus, amorem, religionem pariter, & terrorem intuentibus incutit. hic ergo quodam modo diuinæ miſerationis typus in ſacra diui Apollinaris Æde præ-

24cioſiſſimæ huius reliquiæ theſauro, maxime celebri, mira aſeruatur religione: illam, tanquam tutiſſimum vrbis columẽ, ciues petunt, & confluunt, Eccleſiæ tholis dona, vota pariter, & ſpem apendentes: mirum eſt quot mirabiles effectus, quotq; mirabiliorum oſtenta incolarũ pietas obtinuerit; commune reputatur miſeriarum perfugium, in aduerſitatum fluctibus ſydus, in cœli obduratione clauis, & demum fatale vrbis palladium, quo ſuperſtite, nullo caſu frangi, nulla malorum incurſione labefatari, nulla calamitatum violentia excindi vrbs poſſit.

Palladium hoc anno 1651. ſiue columen, cum Vrbs Turritana malorum plaga eſſet afficiẽ-

25da ob peſtis flagellum, † tolli, ſiue in cineres fere redigi voraci incendio petitum, diuina vltio permiſit. Hinc vrbs demolitio augurata, incolarum miſeriæ auſpicatæ: miniſtri cuiuſdam incuriæ caſus adſcribitur; huic enim ſacra luminaria excitanti ex lychno excidit ſcintilla, ac ſacri altaris mantilibus, tantum, ac tam pernicioſum excitatura incendium, inter fauillas ſopita, adhæſit. Concipiunt ignem ab exiguo illo ſemine mantilia, ſe ipſa mox in cinerem paritura; populatur edax elementum ſacri altaris ornatum, ac ſenſim per

per subiectas tabulas serpens intumescit in sicco illo tabularum robore, roboratum: sic in flammas exurgit, voluitur in incendium, ac sinuatis flammarum voluminibus corrupit primum obducta sacræ effigiei aulæa, ac omnia vastaturum sacrum undequaque tabularium inuadit, inflammat, ac veluti admotam stipulam depascit; & quod lamentabilius, sacro crucis stipiti violentum incumbit, nec diuinissimo Saluatoris simulachro insultantium flammarum irreuerentia parcit. Insultarunt itaque voraces flammæ, ac tota fere decocta substãtia inter fornicis angustias contineri nescientes, per super iniectæ fenestræ os eruperunt, iteratis quodammodo linguis: sic seipsas prodierunt, atque muta illa, viua tamen flammarum linguarum altercatione vocarunt, vel potius prouocarunt viciniam. Turbatur hæc inopino flammarum inter tenebras aspectu; re tamen comperta, quanta maxima celeritate poterant proximiores contendunt, & cedente religionis amori priuato metu, satagunt extinguere flammam, adhibent scalas, vota proferunt aliqui, fornicem templi, quem fornacem diceres, subeunt; lympharum phialas admouent alij; sed votis altiora incendia volant, & lymphæ, non nisi ad terrestria balnea valuere; voracitas enim Dardanariorum, & opificum scalas conscendentium audatiam comprimebat, & celeritatem peruertebat, ac demolitis trabium peristilijs, queis totum incumbebat opus, solo vnico lapsu incubuit. fit ex incendio rogus, & nil nisi vnica ruina superstes; huic lymphas infundunt, extinctus tamen viuas excitauit in omnium oculis lachrymas, & ita adstantiũ animos dolor inuasit circa pyram, vt funebria officia, & iusta facere crederes.

Lugebat quisque extinctam in communi illo incendio, Sanctissimam dicti Crucifixi imaginem: deplorabant omnes singulorum deuotionem in cinere sepultam. Euoluunt fauillas, & ea, quæ thesauri olim erant, carbones inuenère; & quod fortius lachrymas extorquet; & lachrymis magis, vt cũ Diuo Cipriano loquar, quam verbis exprimendum erat; præciosissimum illud Saluatoris simulacrum, in quo, & meritò, omnis Turritana nitebatur fiducia, carbonem partim, fauillam partim reperiunt: flãmarum si quidem voracitas dimidium fere assumpserat, redactisque in cineres, simul cũ cruribus, lacertis, mutilum vndequaque, truncum reddiderat. Vultus maiestati habita fuit à flammis insolentissimis reuerentia, nec in sacratissimum pectus tot insignium reliquiarum penetrale, repere ausa.

Spargitur cum sequenti sole
26 miserrimi casus fama, † atque

que vrbem vniuerſam ad communis iacturæ ſpectaculum ſollicitam, mæſtamque traxit: propriam calamitatem, & ruinam Ciuitatis omnes ab infauſto hoc ſibi augurabant; quis enim, clamabant, impendentia inhibebit mala, ſi trucus propugnatur, ſi palladium demolitum iacet, ſi aſylus ad tutamen non permanet. *Lubricauerunt veſtigia noſtra, clamabant, cum Ieremia cap. 4. lament. in itinere platearum noſtrarum; appropinquauit finis noſter, completi ſunt dies noſtri, quia venit finis noſter.* Ideo manus abſumptas credebant, ne has ultra auxiliatrices ſpectarent: ideo brachia, vt miſericordiam exhauſtam crederent: ideo pedes, vt omne ſibi præcudendam fugam dignoſcerent. En ſacrarij noſtri demolitio, en iactura lementabilis, ruinæ proximæ præſagium, en exitialis deſolationis anteambulones, quorum perueſtigia, nondum exacto vertentis anni circulo, mors inuecta tragediam, miſeranda abſoluit cataſtrophe.

Incendium hoc flagelli peſtis vaticinium apparuit, licèt alioquin apud Ethnicos pro fælici augurio habitum extiterit, quod firmat hyſtoria Seruij Tullij Romanorum Regis a-
27 pud Plin. lib. 2. cap. 107. † vbi Seruio Tullio dormienti in pueritia, in capite flammam emicuiſſe refert, quo igne circundatus faſtigium regium maturus auguratus extitit. Plutarch. de fortun. Roman. idem tradidit. Rurſus apud Virgilium. 2. Æneid. regalis dignitas fuit auſpicata Aſcanio, Æneæ filio, ex radiatione ignis capitis ſphæram circundantis.

Cùm ſubitò, dictuque oritur mirabile monſtrum,
Namque manus inter, mæſtorumque ora parentum
Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iuli
Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora paſci.
Nos pauidi trepidàre metu, crinemque flagrantem
Excutere, & Sanctos reſtinguere fontibus ignes.

Ignis igitur, vt hæc monumenta decantant, pro fælici auſpicio apud Ethnicos ſemper habitus apparet, à quo non infælicia ſed ſecunda ſibi ſpondebant, † reffert Cabrer de metu lib. 2. cap. 38. n. 22. illique à pluribus nationibus, præcipuè à Perſis diuini honores impendebantur, non ſolùm religione motis, ſed & formidine illius voracitatis impulſis. Lelius. lib. 8. antiq. lection. cap. 36. Adam. Conzen. lib. 7. politicor. cap. 5. §. 5.

Hìc verò pro infælici augurio ab omnibus fuit paſſus, non quòd auſpicijs cum veteribus haberent fidem, quod abſit: ſed quia illos innoteſceret diuinam iuſtitiam lentè ad ſui vindictam procedere, nec in aliquem

strictò animaduertere suppli-
29 cio, † quem prius sensim cæle-
stibus ostentis non habuerit ad-
monitum. Sat admirabilis est
sententia Valerij Maxi lib. 5.
memor. cap. 6. quæ huic infan-
do & memorabili incendij præ-
sagio concinnit. *Vrbis*, verba
sunt huius authoris, *ruina mina-
tur, quando incendia Penatum
contingunt*.

Effigies Domini nostri Sal-
uatoris in truncum redacta, con-
sumptis igne cruribus, lacertis,
30 brachijs, † manibus, & pedibus,
ex fornace ignis per ducem
Antoninū Siculum fuit erepta,
quo ingressu, flammæ recessere.
Æneid. lib. 2.

*Dant tela locum, flammaque re-
cedunt*.

Ædes antiqua Diui Apolli-
naris ruit, religione patrum
multos seruata per annos; sed in
meliorem, quam respicis for-
mam, fuit expensis Don Ioan-
nis Francisci Passamar Recto-
ris tunc huius Parochiæ, vxo-
ris meæ Donna Vrsulæ de
31 Passamar Patrui, † prout in-
signia stemmatū in medio alta-
ris maioris affixa prædicant,
fuit transfusa, quæ moderna
prætiosior, ac nobilior veteri
forma constituitur; quocirca
in hoc templo contingit, quod
de aliquibus domibus Romæ
commemorat Seneca in epist.
91. quæ igne demolitæ sub præ-
tiosiori architectura, postea fue-
32 re repositæ, † ibi *multa cecide-
runt, vt altius surgerent, & in alias
imagines fælicitatis: Vrbis inimi-
cus* (loquitur de Nerone) *aiebat,
Romę sibi incendia ob hoc vnum
dolori esse, quod sciret meliora resur-
rectura, quam arsissent*. Insimul
sacrosancta effigies in suam an-
tiquam proceritatem, ac antro-
prographiam extitit reducta.
hæc animi votum huic labori
incumbentis ob religiosam pie-
tatem, quam illi ex intimo cor-
dis prælto suscipiat, & in æter-
num me incolumem seruet.

Dubitabatur in hac cōtentio-
ne de probatione delicti: ex
parte reæ deductum fuit pepe-
33 risse fætum, † iam mortuum,
non animatum, pro qua quali-
tate probanda nitebatur iuris
præsumptioni, quod in dubio
fætum editum fuisse mortuum,
non vitalem præsumit. The-
saur. decis. 13. n. 7. ibi. *Moni-
tos verò velim iudices in huiusmodi
casibus, ne tam facilè has mulieres
ultimo damnent supplicio, cùm cla-
rè, & apertè de excessu ultra illa-
rum non constat; semper enim in
dubio mortuos natos esse præsumen-
34 dum est*. † Quæ præsumptio
præcipuè arridet in pauperculis
mulierculis, maxime meretri-
cibus, quæ ne videantur graui-
dæ multa in perniciem vteri
agere solent, dum vel pugnis,
aut verberibus ventrem affi-
ciunt, vt fætum in abortum
dissoluant. Ioan. Criuel. decis.
Dolan. 19. n. 15. & quoties lo-
cus adest in diuersorio intelle-
ctus ad amplexandam præ-
sumptionem aliquam delicti
exclu-

35 exclusiuam, † vtique hæc debet sectari. ex l. meritò. pro socio. Farinac. q. 85. n. 1. & 10. Aldouin. cons. 24. n. 18. Peregrin. cons. 25. n. 10. lib. 2. Iurb. cons. 4 n.8.& 9. Sesse decis. 114. n 25. & decis. 128. n. 4. Muta decis. 13. n. 6 Thoro. voto. 21.
36 n. 85. Rouit. decis. 40.n.16.† & in dubio quando fætus suffocatus inuenitur pænes matrem, vel nutricem, non ex dolo & culpa; sed casu successisse credendum venit. Farinac. q. 120. de homicid. n. 178. & 180.

Coalescebant in hoc casu quamplurima vehementia in-
37 dicia, insimul ac probationes, † quæ simultanea confricatione coadunatæ visæ fuere constitutiuæ plenæ probationis parricidij. Primò, mulier hæc partum celauit, illum nisi alteri filiæ, quam habebat non patefecit, quæ celatio, & obductio, ingens indicium dicitur, per se solum sufficiens ad quæstionem torturæ. Papon. in suis arrest. lib. 22. arrest. 2. tit. 4. Faber. in suo codic. lib. 9. tit. 11. diffinit. 2.

Secundò, tempore partus, nec vicinas adhibuit, nec obstetricem vocare curauit, vt tenebatur, cui accessui haud studens videtur animum dolo inuolutum circa interimendum
38 nasciturum habuisse. † Criuel. decis. Dolan. 19. n. 8

Tertiò, ad constipandam probationem delicti insurgit præsumptio, fætum editum in lucem fuisse vitalem, non mortuum, quæ cadit, ac cohæret effectui naturali; præsumitur naturam effectum perfectum, & in suo esse repositum producere, non mancum, immaturum, & in aliam distinctam formam transfusum. Quocirca respondit Decius in cons. 613.
39 in fin. † illum, qui asserit partum non fuisse maturum, nec vitalem, probare id debere, immaturitatem partus probandum esse per asserentem; cùm repugnet naturę illum vitalem, & maturum haud fuisse per vrgentes, ac validas præsumptiones. tenet Soncin. Iun. cons. 35. n. 24. & 25. vol. 2. quam conclusionem sectatur Menoch. cons. 284. n.3.& 4.& præsump. 52.n.4.& 5. lib. 6. Franc. Marc. decis. 68. n. 1. part. 2. Alciat. cons. 13. tom. 3. lib. 4. Mar. Giurb. in consuetud. Messan. cap. 1. glos. 4.p.1. Ramon. cons. 63.n 3. hæc præsumptio vrgebat contra hanc mulierculam, tot indicijs de partu suffocatio-
40 ne compræhensam, † non indefides adhibita fuit assertioni circa fætus abortiuum conceptum, nec doctrina Thesaur. & Criuel. ei arrisit, cùm hi non simpliciter credant in dubio partũ haud vitalem fuisse; sed ad excusandam matrem à pœna ordinaria, quando hæc illicò, & absque inuolucro verborum fatetur, ac deponit abortum fecisse, vel fætum iam mortuum peperisse, ex qua spontanea & sim-

simplici assertione, dum alia inditia contra illam non vrgeant, nequit pœna ordinaria affici.

Quartò, silentium adhibitum circa fætus mortem inducebat, matrem extitisse mini-
41 stram efficientem illius. † Boer. decis. 262. n. 6. ad fin. ubi ponit exemplum cuiusdam mulieris, quæ cùm diu tacuisset mortem sui viri, qui non reperiebatur, vna die plorans in stabulo, vbi dictus eius vir fuerat positus, & fætebat, visa fuit, & occurrentes vicini ad ploratum mulieris, fuerunt in causa, vt reperto cadauere, torta mulier, & confessa, quod suum maritum occidi fecerat à quodam suo amasio, fuit inde suspensa, & sic ex hac taciturnitate oritur indicium ad torturam. Cum Decian. crimin. lib. 9. cap. 13. nu. 16. Farinac. de homicid. q. 120. num. 196.

Aderat vnicus testis de visu, puer octo annorum, & filius huius reæ, qui illico matrem filium
42 vitalem genitum, † & deplorantem suffocasse, & postea in sterquilinio sepelijsse, attestabat: puer hic, ratione difficilis probationis, licèt alioquin minus idoneus, visus fuit Chancellario contentionum habilis, & semiplenę probationis: quando enim delictum difficilem probandi modum ratione alicuius qualitatis secum inuoluit: tunc probatio minus idonea habetur pro plena. Brun. à sole. q. 51. n. 7. Royas de hæretic. q. singul. 201. n. 3. in quibus delictis intra cancella domus, in nemore, nocturno tempore, vel cum alia phisica, vel moralis probationis difficultate patratis, admittuntur
43 testes inhabiles. † l. non omnes, ff. à barbaris de re milit. Ioan. Crot. de testib. p. 1. n. 23. Muscatel. in praxi crimin. titul. de homicid. simp. n. 36. Magon. decis. lucens. 30. n. 26. Mancin. tract. de confess. cap. 3. artic 4. n. 17. vbi dicit: quando veritas aliter haberi non possit, posse recedi à regulis iuris cõmunis, circa idoneitatem testium. Hypolyt. Bonacos. de seruis, & famul. q. 216. vbi posse admitti domesticos in tali casu docet, Viui. lib. 2. decis. 349. n. 3. Mar. Anton. var. resolut. lib. 3. resol. 10. n. 11. Giurb. cons. 43. n. 28. Chartal. decis. criminal. 87. n. 52. Cantera. qq. crimin. pag. 201. col. 1.

Mar. Muta. decis. 1. n. 13. docet: in casu veneni fuisse admissam pro teste feminam mi-
44 norem 18. annorum. † & n. 14. refert vxoricidium à marito patratum fuisse plenè probatum ex attestatione duorum puerorum, qui illum vxorem interfecisse deposuerunt. Hypolyt. de Marsilijs refert in l. infans ad l. Cornel. de Sicar. n. 37. illum, dum erat potestas, condemnasse ad mortem quendam maritum
45 accusatum de vxoricidio, & probationem tantummodo niti in attestatione duorum puerorum, qui viderant vxorem ex puteo aquam haurientem præci-

ci-

cipitatam fuiſſe à marito in puteum, commemorat. Sunt itaque pueri infantes idonei teſtes,
46† præcipuè ſi alia adminicula inſurgant in delictis, quæ ex ſui natura ſunt difficilis probationis. Sequuntur Decian. tract. criminal. lib. 9. cap. 14. n. 7. Farinac. q. 62. n. 336. & ſequent. Sanfelic. deciſ. 176. tom. 2. vbi impuberem maiorem ſeptennio votum præſtare poſſe, ſicut & teſtimonium tenet. Muſcatel. loc. cit. n. 37. Viui. commun. opin. 439. n. 30. Giurb. conſt. 43. n. 28. Criſpol. caſu. militar. 14. n. 24. & in his delictis difficilis probationis probant indicia, coniecturæ, & probationes. l. qui ex liberis 10. de bonor. poſſ. ſecund. tabul. l. Si vicinus q. cod. de nupt. l. conſcenſu 8. §. ſuper plagijs. cod. de repud. cap. Veniens 38. de teſtam. cap. Michael 13. de filijs præsbiteror. infinitis laudatis Eſcobar. de puritat. ſanguin. q. 8. §. 1. n. 5.

Adeſt punctualis doctrina circa punctum in quo verſamur apud Cyarlin. tom. 1. controu.
47 cap. 12. à n. 25. † vbi tenet ad excludendam immunitatem Eccleſiæ admittendum in caſu proditorij teſtimonium vnius pueri ætatis annorum vndecim, præcipuè alijs adminiculis, vel conteſte concurrente, per quæ poſſit illius defectus ſuppleri, & coadiuuari depoſitio. Hic concurrebant celatio partus, clandeſtinitas parturiendi, fuga reæ, ſilentium adhibitum circa mortem fætus, fama parricidij, plurimi actus, qui indicabant, & exhibuerant intumeſcentiam ventris, & poſtea puerperium, nempe fuſi ſanguinis copiam, ac puluinaria, & culcitras madefactas ipſo ſanguine, quod iunctis pedibus inficiatum fuit in prima depoſitione reæ, in qua nec prægnantem fuiſſe, nec peperiſſe fuit firmatum, poſtea verò fætum mortuum editum fuit aſſertum; quæ omnia coaleſcebant ad conſtituendam probationem delicti, & ſanandam inhabilitatem huius pueri. Sic ratiocinantur Graſſet. de homic. proditor. §. 29. n. 266. vbi in n. 263. impugnat Manriq. in qq. moralibus part. 1. q. 57. docentem, in cauſa immunitatis requiri teſtes omni exceptione maiores.

Et cùm hoc delictum eſſet tam immane, cuius immanitatem delineant Paris conſ. 96. lib.
48 1. cum Suar. de pace. † Barboſ. de vniuerſit. iur. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 3. n. 95. Farinac. tom. 4. de homic. cap. 120. ſect. 1. & ex exceptuatis poterat vndique ad illius probationem admitti teſtis aliàs in iure inhabilis. Farinac. q. 62. n. 81. & 85. vbi eſſe
49 hoc vulgatum in iure, † quod in delictis exceptis fidem faciant teſtes inhabiles. tenet Cyarlin. controu. 12. n. 31. Merlin. Pignatell. controu. forenſ. cap. 98. n. 1. cent. 1. & in cap. 64. n. 23. & ex Anton. Gomes. Farinac. & alijs dicit, in delictis ex-

CAPVT XXX.

1 Horrendum facinus, immane delictum, † propriũ fætum suffocare, in quo vno maleficio scelera om-
2 nia complexa videntur. † Cic. pro Roscio. nonne filij columnæ parentum constituuntur? ut aiebat Euripides in Iphigen. cui concinnit Æneæ votum circa Ascanium filium. Virg. 12. Æneid. versic. 59. *In te omnis domus inclinata recumbit*. Nonne quæso feræ ipsæ, rationis lumine orbatæ, pro pignore visce-
3 rum decertant, † escandescunt, & prædæ constituuntur? *Bestiæ*, dixit Cic. 5. quæst. tuscul. *pro suo partu ita pugnant, vt vulnera*
4 *excipiant, nullos casus reformidẽt*: † rabie concitatas, & furore rabido æstuantes constitues illas, si cubilia inuiseris earum, catulis viduare tentaueris, vel si illas ad opem suis ferendam, auertas. Refferunt Tacit. lib. de morib. Germanor. cap. 7. Altamiran. in l. 1. cod. de filijs official. qui
5 in bello moriunt. cap. 12. n. 4. † Fatebimur ardentiorem esse in brutis ad fætuũ propensionem, quàm in homine, vt autumauit Ioseph Hæbreus lib. de Machab.? absit: affectus in liberos, vehementiùs in homine, quàm
6 in feris ardescit: † feræ naturę tãtùm ipso ductu in filios feruntur; at homini, præterea, concessa est vis rationis, quæ in liberis adgnoscit maximum, quod potest exoptare, quo rationis vsu destituti bruti, tantum pullos amore prosequuntur, quantum naturalis propensio impellit; homines nondum
7 natos optant, † & extinctos deplorant: feræ vota comprimunt intra ambitum causarum litescentium, ultra progrediuntur rationabiles naturæ, & vsque ad aras & cineres amorem perpetuant. Fab. Turtur. in parallel. ethic. & iuridic. differt. 34.
8 num. 109. Luci. Senec. † inter vtrumque amorem, hominum, & ferarum, hoc discrimen affixit, nimirum quòd brutorum amor cum morte natorum expiret, hominum perseueret: *Obliuisci quidem suorum*, (sunt eius verba) *ac memoriam cum corporibus, & effusissimè flere, meminisse parcissimè, inhumani animi est: aues sic ferè suos fætus diligunt, quorum concitatus est amor, ac penè rabidus sed cum amissis extinguitur*.

Ab amore brutorum, quem erga suos fætus præstant, concitabat & pelliciebat Cicero homines, ut filios amore proseque-
9 rentur. 2. de orat. ibi. † *Feræ partus suos diligunt & nos in liberos nostros Vti debemus indulgentia*: sed parcat, à debili sat fundamento paternum amorem conglutinans: coalescit hic intra præcor-
10 dia paterna, † & ipsamet viscera illum pinsunt: ardescit tam vehementiùs, vt naturalis sui ipsius proprius amor illi postponatur.

natur. Hinc parentes plus filios, quàm ſeipſos diligunt. l. iſti quidem §. fin. quodmet cauſ. Menoch. de præſ. lib. 6. præſ. 56: n. 4. Sanfelic. deciſ. 83. n. 16. Ariſtotil. lib. 8. ethicor. cap. 12. latin. Paccat. in panegiric. Theod. ibi. *Inſtituente natura plus ferè filios, quàm noſmetipſos diligimus*. Andreas de Iſernia in cap. 1. §. publici latrones. titul. de pace tenẽda. reffert, † quòd cùm pater & filius eſſent requiſiti de homicidio, & filius eſſet damnatus ad mortem, quòd illicò pater faſſus fuit ſe patraſſe delictum, ſicque filium liberauit: ipſe verò mortem ſubiuit. Gordian. Imperator, audita filij morte, laqueo ſe ſuſpendit. Ægeus credens Thæſeum filium amiſſum, è vertice montis in ſcopulos maris ſe præcipitem tradidit, Catull. in nup. pel. & thet.

11

Præcipitem ſeſe ſcopulorum è vertice iecit
Amiſſum credens immiti Thaſea facto.

Plurima exempla huius dilectionis apud plurimos delineantur, † quæ illius intenſitatẽ exhibent. Vide Laur. Matheu. de regim. regni Valent. tom. 1. cap. 4. n. 45.

12

Nec mirum, cùm filius ſit pars viſcerum patris. l. cùm ſcimus. §. vltim. cod. de agricol. & cenſit. lib. 11. † Plutarc. lib. 6. cap. 15. de philoſoph. placit. Theſaur. deciſ. 12. n. 7. Ariſtotil. lib. 5. ethicor. cap. 5. pulchrè Ouid. in epiſtol. Didon. ad Æneam.

13

Forſitan grauidam Dido ſcelerate relinquis
Parſque tui latitat, corpore clauſa meo.

Et dixit Ioannes Marcus medicus relatus à Caramuel in theolog. fundamentali n. 1623. † filium nondũ natum eſſe partem formalem matris, quæ ſententia impugnatur ab ipſo Caramuel, vt erronea in nouiſſima theolog. Romæ edita anno 1656. n. 1627. In iure dijudicatur ſolùm vt talis, quoad plures effectus, paſſim in iure ſignatos, quorum intuitu reputantur eadem perſona. l. final. cod. de impub. & alijs ſubſtit. Langleus Semeſtr. lib. 7. cap. 2. Matheu. n. 46. Robert. rer. iudicat. lib. 4. cap. 10. Valençuel. conſ. 95. n. 71. Eſcalera de vtroque brachio. part. 2. n. 35. Lipſius epiſtol. ſelect. cent. 11. ad Belg. epiſt. 2. Æneas Syluius epiſt. 19. lib. 1. & nil aliud eſt ſoboles, † vt vnico ore comprændam, quàm membrorum dilatio, naturæ fideiiuſſio, ſuſcitatio proprij ſeminis, viuum de morte trophæum, & ſuimet, extra ſeſe poſſeſſio, Don. Geronim. Altamiran. in l. 3. cod. de filijs official. qui in bello moriunt. cap. 17. n. 18.

14

15

Quapropter ſi infans ſepeliatur in ſacro cum ipſa matre, ante puerperium defuncta, non polluitur Eccleſia, tanquam ex ſepultura hominis non baptizati,

zati; quia reputantur eadem
26 persona, † & constituunt idem suppositum, quoad hunc effectum. Coninch. tom. 1. de Sacram. q.83. art.3. dub. 1. n 233. Passarin. de pollution. Eccles. disp. 8. cap. 21, n. 3. Thom. del Bene de immunit. Eccles. cap. 2. dub. 2. sect. 6. n. 4. Leander. qq. moral. part. 5. tract. 2. disp. 11. q. 38. Marchin. de sacrific. part. 3. cap. 10. n. 12.

Aliquando tamen impiæ matres inueniuntur conceptum in vtero, dum adhuc sanguis de-
27 libatur, dissoluentes, † & fera viscera nutrientes, quæ vel pro concepti tumulo deseruiant, vel ad lucem editum, trucidandum manus commoueant. Fab. Turt. in parallel. ethic. iuridict. disert.
28 32. n. 104. † fera barbaries, barbara ferocitas. Accidit hoc in Catharina Mannu oppidi de Sedini, quæ fætum recentem in lucem editum violenter suffocauit, ac trucidauit nondum baptizatum, uno ictu vitam vtramque, temporalem, & æternam illi abducens; inuoluit fecum parricidium hoc ultra pri-
29 uationem vitalis auræ, † læsionem iuris ad baptismum, & eo mediante ad capacitatem æternæ vitæ, quæ circunstantia, & immanitatem delicti auget. Thesau. decis. 12. n. 7. & necessario in sacramentali confessione explicanda venit. Leander. qq. moral. 6. tract. disp. 11. q. 19. Gralet de homicid. prodi-
30 tor. §. 28. n. 71. † Insurgunt iura aduersus huius delicti atrocitatem, diuersas infligentia pœnas, quæ quasi germinant ex radice peccati, iuxta illud quod tradidit R. P. Iacobus Pinto Theologus insignis Turritanus, conciuis meus tract. de Christo Crucifixo lib. 2. tit. 2. loc. 5. sub. n. 2. super illo Ezechiel. cap. 7. n. 10. *Floruit virga, germinauit superbia, iniquitas surrexit in virgam impietatis*. Miserrimè hæc impia mater persoluit illas, vt inferius videbimus.

Contulerat se Catharina Mannu de hoc parricidio incusata ad Parochialem Ecclesiam Diui Apollinaris huius Ciuita-
31 tis, † à qua pro vtraque Curia fuit extracta, in carceribus Regijs deposita, & firmata contentione extitit dubitatum, vtrum illi immunitas Ecclesiæ arrideret? quem lapidem priusquam reuoluam, (benignus lector indulgeat,) effigiem Crucifixi, in Ecclesia prædicta, repositam ob deuotionem delineare: descriptionem hanc, digressionem ab opere incepto esse fa-
32 teor, † non inficior, hinc generositas, non ingratia debet autumari. Altamirán. in l. 1. cod. de filijs official. qui in bello moriunt. cap. 14. n. 1. ibi: *Digredi fatendo stilli generositas est, dissimulando ingratia*.

Recolitur in Ciuitate Saceris in Templo Diui Apollinaris Christi Saluatoris effigies, miraculum dixeris, non solùm quia miraculoso, incertoq; ductu

23 tu illuc adducta ; ſed quia ad
viuum ita expreſſa, ut diuino
penicillo potius, quàm humana
induſtria fabricatam eſſe diju-
dices. Diſſoluitur,ex ignoto ni-
gri coloris ligno, in congruen-
tem exacti iuuenis proceríta-
tem : membrorum, articulo-
rumque ſimetria admirabiliter
digeſta luſtratur : apertiſſima
venarum veſtigia ob ſuſi cruoris
inopiam, veluti deliquentia in-
dicat : in qualibet corporis par-
te, peculiaris doloris plaga exhi-
betur, tortoris conflictus aculei
non hebetati; ſed in membris ip-
ſis tamquam in cote ſpiculati
ſtygmata docentur. Naturæ
æmulata videtur ars in inſigni
huius imaginis antropographia
vltimum ſuæ induſtriæ pignus
pro compagine operis diffun-
dens. Quod cæteris anteit, & in
quo ſe ipſo potiorem ſe præſtitit
artifex: ſunt vultus lineamenta,
non defuncti, ſed mortis dolo-
ribus circundati, ſpiritum exa-
lantis faciem retinet, quam ſi
acuratè luſtrare tentaueris, utrũ
viuentis hominis ſit, vel in ca-
daueris formam transfuſi, haud
venaberis, & ſi cupidus iterato
viſu firmitatem indicantis for-
mæ habere ſatageris, allucina-
beris : frons dolentis in morem,
modeſtè tamen in ſpeciem dif-
fuſa : palpebræ ad lachryma-
rum vſque expreſſionem, inter-
no dolore veluti commotæ, li-
queſiunt : totus vultus ea maie-
ſtate, lepore, mœroreque deli-
butus, amorem, religionem pa-
riter, & terrorem intuentibus
incutit. hic ergo quodam modo
diuinæ miſerationis typus in
ſacra diui Apollinaris Æde præ-
24 cioſiſſimæ huius reliquiæ the-
ſauro, maxime celebri, mira
aſeruatur religione : illam, tan-
quam tutiſſimum vrbis columẽ,
ciues petunt, & confluunt, Ec-
cleſiæ tholis dona, vota pariter,
& ſpem apendentes: mirum eſt
quot mirabiles effectus, quotq;
mirabiliorum oſtenta incolarũ
pietas obtinuerit ; commune re-
putatur miſeriarum perfugium,
in aduerſitatum fluctibus ſydus,
in cœli obdurationе clauis, &
demum fatale vrbis palladium,
quo ſuperſtite, nullo caſu fran-
gi, nulla malorum incurſione
labefatari, nulla calamitatum
violentia excindi vrbs poſſit.
Palladium hoc anno 1651. ſiue
columen, cum Vrbs Turrita-
na malorum plaga eſſet afficiẽ-
25 da ob peſtis flagellum,† tolli,ſi-
ue in cineres fere redigi voraci
incendio petitum, diuina vltio
permiſit. Hinc vrbs demolitio
augurata, incolarum miſeriæ
auſpicatæ : miniſtri cuiuſdam
incuriæ caſus adſcribitur ; huic
enim ſacra luminaria excitanti
ex lychno excidit ſcintilla, ac
ſacri altaris mantilibus,tantum,
ac tam pernicioſum excitatura
incendium, inter fauillas ſopita,
adhæſit. Concipiunt ignem
ab exiguo illo ſemine mantilia,
ſe ipſa mox in cinerem paritu-
ra; populatur edax elementum
ſacri altaris ornatum, ac ſenſim

per

per subiectas tabulas serpens intumescit in sicco illo tabularum robore, roboratum: sic in flammas exurgit, voluitur in incendium, ac sinuatis flammarum voluminibus corrupit primum obducta sacræ effigiei aulæa, ac omnia vastaturum sacrum undequaque tabularium inuadit, inflammat, ac veluti admotam stipulam depascit; & quod lamentabilius, sacro crucis stipiti violentum incumbit, nec diuinissimo Saluatoris simulachro insultantium flammarum irreuerentia parcit. Insultarunt itaque voraces flammæ, ac tota fere decocta substãtia inter fornicis angustias contineri nescientes, per super iniectæ fenestræ os eruperunt, iteratis quodammodo linguis: sic seipsas prodierunt, atque muta illa, viua tamen flammarum linguarum altercatione vocarunt, vel potius prouocarunt viciniam. Turbatur hæc inopino flammarum inter tenebras aspectu; re tamen comperta, quanta maxima celeritate poterant proximiores contendunt, & cedente religionis amori priuato metu, satagunt extinguere flammam, adhibent scalas, vota proferunt aliqui, fornicem templi, quem fornacem diceres, subeunt: lympharum phialas admouent alij: sed votis altiora incendia volant, & lymphæ, non nisi ad terrestria balnea valuere; voracitas enim Dardanariorum, & opificum scalas conscendentium audatiam comprimebat, & celeritatem peruertebat, ac demolitis trabium peristilijs, queis totum incumbebat opus, solo vnico lapsu incubuit. fit ex incendio rogus, & nil nisi vnica ruina superstes; huic lymphas infundunt, extinctus tamen viuas excitauit in omnium oculis lachrymas, & ita adstantiũ animos dolor inuasit circa pyram, vt funebria officia, & iusta facere crederes.

Lugebat quisque extinctam in communi illo incendio, Sanctissimam dicti Crucifixi imaginem: deplorabant omnes singulorum deuotionem in cinere sepultam. Euoluunt fauillas, & ea, quæ thesauri olim erant, carbones inuenère; & quod fortius lachrymas extorquet; & lachrymis magis, vt cũ Diuo Cipriano loquar, quam verbis exprimendum erat; præciosissimum illud Saluatoris simulacrum, in quo, & meritò, omnis Turritana nitebatur fiducia, carbonem partim, fauillam partim reperiunt: flãmarum siquidem voracitas dimidium fere assumpserat, redactisque in cineres, simul cũ cruribus, lacertis, mutilum vndequaque, truncum reddiderat. Vultus maiestati habita fuit à flammis insolentissimis reuerentia, nec in sacratissimum pectus tot insignium reliquiarum penetrale, repere ausa.

Spargitur cum sequenti sole
26 miserrimi casus fama, † atque

que

que vrbem vniuerſam ad communis iacturæ ſpectaculum ſollicitam, mæſtamque traxit: propriam calamitatem, & ruinam Ciuitatis omnes ab infauſto hoc ſibi augurabant; quis enim, clamabant, impendentia inhibebit mala, ſi trucus propugnatur, ſi palladium demolitum iacet, ſi aſylus ad tutamen non permanet. *Lubricauerunt veſtigia noſtra, clamabant, cum Ieremia cap. 4. lament. in itinere platearum noſtrarum, appropinquauit finis noſter, completi ſunt dies noſtri, quia venit finis noſter.* Ideo manus abſumptas credebant, ne has ultra auxiliatrices ſpectarent: ideo brachia, vt miſericordiam exhauſtam crederent: ideo pedes, vt omne ſibi præcudendam fugam dignoſcerent. En ſacrarij noſtri demolitio, en iactura lementabilis, ruinæ proximæ præſagium, en exitialis deſolationis anteambulones, quorum perueſtigia, nondum exacto vertentis anni circulo, mors inuecta tragediam, miſeranda abſoluit cataſtrophe.

Incendium hoc flagelli peſtis vaticinium apparuit, licèt alioquin apud Ethnicos pro fælici augurio habitum extiterit, quod nrmat hyſtoria Seruij Tullij Romanorum Regis a-
27 pud Plin. lib. 2. cap. 107. † vbi Seruio Tullio dormienti in pueritia, in capite flammam emicuiſſe refert, quo igne circundatus faſtigium regium maturus auguratus extitit. Plutarch. de fortun. Roman. idem tradidit. Rurſus apud Virgilium. 2. Æneid. regalis dignitas fuit auſpicata Aſcanio, Æneæ filio, ex radiatione ignis capitis ſphæram circundantis.

Cùm ſubitò, dictuque oritur mirabile monſtrum,
Namque manus inter, mæſtorumque ora parentum
Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iuli
Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora paſci.
Nos pauidi trepidare metu, crinemque flagrantem
Excutere, & Sanctos reſtinguere fontibus ignes.

Ignis igitur, vt hæc monumenta decantant, pro fælici auſpicio apud Ethnicos ſemper habitus apparet, à quo non infælicia ſed ſecunda ſibi ſpondebant, † reffert Cabrer de metu lib. 2. cap. 38. n. 22. illique à pluribus nationibus, præcipuè à Perſis diuini honores impendebantur, non ſolùm religione motis, ſed & formidine illius voracitatis impulſis. Lelius. lib. 8. antiq. lection. cap. 36. Adam. Conzen. lib. 7. politicor. cap. 5. §. 5.

Hìc verò pro infælici augurio ab omnibus fuit paſſus, non quòd auſpicijs cum veteribus haberent fidem, quod abſit: ſed quia illos innoteſceret diuinam iuſtitiam lentè ad ſui vindictam procedere, nec in aliquem

strictò animaduertere suppli-
29 cio, † quem prius sensim cæle-
stibus ostensis non habuerit ad-
monitum. Sat admirabilis est
sententia Valerij Maxi lib. 5.
memor. cap. 6. quæ huic infan-
do & memorabili incendij præ-
sagio concinnit. *Vrbis*, verba
sunt huius authoris, *ruina mina-
tur, quando incendia Penatum
contingunt.*

Effigies Domini nostri Sal-
uatoris in truncum redacta, con-
sumptis igne cruribus, lacertis,
30 brachijs, † manibus, & pedibus,
ex fornace ignis per ducem
Antoniũ Siculum fuit erepta,
quo ingressu, flammæ recessere.
Æneid. lib. 2.

*Dant tela locum, flammaque re-
cedunt.*

Ædes antiqua Diui Apolli-
naris ruit, religione patrum
multos seruata per annos; sed in
meliorem, quam respicis for-
mam, fuit expensis Don Ioan-
nis Francisci Passamar Recto-
ris tunc huius Parochiæ, vxo-
ris meæ Donna Vrsulæ de
31 Passamar Patrui, † prout in-
signia stemmatũ in medio alta-
ris maioris affixa prædicant,
fuit transfusa, quæ moderna
prætiosior, ac nobilior veteri
forma constituitur; quocirca
in hoc templo contingit, quod
de aliquibus domibus Romæ
commemorat Seneca in epist.
91. quæ igne demolitæ sub præ-
tiosiori architectura, postea fue-
32 re repositæ, † ibi *multa cecide-
runt, vt altius surgerent, & in alias
imagines fælicitatis: Vrbis inimi-
cus* (loquitur de Nerone) *aiebat,
Romę sibi incendia ob hoc vnum
dolori esse, quod sciret meliora resur-
rectura, quam arsissent.* Insimul
sacrosancta effigies in suam an-
tiquam proceritatem, ac antro-
prographiam extitit reducta.
hæc animi votum huic labori
incumbentis ob religiosam pie-
tatem, quam illi ex intimo cor-
dis præsto suscipiat, & in æter-
num me incolumem seruet.

Dubitabatur in hac cõtentio-
ne de probatione delicti: ex
parte reæ deductum fuit pepe-
33 risse fætum, † iam mortuum,
non animatum, pro qua quali-
tate probanda nitebatur iuris
præsumptioni, quod in dubio
fætum editum fuisse mortuum,
non vitalem præsumit. The-
saur. decis. 13. n. 7. ibi. *Moni-
tos verò velim iudices in huiusmodi
casibus, ne tam facilè has mulieres
vltimo damnent supplicio, cùm cla-
rè, & apertè de excessu vltra illa-
rum non constat; semper enim in
dubio mortuos natos esse præsumen-
34 dum est.* † Quæ præsumptio
præcipuè arridet in pauperculis
mulierculis, maximè meretri-
cibus, quæ ne videantur graui-
dæ multa in perniciem vteri
agere solent, dum vel pugnis,
aut verberibus ventrem affi-
ciunt, vt fætum in abortum
dissoluant. Ioan. Criuel. decis.
Dolan. 19. n. 15. & quoties lo-
cus adest in diuersorio intelle-
ctus ad amplexandam præ-
sumptionem aliquam delicti

exclu-

35 excluſiuam, † vtique hæc debet ſectari. ex l. meritò. pro ſotio. Farinac. q. 85. n. 1. & 10. Aldouin. conſ. 24. n. 18. Peregrin. conſ. 23. n. 10. lib. 2. Iurb. conſ. 4 n. 8. & 9. Seſſe deciſ. 114. n 25. & deciſ. 128. n. 4. Muta deciſ. 13. n. 6 Thoro. voto. 21.
36 n. 85. Rouit. deciſ. 40. n. 16. † & in dubio quando fætus ſuffocatus inuenitur pænes matrem, vel nutricem, non ex dolo & culpa; ſed caſu ſucceſſiſſe credendum venit. Farinac. q. 120. de homicid. n. 178. & 180.

Coaleſcebant in hoc caſu quamplurima vehementia in-
37 dicia, inſimul ac probationes, † quæ ſimultanea confricatione coadunatæ viſæ fuere conſtitutiuæ plenæ probationis parricidij. Primò, mulier hæc partum celauit, illum niſi alteri filiæ, quam habebat non patefecit, quæ celatio, & obductio, ingens indicium dicitur, per ſe ſolum ſufficiens ad quæſtionem torturæ. Papon. in ſuis arreſt. lib. 22. arreſt. 2. tit. 4. Faber. in ſuo codic. lib. 9. tit. 11. diffinit. 2.

Secundò, tempore partus, nec vicinas adhibuit, nec obſtetricem vocare curauit, vt tenebatur, cui acceſſui haud ſtudens videtur animum dolo inuolutum circa interimendum
38 naſciturum habuiſſe. † Criuel. deciſ. Dolan. 19. n. 8

Tertiò, ad conſtipandam probationem delicti inſurgit præſumptio, fætum editum in lucem fuiſſe vitalem, non mortuum, quæ cadit, ac cohæret effectui naturali; præſumitur naturam effectum perfectum, & in ſuo eſſe repoſitum producere, non mancum, immaturum, & in aliam diſtinctam formam transfuſum. Quocirca reſpondit Decius in conſ. 623.
39 in fin. † illum, qui aſſerit partum non fuiſſe maturum, nec vitalem, probare id debere, immaturitatem partus probandum eſſe per aſſerentem; cùm repugnet naturę illum vitalem, & maturum haud fuiſſe per vrgentes, ac validas præſumptiones. tenet Soncin. Iun. conſ. 35. n. 24. & 25. vol. 2. quam concluſionem ſectatur Menoch. conſ. 284. n. 3. & 4. & præſump. 52. n. 4. & 5. lib. 6. Franc. Marc. deciſ. 68. n. 1. part. 2. Alciat. conſ. 13. tom. 3. lib. 4. Mar. Giurb. in conſuetud. Merſan. cap. 1. gloſ. 4. p. 1. Ramon. conſ. 63. n 3. hæc præſumptio vrgebat contra hanc mulierculam, tot indicijs de partu ſuffocatio-
40 ne compræhenſam, † non inde fides adhibita fuit aſſertioni circa fætus abortiuum conceptum, nec doctrina Theſaur. & Criuel. ei arriſit, cùm hi non ſimpliciter credant in dubio partū haud vitalem fuiſſe; ſed ad excuſandam matrem à pæna ordinaria, quando hæc illicò, & abſque inuolucro verborum fatetur, ac deponit abortum feciſſe, vel fætum iam mortuum peperiſſe, ex qua ſpontanea & ſim-

simplici assertione, dum alia inditia contra illam non vrgeant, nequit pœna ordinaria affici.

Quartò, silentium adhibitum circa fœtus mortem inducebat, matrem extitisse mini-
41 stram efficientem illius. † Boer. decis. 262. n. 6. ad fin. ubi ponit exemplum cuiusdam mulieris, quæ cùm diu tacuisset mortem sui viri, qui non reperiebatur, vna die plorans in stabulo, vbi dictus eius vir fuerat positus, & fætebat, visa fuit, & occurrentes vicini ad ploratum mulieris, fuerunt in causa, vt reperto cadauere, torta mulier, & confessa, quod suum maritum occidi fecerat à quodam suo amasio, fuit inde suspensa, & sic ex hac taciturnitate oritur indicium ad torturam. Cum Decian. crimin. lib. 9. cap. 13. nu. 16. Farinac. de homicid. q. 120. num. 196.

Aderat vnicus testis de visu, puer octo annorum, & filius huius reæ, qui illico matrem filium
42 vitalem genitum, † & deplorantem suffocasse, & postea in sterquilinio sepelijsse, attestabat: puer hic, ratione difficilis probationis, licèt alioquin minus idoneus, visus fuit Chancellario contentionum habilis, & semiplenę probationis: quando enim delictum difficilem probandi modum ratione alicuius qualitatis secum inuoluit, tunc probatio minus idonea habetur pro plena. Brun. à sole. q. 51. n. 7. Royas de hæretic. q. singul. 201. n. 3. in quibus delictis intra cancella domus, in nemore, nocturno tempore, vel cum alia phisica, vel moralis probationis difficultate patratis, admittuntur
43 testes inhabiles. † l. non omnes. ff. à barbaris de re milit. Ioan. Crot. de testib. p. 1. n. 23. Muscatel. in praxi crimin. titul. de homicid. simp. n. 36. Magon. decis. lucens. 30. n. 26. Mancin. tract. de confess. cap. 3. artic 4. n. 17. vbi dicit: quando veritas aliter haberi non possit, posse recedi à regulis iuris cōmunis, circa idoneitatem testium. Hypolyt. Bonacos. de seruis, & famul. q. 216. vbi posse admitti domesticos in tali casu docet, Viui. lib. 2. decis. 349. n. 3. Mar. Anton. var. resolut. lib. 3. resol. 10. n. 11. Giurb. cons. 43. n. 28. Chartal. decis. criminal. 87. n. 52. Cantera. qq. crimin. pag. 201. col. 1.

Mar. Muta. decis. 1. n. 13. docet; in casu veneni fuisse admissam pro teste feminam mi-
44 norem 18. annorum. † & n. 14. reffert vxoricidium à marito patratum fuisse plenè probatum ex attestatione duorum puerorum, qui illum vxorem interfecisse deposuerunt. Hypolyt. de Marsilijs reffert in l. infans ad l. Cornel. de Sicar. n. 37. illum, dum erat potestas, condemnasse ad mortem quendam maritum
45 accusatum de vxoricidio, & probationem tantummodo niti in attestatione duorum puerorum, qui viderant vxorem ex puteo aquam haurientem præci-

ci-

cipitatam fuisse à marito in puteum, commemorat. Sunt itaque pueri infantes idonei testes,
46† præcipuè si alia adminicula insurgant in delictis, quæ ex sui natura sunt difficilis probationis. Sequuntur Decian. tract. criminal. lib. 9. cap. 14. n. 7. Farinac. q. 62. n. 336. & sequent. Sanfelic. decis. 176. tom. 2. vbi impuberem maiorem septennio votum præstare posse, sicut & testimonium tenet. Muscatel. loc. cit. n. 37. Viui. commun. opin. 439. n. 30. Giurb. consil. 43. n. 28. Crispol. casu. militar. 14. n. 24. & in his delictis difficilis probationis probant indicia, coniecturæ, & probationes. l. qui ex liberis 10. de bonor. poss. secund. tabul. l. Si vicinus q. cod. de nupt. l. consensu 8. §. super plagijs. cod. de repud. cap. Veniens 38. de testam. cap. Michael 13. de filijs præsbiteror. infinitis laudatis Escobar. de puritat. sanguin. q. 8. §. 1. n. 5.

Adest punctualis doctrina circa punctum in quo versamur apud Cyarlin. tom. 1. controu.
47 cap. 12. à n. 25. † vbi tenet ad excludendam immunitatem Ecclesiæ admittendum in casu prodictorij testimonium vnius pueri ætatis annorum vndecim, præcipuè alijs adminiculis, vel conteste concurrente, per quæ possit illius defectus suppleri, & coadiuuari depositio. Hic concurrebant celatio partus, clandestinitas parturiendi, fuga reæ, silentium adhibitum circa mortem fætus, fama parricidij, plurimi actus, qui indicabant, & exhibuerant intumescentiam ventris, & postea puerperium, nempe fusi sanguinis copiam, ac puluinaria, & culcitras madefactas ipso sanguine, quod iunctis pedibus inficiatum fuit in prima depositione reæ, in qua nec prægnantem fuisse, nec peperisse fuit firmatum, postea verò fætum mortuum editum fuit assertum; quæ omnia coalescebant ad constituendam probationem delicti, & sanandam inhabilitatem huius pueri. Sic ratiocinantur Grasset. de homic. proditor. §. 29. n. 266. vbi in n. 263. impugnat Manriq. in qq. moralibus part. 1. q. 57. docentem, in causa immunitatis requiri testes omni exceptione maiores.

Et cùm hoc delictum esset tam immane, cuius immanitatem delineant Paris consil. 96. lib.
48 1. cum Suar. de pace. † Barbos. de vniuersit. iur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 3. n. 95. Farinac. tom. 4. de homic. cap. 120. sect. 1. & ex exceptuatis poterat vndique ad illius probationem admitti testis aliàs in iure inhabilis. Farinac. q. 62. n. 81. & 85. vbi esse
49 hoc vulgatum in iure, † quod in delictis exceptis fidem faciant testes inhabiles. tenet Cyarlin. controu 12. n. 31. Merlin. Pignatell. controu. forens. cap. 98. n. 1. cent. 1. & in cap. 64. n. 23. & ex Anton. Gomes. Farinac. & alijs dicit, in delictis exceptis

çeptis duos socios criminis facere plenam probationem. Grasset, n. 269. Lärrea allegat. fiscal. 66. ex n. 4.

Accedebant fama, & fuga huius reæ ad Ecclesiam, illicò quòd pueri ludentes inuenere puerum sepelitum in sterquilinio, quem sepelijsse inibi fama
50 prædixerat; † quæ duæ præsumptiones, fama, & fuga fortiter contra reum insurgunt, adminiculum vrgens constituentia ad probationem delicti. Cyarlin. plene controu. 12. n. 36. & 37. per text. in l. 3. de testib. Ælian. lib. 1. de gorgia, & protagora. Giurb. cons. 41. ex n. 43. Azebed. cons. 30. ex n. 20. Valençuel. cons. 161. n. 31. cum
51 seq. Sesse decis. 111. n. 31. † & delicti patratio, tandem, fuit visa à vultu exhiberi: clamauit illicò muliercula hæc, vt cadauer filij in sterquilinio sepulturæ traditi, per adolescentes inibi ludentes fuit detectum, ad æthera vocem magnam extulit, lacerans genas, & dimisso crine, terrore peccati, vel mortis ob illud incurrendæ, contremiscens; læthiferæ culpæ reos metus hic incutere adsolet, † vt præbent
52 verba Cain, Genesis 4. *Omnis igitur, qui inuenerit me, occidet me.* Et docet Carol. Marant. Episcop. respons. 31. part. 4. n. 44. pallor, pauor, & horror in actibus, & huius reæ vultu apparuere, cùm delictum semper vultu demonstretur. Andreas Gail. de pace public. lib. 1. cap. 10. n. 4. Cabrer de metu lib. 2. cap. 48. n. 6. Ouid. 2. metamorphos. *O, quàm difficilè est, crimen non prodere vultu.*

Et ratio est: quia vultus est
53 imago animi, † Cicer. 2. de orat. & pro Roscio lib. 1. de legib. Plutarch. de tranquillit. anim. in qua omnes effectus naturales, & accidentales illius lucent, exhibentur, ac dignoscuntur. Cic. lib. 2. de orat. Senec. in Thiest. Villalpand. de magia lib. 3. cap. 17. n. 42. Osuald. ad Donell. lib. 18. commentar. cap. 10. lit. ç.

Omnia hæc visa fuere plenam probationem inducere, saltem ad priuationem immu-
54 nitatis Ecclesiæ, † nam vt diximus in primo tom. cum Merlin. & infinitis cap. 18. n. 50. in casu priuationis immunitatis non requiritur tam exacta probatio delicti, prout desideratur ad inflictionem pœnæ ordinariæ, prout voluere Farinac. in addit. ad Concil. 168. in fin. lit. A. lib. 2. & cons. 211. lib. 1. n. 19. Gratian. discept. 596. n. 28. vbi sat sufficere ad priuãdum reum immunitate, probari delictum per indicia, & præsumptiones quantum sufficiat pro informatione conscientiæ Episcopi. Tenet Giurb. cons. 50. n. 10. & cons. 70. n. 23. Guazin ad defens. reor. cap. 31. n. 9. quos laudat, ac sequitur Cyarlin. dict. cap. 12. n. fin. ibi: *Alioquin si oporteret reos esse confessos, vel conuictos per testes de visu, ferè nunquam traderentur Curiæ sæculari.* Tho-

ro in ſupplem. verbo probatio. fol. 503. Sanfelic. deciſ. 137. n. 2. & 3. Caſtill. deciſ. 156. n. 9. Matheu de regim. regni Valent. tom. 2. cap. 7. §. 1 ſect. 4. n. 166. Sueduеſ. conſ. 33. n. 10. lib. 1. & conſ. 10. n. 1. 12. & 14. lib. 2. Vrrutigoiti in paſtoral. regul. p. 3. voto 1. a n. 9. Sic fuiſſe deciſum in Regno Sardiniæ per Chancellarium reffero ego loc. cit. & rurſus reffert Cortiada deciſ. 21. n. 75. Plenè & ſat eruditè Graſſet de homicid. prodit. §. 29. per tot. vbi innumeros ferè recenſet Merlin. controu. forenſ. cap. 40. Cenſal. Rot. Genuæ, voto. 9. n. 63.

Nec ponderis viſum fuit, puerum hunc teſtem non potuiſſe contra Matrem deponere frangentem reuerentiam naturalis vinculi, quã filius erga parentes
55 tenetur præſtare: † quocirca nec volens in teſtem poteſt admitti. l. parentes cod. de teſtib. Albert. de Malet. de teſtib. part. 1. cap. 1 n. 15. vbi vocat iudices imperitos, qui filios contra parentes,
56 vel è contra aſſumunt; † nam in caſu difficilis probationis, quando aliter veritas haberi non poteſt, & in delictis atrocibus, & exceptis, poſſunt cogi, vt deponant filij contra parentes, & aſſumpti probant. Farinac. de teſtib. q. 54. n. 172. Gomeſ. var. tom. 3. cap. 12. de probat. delict. poſt. n. 12. Ordo diuinæ iuſtitiæ permiſit, vt mulier hæc per inſtrumenta ſuæ iniquitatis afficeretur; quid enim æquius excogitari, quid iuſtius poteſt, ait Quintilian. declam. 11. graſſatus eſt aliquis ferro, præbeat ipſe ceruicem. docent Ælian. Var. lib. 12. cap. 14. Valer. Maxim. lib. 8. cap. 6. cecinit veritatem hanc Heſiod. relatus à Carol. Marant. reſponſ. 93. part. 4. n. 4. & cap. 58. n. fin. tom. 5.

Neq. enim lex eſt iuſtior ulla,
Quam necis artificem arte perire ſua.

Interemit mater filium, filius ſuo dicto interemit matrem, hæc eſt retributio iniqui, hic ordo diuinæ iuſtitiæ, vt per quæ quis peccat, per hæc & torquea-
57 tur. † Sapient. 11. n. 17. Ego ipſe. diſſert. 25. n. 14. Prodijt ab ore infantis huius veritas; nam vt plurimum, ex ore infantium & lactentium veritas ſcaturit, Marant. reſponſ. 94. par. 4. n. 42. ſic iubente diuina vltione,
58 † ob quam *Sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit diſertas*. Sapient. 10. 21.

Deciſum fuit per Reuerendum admodum Don Antonium Capay Chancellarium
59 Regium, † ad quem iure deuolutionis fuerat deuoluta contentio hæc, Catharinam Mannu, ob parricidium, ſiue necem illatam in fætum natum, & non baptizatum, non gaudere immunitate Eccleſiæ, ratione labis proditoriæ, quæ ineſt in ſuffocatione partus à matre adhibita, qui nec poterat ſe præcauere, nec defendere, ſub fide, amicitia, & tutamine materno repoſitus, incapax

capax ratiocinandi, & intelligendi, cùm non sit in ætate rationabili. cap. paruuli. 22. q. 5. Fara insignis Iurisconsultus Turritanus conciuis meus. tract. de infant. cap. 14. n. 11. Hanc
60 opinionem,† quòd occisores infantium, præcipuè mater, sint verè proditorij homicidij, & sic non gaudeant immunitate Ecclesiæ, docent Leo Zambel in resolut. casuum conscient. verbo Ecclesia, quoad eius immunitatem. n. 21. Tancred. de religion. lib. 4. disp. 8. q. 5. n. 23. Lezan. verbo immunitas. n. 12. quos sequitur & laudat Grasset. de homic. prodit. §. 22. n. 1.

Iuxta hanc opinionem fuit pluries decisum per Sacram Congregationem reffert Dian.
61 moral. tom. 5. ad fin. n. 6. ibi: † *immunitate Ecclesię non gaudet mater occidens filium infantem*: aliã declarationem reffert Barbos. in collect. verbo immunitas. & de vniuers. iur. Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. n. 95. quæ opinio verior videtur, & vt talis fuit amplexata in hoc Regno, tam propter authoritatem Sacræ Congregationis, quàm illius assectarum, & propter frequentiam delictorum huius speciei, nam recordor, tempore Comitis de Lemos, fuisse quandam mulierem Opidi de Ploague Furcis suspensam, propter parricidium fœtus. Rursus Maria de Ledda eiusdem Opidi, incusata extitit de alio, & quamplurimæ aliæ, ad quod compescendum, ne ex refugio Ecclesiæ audaciam conciperent mulierculę, præcipuè meretrices ad consimilia, in perniciem Reipublicę, & animarum infantium, amplexauit hanc opinionem Chancellarius contentionum. Sequuntur Peregrin. de immunit. Eccles. cap. 3. n. 8. Farinac. in ãpendic. cod. tract. cap. 8. n. 138. Thom. del Bene de immunit. Ecclesiar. cap. 16. dub. 20. sec. 1. n. 3. tom. 2. Pas. Iordan. titul. de immunit. Eccles. var. elucubrat. n. 143. In hac contentione fui tanquam assessor Mensæ Turritanæ, electus arbiter pro parte Curię Ec-
62 clesiasticę; † & cùm omnia iura clamare contra hoc delictum inuenerim, illam deuolui ad Chancellarium curaui, ad hoc, vt maturiori iudicio, ius super illa diceret, & declaratio sequuta maioris roboris esset; postea die 18. Iunij 1663. fuit propter probationes, quas tibi in hac controuersia proposui, Furcis suspensa rea hęc.

Circa immanitatem parricidij memorem te constituo in iure, & per Senatum Sardoum
63 tam acriter illud animaduerti, † & detestari deposita omni venię spe, vt licet illud patrans sit ætate minor, & parricidium non in primo capite, attamen nequeat à pœna ordinaria dissolui; possem plurima exempla huius verissimæ opinionis in quibus Regia nostra Audientia illam fuit amplexata, cumulare: sufficiat proponere quod in persona Sebasti-

ani

ani Cortinqueddu Ciuitatis Castri Aragonensis euenit, qui tempore Comitis de Lemos anno 1655. per sententiam Senatus fuit Furcis suspensus in hac Ciuitate, propter homicidium commissum in eius sororem, quod in iure pro homicidio reputatur per text. in l. 1. ad leg. Pompeiani de parricid. non obstante delinquentis minori ætate. tenent illã Guasin. in ad deffens. reor. deffens. 33. cap. 7. n. 1. Fontan. de pact. nuptialib. claus. 7. glos. 1. n. 11. cum Farinac. Tapia. Ruginell. Caball. Viscont. & alijs Thoro in compend. decis. part. 1. verbo minor an succurratur in delictis atrocibus ob quod ei pæna mitigari debeat: fuit conclusum, quòd non, & proinde minor parricidium committens pęna vltimi supplicij puniri debeat. Danza. de pugna 20. tom. 1. tit. de leg. cap. 1. nu. 8. iuxta retributio ęqua vindicta, pro qua infligenda armantur iura, obarmantur leges, insurgit diuinę vltionis ordo. Diu. mathe.
64 cap. 26. versic. 52. † *omnes qui acceperint gladium gladio peribunt*. Apocalyps. cap. 23. versic. 10. qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi; requirit; extorquet, & exposcit rationis, & naturę ipsius stimulus: nam homo aduersus hominem contra naturalem normam insidiator existens, & in illius perniciem se obarmans, nobilissimam Dei creaturam ad illius prototypum insculptam delet, constituens se omnibus brutis immaniorem, quibus speciei proprię ruina denegaturus exclamat Seneca 2. de ira. Plin. 5. histor. cap. 1. Horat. in epistol.

Neque fuit lupi mos, neque fuit leonibus vnquam
Nisi in dispar feris.

Gladio vltore expiatur diffluus sanguis, nec alia contributio condignior infligi queit, ad hoc, vt eadem mensura adhibeatur, & quod quisque fecit, ipse patiatur, vt voluit Senec. in Hercul. fuerent. acti. 2. iuxta legem Radamontis, quam reffert Aristotil. 5. ethicor. 161.

Sed quod quisque fecit, idem patiatur, & ipse:
Id iustum fiet denique iudicium.

ARGVMENTVM.

Instrumento producto ad census tituli probationem, & illo rereprobato, vtrum possit se iuuare producens titulo præscriptionis, ad census obtinendam futuram exactionem, tam in possessorio, quam petitorio: tituli plures, licet non possint concurrere ad Dominij acquisitionem, simultaneo concursu, possunt comulatiuo ad maiorem firmitatem, vt vno eliso, possit conferri ad alium; sed si in petitione agens restrinxerit causam possessionis, vel Dominij ad vnum titulum; tunc non poterit hoc reprobato ad alium variare.

SVMMARIVM.

1 *Casus præsentis controuersiæ refertur.*

2 *Titulus, dictus est quasi titulus à tuendo, hinc refertur, milites fuisse dictos titulos; quia patriam tuentur.*

3 *Dominium, ad eius acquisitionem desideratur traditio, & causa perpetua, & semel quęsitum perfectum, & plenum ius pręstat.* 5. *non potest acquiri ex diuersis causis;* 4. *&* 6. *potest tamen quis habere plures titulos ad illud muniendum, & confirmandum.* 7. 8. *priuilegium, & pręscriptio possunt concurrere ad acquisitionem Dominij ut primo eliso, possit quis se iuuare prascriptione.*

9 *Dominij acquisitionem non impedit error tenens se ex parte acquirentis.*

10 *Pręscriptio impeditur ex nullitate tituli, ut fuit decisum per Regiam Audientiam, & impeditur etiã immemorabilis.* 11. *Et ex productione uitiosi tituli pręsumptio tollitur melioris tituli.* 12. *Et impeditur pręscriptio in hęrede malę fidei, quę oritur ex nullitate tituli.* 13. *Sicque melius est inhęreri pręscriptioni, & titulum supprimere, quę cautella in foro poli haud procedit, qui semper debet pręferri tamquam concernens salutem animę.* 14.

15 *Emens à procuratore, non uiso mandato, constituitur, in mala fide, & non pręscribit prout fuit decisum per Regiam Audientiam, refertur limitatio Francisci Rocco docentis, non procedere hanc doctrinam respectu personę fide dignæ.* 16.

17 *Manutentio non conceditur, cognita iniustitia possessionis, contra adsistentiam iuris.* 18. *Et data nullitate tituli, cùm lex non intendat protegere uitiosum possessorem.* 19. *Et regula, quę docet, prędonem esse conseruandum in sua possessione intelligitur dũmodo non cognoscatur prędonem esse.* 20.

21 *Obtinens in possessorio, & sucũbens in petitorio, non tenetur ad fructuum restitutionem.*

22 *Dominium ex euentu temporis nõ potest mutari.*

23 *Cessio nulliter facta non potest confirmari per causam superuenientem.*

24 *Agens, si titulum suæ possessionis restringit ad unam causam inualidam, non potest postea uariare, & se conferre ad aliam causam, seu titulum ualidum.*

25 *Error numquam præsumitur.*

CAPVT XXXI.

OEconomus Deiparę de Bethlẽ, in causa mota cum Gauino Pilia, cuius memor fui
1 Capite antecedenti † licet circa probationem fidei libris Ecclesię attributę, optimum ius foueret: ex alio pretextu causam amisiti produxerat in libello suę peti-

petitionis inſtrumentum cenſuale pro titulo prętenſi cenſus & cùm hic nullitati vacaſſet pluribus rationibus ad clipeum fidei, libris per regiam pracmaticam elargitę ex decemnali exactioni titulum in futurum ſubminiſtrantis, ſe contulit; nonobſtãte nullitate inſtrumenti producti, virtute decemnalis poſſeſſionis dominium fuiſſe acquiſitum, & titulum pręſcriptum conatus inhęrebat; variatio tituli de inſtrumento cenſus, ad poſſeſ. ſionem, decemnalem pręſcriptã, ſcopus reponebatur Oeconomus Fratrum Diui Franciſci dicebat, titulum, quaſi tutulum
2 dictum à tuendo, † quia nos munit, tueturque. l. 2. cod. de petit. hęreditat. quę reſpicit milites apud Feſtum Pompeium, titulos dictos fuiſſe cùm ab hoſtium incurſionibus patriam tutam conſtituant, & Tutanum Deum fuiſſe appellatum illum, qui fruges collectas in horreum conductas tuebatur, author eſt Marcus Varro in Hercul. apud Nou. Marcell. cap. 1. de conpendioſ. doctrin. n. 242. Rettes in opuſcul. lib. 1. Miſcelan. cap. 24. n. 6. in fin. fol. 143. Dominium conferentem, poſſe multiplicem obtineri, vt ex illis quis melius ſe tueri poſſit; verum eſt dominium, ad cuius tranſlationem deſideratur, vt pręcedat ti-
3 tulus, ſeu cauſa perpetua, † & ſequatur traditio per traditionem 40. inſtr. de rer. diuiſ. Vlpian. lib. regul. tit. 19. nec titulus, aut cauſa ſola ſuficit. l. ſi ager de rei vindicat. l. traditionibus 20. cod. de pact. nec traditio ſine pręcedente cauſa. l. numquam 31. de adquir. rer. domin. non poſſe ex pluribus cauſis, ſeu titulis acquiri: optimus textus in. l. & an.
4 eadem §. actiones 161. † nec enim amplius quarum ſemel res mea eſſe poteſt de except. rei iudicatę. l. cum res cod. de contrahend. emption. elegans textus in l. 3. ꝯ. ex pluribus de adquir. poſſeſſ. l. ſequitur. 4. ꝯ. Lana. de vſu cap. non vt ex pluribus 120. ff. de regul. iur. ꝯ. ſic itaque diſcretis. inſtit. de actionib. cap. inter dilectos ꝯ. Cęterum in fin. de fide inſtrum. ea ratione; quia dominium ſemel quæſitum, perfectum, & plenum
5 ius præſtat. † l. generaliter 29. ꝯ. ſub conditione ff. qui, & à quibus manumit. l. ſi ita ſtipulatus fuero 116. citius in fine. de v. oblig. l. fin. §. ſicut autem biennium. cod. de iur. domin. impetrand. l. in re mandata 21. cod. mandat. perfectum autem eſt illud quod incrementum, ſeu iterationem non recipit teſte Ariſtotile 5. Mitaphiſicæ & 2. ethicor. 161. *Perfectum eſt, cui nihil addi, vel detrahi poteſt*, inde cùm dominium extorqueat ſibi ius perfectum, hoc haud incrementi eſt capax, ſicque res ſemel effecta propria, non poteſt
6 rurſus acquiri, † & dominium ex diuerſis titulis obtineri: ſic Cuiac. lib. 7. obſeruat. cap. 7. Anton. Faber. lib. 7. coniect. cap.

cap.4. col. 2. Larriatequi selectat. interpraetat. lib. 8. cap. 6. n. 6. potest tamen ad cautelam quis plures titulos habere, vt ex illis melius se tueri valeat, do-
7 minium munire † & aduersarium retundere text. in cap. electionem. de concess. praebend. Cancer. Var. l. 3. cap. 3. à n. 281. Mar. Cutell. in notis ad l. Martin. cap. 3. à n. 33. Roderic. Suares cons. 10. à n. 60. Solorzan. de iur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 26. à n. 78. vbi, quod ad consolidandum, & conseruandum ius suum potest quis plures titulos cumulare, & illis vti ad maiorem firmitatem, prout vti intendebat Oeconomus Deiparę de Bethlen Conuentus Diui Francisci ad firmitatem dominij census pręntensi, instrumento producto, & praescriptione se iuuans decemnali, per Regiam pracmaticam praescripta, quibus titulis se iuuare putabat, & posse se muniri credebat prout etiam credit Olea de cession. iur. titul. 6. q. 7. n. 8.

In terminis pręcisis huius casus videtur locutus textus in
8 cap. cum personae §. † quod si tales depriuileg. in 6. vt explicat Decius in cons. 269. num. 8. vbi licet dominium nequeat acquiri ex pluribus causis; possunt tamen concurrere priuilegium, & praescriptio, vt primo repulso, possit ex secundo quis se tueri, optimè Lanar. cons. 49. Valençuel. cons. 79. à num. 14. tom. 1. Priuilegium videtur titulus ex decemnali exactione censuali scaturiens, ad fauorem Ecclesiarum, tum ex vi Regiae pracmaticae, quam consuetudinis, & capituli curiarum; hoc cum alio titulo nequit simultaneo concursu conuenire ad acquisitionem dominij, in cuius nascenti acquisitione haud coalescit duplicis causae insufflatio cumulatiuè, tamen, vt si aliquo modo prima infringatur ad posteriorem adeat recursus, admittitur priuilegij, & praescriptionis cōcurrentia, & sic duplicis tituli: docet Fab. Capic. Galeot. Illustr. tom. 1. cap. 52. nu. 44. ibi *vtroque titulo iuuari posse magnum Cācellarium, priuilegio scilicet, & praescriptione, quae licet non possunt concurrere ad ius creandum, cum dominium quęri nō possit ex pluribus causis, quod secus est in possessione adnotata in l. 3. §. ex pluribus ff. de acquir. posses. possunt tamen bene concurrere ad confirmandum, vt si aliquo modo infringeretur priuilegium, praescriptio locum habeat.*

Augebatur ratio dubitandi; quia instrumenti productionē fuisse adhibitā erroneè per Oeconomum, titulum praetensi census esse autu mantem conaba-
9 tur, † cuius conatus votum, haud longè à rationis tramite deuiare, videtur; cùm error nequeat impedire dominij translationem, iuxta titulum de condict. indebit. per text. in l. si sponsa. 74. ff. de iurisdict. l. 3. cod. solut. matrimon. qui euincunt iactam conclusionem, dominij acquisitionem non posse impediri per errorem

rorem

rorem habentem ſe ex parte acquirentis: exornat Arias de Meſa. Var. Reſol. l. 3. cap. 21. n. 7. Error eductum inſtrumentum cenſus in actis exhibuiſſe deducebat Oeconomus, quem haud poſſe impedire dominij acquiſitionem per præſcriptionem, & omni pæna vacare, ex defectu conſenſus, totis iuribus conabatur; qui error, ſi facto inhæreret, vtique conſenſus deficeret per text. vulgarem in l. ſi per errorem ff. de iuriſdict. omn. iudic. Gregor. de Ganauer. deciſ. 23. n. 8. & conſ. 3. n. 3: Cæſar de afflict. controuerſ. forenſ. cap. 25. n. 12.

His rationibus haud leuis ponderis ſopitis, Regia Gubernatio, & in gradu apparationis Magnus Sardous Senatus ad fa-
10 uorem cōuentę rei, ✝ & excluſionem agentis repulſam adhibens circa præſcriptionem optatam ex vi Regiæ pracmaticæ declarauit: vnicum motiuum erat ſententiæ; quia præſcriptio obſtante nullitate tituli, & ſic mala fide, nullius eſt roboris. Solidum ſat fundamentum communiter à iuriſprudentiæ aſſeclis inſequutum. Communi calculo docent titulum nullum reprobatum, ac iuri exoſum malam fidem inducere, ac præſcriptionem impedire per text. in l. poſſeſſor. de regul. iur. in 6. cap. fin. de præſcript. Bald. in l. ſi certis annis. n. 9. cod. de pact. Iulius Clarus. §. Emphiteuſis quæſtion. 1. verſic. ſed pone. Pariſi. conſ. 23. n. 11. lib. 4. Seraphin. deciſ. 1235. n. 4. & deciſ. 1498. n. 18. Durand. deciſ. 284. 148. Caſtil. deciſ. 13. in addit. Gracian. diſcept. forenſ. cap. 441. n. 17. Poſtius de manuten. obſeruat. 42. n. 50. & poſt eius tract. deciſ. 448. n. 7. idem Caſtill. deciſ. 12. n. 16. 19. & 20. Maſtrill. deciſ. 114. n. 4. Don Ioſeph Vela diſſert. 9. ex n. 45. Franc. Nig. Ciriac. controu. 533. n. 71. vbi tenet titulum nullum impedire præſcriptionem in æternum, &
11 immorabilem. ✝ Franc. Mar. deprat. diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 17. ex n. 20. vbi ad longum deſtendit, ementem cum titulo reprobato, haud poſſe ſe iuuari præſcriptione, Peregrin. de iur. Fiſci. l. 6. tit. 8. n. 25. Menchac. illuſtrium. cap. 8. n. 11. Paul. Staibar reſol. forenſ. cap. 15. 12. & reſol. 30. n. 37. & 38. & reſolut. 99. n. 62. & 63. Acoſta de priuileg. creditor. in præfat. ad regul. primam. n. 75. vbi ſi titulus eſt vitioſus, & cui lex manifeſtè reſiſtit, præſcriptionem immemorabilem elidi tenet Franc. Rocc. reſponſ. 61. tom. 2. n. 9.

Adſcribit ſibi nullitas tituli malæ fidei adſiſtentiam, extorquet iuris deſiſtentiam, præſcriptionis aquæſtum etiam imme-
12 morabilis retundit, ✝ & ex productione tituli nulli, ſeu infecti ceſſat pręſumpt. alterius melioris tit. Menoch. de præſumpt. lib. 3. pręſumpt. 108. n. 10. Alex. Ludoui. deciſ. 467. n. 1. Caſtillo de

ter-

tertijs: vbi plures cumulat. cap. 26. num.45. post medium. Parexa, infinitis laudatis, de instrumentor. edit.resolut.2.tit.10. vbi ad longum rem hanc peragit, docens titulum nullum productum inficere, ac destruere, nõ solum statuariam quamcumq; præscriptionem; verum etiam longissimi temporis, etiam immemorialis, cum prescribentem

13 † in mala fide notoria, & positiua constituat. Molin. de Hispan. primogen. l. 2. cap. 6. ex nu. 66. cum pluribus seqq. vbi tenet; ex titulo nullo, non solum oriri malam fidem, & præscriptionem elidi in primo acquirente; sed etiam in hærede, ea ratione, quoniam omnibus eadem mala fides quasi macula originalis cohæret, totumque præscriptionis cursum corrumpit; vnde profluit cautela à DD. tradita, qua admonet causarum patronos, vt quando sola temporis antiquitate causam defendere possint, nullatenus similes titulos

14 † producant. Molin. dict. cap 6. n. 75. quod haud procedit in foro poli, audi admiranda verba Auendanni de exequend. mandat. part. 1. cap. 12. num. 32. *& ideo semper consulerem, vt huiusmodi tituli inualidi non ostenderentur in iuditio ne cõstando de initio inualidetur ius defensa; idq; iure fori videtur salubre commodo pecuniario; non tamen iure poli, cui tamen debet bonus aduocatus inhærere: nam quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, anima vero suæ detrimentum patiatur?* Ideo vbicumque non est læsa conscientia, melius est ex consuetudine immemoriali probare intentionem; quia ista præsumit omnia retro acta iusta, & rationabilia, idem firmant Molin. de primog. num. 7. Raudens. decis. pisan. 13. nu. 120. Gracian. discept. forens. cap. 441. n. 18. Castillo de testitijs cap. 26. ex num. 42. cum infinitis ab eis congestis, qui lõga manu probãt, ex titulo infecto producto oriri malam fidem positiuam in primo acquirente, & in illius herede excludi prescriptionem, sicque melius esse haud præfactum titulũ produci iuxta consilium, quod prebet amplexandum in foro fori; sed non in foro poli, qui indistincte debet preferri, & anteponi, tamquam concernens salutem æternam, vt dicitur in cap. infirmitas 13. de penitent. & remission. ad fin. cap. precipimus 12. q. 1. cap. si habes. 24. q. 3. l. sancimus in fin. Cod. de Sacrosant. Eccles. Tenent primam conclusionem Parexa, qui omnino est videndus in dict. resol. 2. tit. 10. vbi defendit, non esse locum prescriptioni cuiuslibet tẽporis, dato impedimento tituli nullo, & infecti. Larrea allegat. fiscal. to. 2 allegat. 68. num. 11.

Procedit hinc, quod emens à

15 procuratore, non viso eius mandato, constituatur in mala fide, † & non possit prescribere, ratione nullitatis tituli, pro vt fuit decisum per Regiam nostram Audientiam in causa vertente inter

Don

Don Sebaſtianum Delazonza, & fratrem Ioannem Baptiſtam Serra ordinis Prædicatorum cuius memor fui in controuerſ.22. eſt textus, qui hanc concluſionē probat in l. final. ff. proemptore: rationem aſſignat iuris conſultus in l. qui cum alio contrahit, vel ſcit, vel ſcire debet conditionem eius, cum quo contrahit. ff.de regul.iur. Mala fides reſultat exd efectu tituli vitioſi, quando quis à procuratore, nomine procuratorio, emit, non viſo, & iuſtificato mandato, à quo pendet tituli legitimatio, & ſic bonæ fidei adſiſtentia: ob quam malam fidem preſcriptio impeditur Bald. in L. 1. num. 2. cod. de rebus alienis non alienand. Ruin. conſ. 68. nu. 23. lib. 10. Manti. de tacit. lib. 7. tit. 4 nu. 18. Ioan. Baptiſta Spada com. 15. n. 15. part. 1. cum Menoch. & alijs quam pluribus Salgad. in laberint. credit. part. 2. cap. 4. n. 29. verſic. emens à procuratore non viſo illius mandato dicitur in mala fide, & non preſcribit. Rocco. reſponſ. tom 1. tit. de mandat. & complem. n. 186. vb. n. 187. limit. quando eſt per-
16 ſona, cum qua cōtrahitur, † fide digna, quæ limitatio haud amplexabilis conſtituitur, cū in iudicijs non detur diſparitas perſonarum, & nulla iuſta credulitas poſſit excuſare contrahentem cum alio, alieno nomine, approbando qualitatem aſſertiuā authoritatis alienæ, quam contrahens extraneo nomine, ſibi vſurpat, hæc qualitas accidentalis eſt, extrinſece venit, nō inhæret perſonæ, factum percutit, præſumptionibus haud nititur, opus aliterius terminat, conditio perſonæ extraneæ deterior conſtituitur: hinc probari debet, vere, & realiter præſumptionib. haud munienda: Euincitur merito contrahentem cum alio, nomine alieno, conſtitui in culpa, ſi negligentia afficitur, vt illi mandatum tutelæ curæ procuratorium, vel alias nō oſtendatur, ob quam culpam poſſeſſor ſic contrahens cæcè, & ignare malæ fidei conſtituitur vacans ſpe ad preſcribendum, repugnante obſtaculo, ſic Franc. Mari. deciſ. 131. part 1. & deciſ. 592. part. 2. pluribus laudatis. Salgad. loc. cit. n. 30.

Et non ſolum nullitas tituli in petitorio malam fidem inducit, præſcriptionem elidit, ac aſſi-
17 ſtentiam iuris denegat; † ſed & in poſſeſſorio manutentionem impedit, licet verſaremur in interdicto manutentionis interim, in quo licet regulariter non cognoſcatur de iniuſtitia poſſeſſionis, quando opus eſt diſceptio nestamen vbi euidenter ſine aliquo dubio de iniuſtitia poſſeſſionis apparet, tali caſu non eſt impartiēda, lite pendente, poſſeſſionis conſeruatio. ſic Menoch. de retin. remed. vltim. num 24. Caſanat. conſ. 40. nu 28. l. 1. Cancer. var. part. 3. cap. 14. de manut. nu. 54. Gregori. 15. deciſ. 283. nu. 5. Roderic. de ann. reddit. lib 1. q. 17. nu. 22. Ciriac. controu. 10. n. 3. & ratio videtur, quia data nullita-

litate tituli datur mala fides, & 18 abest † assistentia iuris imo repugnantia, contra quam haud arridet manutentio. Marescot. var.lib.1.cap.11.num.24.Gutierr. practic. qq. lib.3. q.14. num.63. qua hypothesi nō dicitur possessio; sed iniqua occupatio, quæ releuans haud est ad obtinendā manutentionem. Capiblanc. de Baronib. tom.2. cap.80. nu.4. & cap.96.n.11. Giurb.obseruat.13. num.10.& 27.Postius demanut. obseru.44.ex nu.20. Lex enim non intendit, cum sit iustitię cul-19 trix, † & retributio equitatis, protegere vitiosum possessorem nitentem titulo nullo infecto, vel vitioso. Cancer.var.part.3.ca.14. n.54.Gratian ca.870.n.18.Font. de part clauf.7.glof.3.par.10.n.7. Capiblant. consul.78.n.2.fabi.c. Galeot.to. controu.3.n.64.Nigr. Ciriac.controuerf.46.n.12. & regula quę docet prędonem, & iurē esse in sua possessione tuendum, non procedit dummodo eū esse prędonem, & injustum 20 possessorem appareat, † sic Postius demanut. obseruat. 42. nu. 162. Gracian. cap.899.num.22. Ioann.Baptista Ciarlin. controu. forens. cap.211. tom.2. num.74. Franc.Rocco. respon. 61. tom.2. n.12.qui interminis nostrę controuersię verba facit, docens ex productione tituli nulli denegari manutentionem Ecclesię circa exactionem Census, & elidi prescriptionem propter malam fidem positiuam, quę exinfectione tituli resultat. Andreol. controuer iur.tom.2.cap.192.nu. 18.

Bene verum est, si prauie in possessorio obtinuerit, & postea possessor in petitorio succumbat, propter bonam fidē, quam præ-21 stat sententia iudicis, & † iuxta prouocandi causam, quam possessio, prætore authore, obtentam subministrat, & alias rationes, quas Marin. quotidian. resol. to. 2.cap.92. num.16. cum seq. cumulat per text.in l. si quis solutione 24.ff.de vsur.& fructib.excusabitur à fructuū restitutione, pro vt fuit decisum penes Marin, quem repete quando occasio vrgebit.

Rationes superiori cera commentatæ, in suo casu, veritati inhærentes, haud negotium elide-22 bant, † coalescit in iure defensionis multiplicitas tituli, conueniunt causæ diuersæ ad retentionem dominij, & illius munimentum. licet non ad aquestum; sed si primæuus, à quo aquisitio rei dependet, vitio ancillatur, prescriptio haud propter malam fidem, quæ ex hoc defectu contrahitur, in diuersorio locum lucratur; tum quia ex euentu temporis dominium nequit mutari, probat Ant. Faber. de erroribus pracmatic. decad. 44. errore 10. Don Ioseph. Rettes. opusc.lib.2. sect.1.cap 5.num.6.in med.tam. quam indiuiduū ex vnica causa prouenïens, & inseparabilitate vacans.l.si vt certo §.si duobus ff. comodat. Vaconij à vacioria lib. 5.declarat.72.num.6.tum quia titu-

titulus ſuperueniens non videtur poſſe purgare vitium primæuæ
23 cauſæ, † pro vt loquens de ceſſione cũ Menoch loquitur Olea de Ceſſio.iur.tit.1 q.4.n.9.docens cauſam ſuperuenientem non poſſe ceſſionem nulliter factam confirmare: ſicque vitium originale nocumentum præſcriptioni aferet, haud intercapedine temporum obliterandum.

Perpendebam grauiter ad victoriam cauſæ, quam ad fauorẽ Gauini Pilia habui, ſibi Oeconomum Deiparæ de Bethlem prę iudiciũ allexiſſe ex productione tituli vitio affecti, recluſiſſe que poteſtatem ad alium variãdi non ſolum ob repugnantiam ſuperius cunctatam; ſed quia legitimitatem cenſus poſſeſſionis reſtrinxerat ad inſtrumentũ productum, quæ reſtrictio cohibet poteſtatem agentis, & ad ambitum cauſæ in libello expreſſæ, ius omne conducit; poſſeſſio rectè queri poteſt ex pluribus cauſis etiam inualidis l.3. §.
24 ex pluribus. ff.de acquir.poſſe. † Si tamen agens reſtringit poſſeſſionem ad vnum titulum tantũ, etiam inualidum; tunc actus non poteſt ſuſtineri ex alio titulo, & cauſa licet validis. Grauet. conſ. 171. num.17. rationem aſſignat Caſtillo. lib. 2. deciſ.139. num. 2. his verbis, *quia tunc repugnat voluntas poteſtati; quod ,enim potuit, voluit: quod voluit ad implere nequiuit*; quam regulam exornat Franc. Mar de Prat. diſcept.forenſ.cap.22 num.11.licet *enim à principio potuiſſet ſe tueri duobus titulis, tamen ſemel electione facta ad ius retentionis, quæ ei competit vti creditori, & non domino, ad alium non poteſt redire*; verba ſunt huius Auctoris, quæ apertè euincunt ſemel electione facta vnius tituli, abſq; proteſtatione, non poſſe alium cumulari, excluſionem reſpectu alterius ſubingredi: quæ doctrina approbatur per Paul. Staiban. tom.2. Reſol. 114. num.2. Si conuentus Deiparę de Bethlem plures titulos compatibiles obtinuiſſet, ad poſſeſſionem cenſus aprobandã, & dominium acquirendum, & vno ſe iuuari, cum proteſtatione ad alium variãdi voluiſſet; haud indubium voco hanc facultatẽ; ſemel tamen facta electione, & reſtrictione poſſeſſionis poſſe hac variatione, non in hoc caſu ratione incompoſsibilitatis; ſed in alio diſtincto, vacante hoc obſtaculo, vti, hoc opus, & labor
25 eſt: † ſucubuit Oeconomus con conſideratione haud habita erroris ſimulati, qui numquam prę ſumitur. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib.6. præſumpt.23.tom. 2. Don Iuan Dexart. noſter deciſ. 110. nu. 22. Cæſar de Afflict. controuerſ. forenſ. cap.12. nu.38. quem circa productionem inſtrumenti deducebat, repulſam fuit paſſus; ſed haud condemnatus fuit ad reſtitutionem penſionum, quas pręterito tempore exigerat fortaſſe ex regula per Marinum exornata: *vincens in poſſeſſorio, & ſucumbens in petito-*

titorio non tenetur ad pensiones desas. Mens senatus sub silentio apparuit inuoluta, illam haud reuoluo, cum pro scopo assumpto sufficiant exarata.

ARGVMENTVM.

Pendente iudicio nullitatis oppositæ, contra declarationem incursus censurarum, vtrum sit valida affixio cedulonum? sententia nulla non exequenda, nec ab ipsismet partibus potest approbari in vim sententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Malignitas humana in causa est, vt tot libri in dies edantur.*
2 *Excommunicatio secū trahit omnes effectus; & hi ab illa sunt inseparabiles 5. intelligitur quo ad actus internos 16. 18. in dubio non ligat 19.23.24.*
3 *Cedulonum affixio nihil de nouo ponit respectu excommunicati 4. 9. & non dicitur actus iudicialis 6. in illorum affixione non desideratur citatio partis 7. Episcopus excommunicatum in aliena diocesi potest in sua declarare 8.*
10 *Exequutio sententiæ impeditur per exceptionem nullitatis, etiamsi esset à supremo senatu prolata 11. pręcipuè quando resultat ex eisdem actis 12.*
13 *Cedulones non possunt affigi, pendente iudicio nullitatis, & suspectionis 14.15.30.*
17 *Citatus ad videndum se declarari pro excommunicato, per procuratorem potest comparere.*
20 *Excommunicatio iacta ex falsa causa, est nulla; quę non ligat apud Deum, non ligat apud homines 23. & quando est dubia, si accedat appellatio non tenetur declaratus se abstinere 25.26.*
2ù *Probandi legitimus modus dicitur reuolutio processus.*
27 *Sententia nulla, nullum effectum producit, nec meretur nomen sententiæ 28. nec per partes in vim sententiæ poterit approbari 29.*

CAP. XXXII.

PEndēte iudicio nullitatis aduersus declarationē incursus censuræ in aliquos religiosos prollatā, propter prætensum recursum interpositum à tribunali ecclesiastico Turritano, ad seculare Excellentissimi domini Proregis huius Regni (vt proxime sequēti capite videbimus) ad hoc, vt
1 euitarentur, per publicos letrones fuère declarati incursi in canonem 16. Bullæ in cæna Domini, quorum in locis publicis ciuitatis Saceris, affixio subministrauit ansam huic dubio discutiendo; dubietates quæ in dies humana calliditas, vel sibi fingit, rationis pondere opressa, vel venatur, ne impingat in proprij dispendij ruinam, suscitant litium afflatus, incommoda quamplurima parturientes; hæc

hæc eſt cauſa, quæ tot librorum volumina abſque loro producẽda fouet, nempe humana malitia, & hominum technæ. Ainichin. de preuent. ſtrum. cap. 7. nu. 13. fol. 401. in ſubiecta hypotheſi non potuiſſe procedi ad fixationem letronum, nullitatis iudicio pendente, ſuper declaratione incurſus prætendebam. Huic conatui reſiſtebat fortiter Promotor fiſcalis: dicebat cedulonum affixionem nihil in re de nouo adhibere, nec affigere; ſolum illa præuiè ſententia cenſuræ ab homine, vel à iure lata populo patefacere operati, † quam
2 operationem nõ eſſe ſeparabilem à ſua cauſa, & diſtinctam ab illa inferebat. Argumentum præmit: excommunicatio ipſa eſt, quæ ſecum inuoluit, ducit, & aſportat omnes effectus in iure, propter illius incurſum inflictos, quorum omnium ipſamet conſtituitur effectiua, & totalis cauſa. cap. paſtoralis § 3. §. verum de appellat. cap. per tuas, de ſent. excommun. cap. 15. cui eod. titul. in 6. cap. ad hæc de appellat. Vgolin. de cenſur. tabul. 1. §. 5. cap. 13. Cauar. in cap. alma mater part. 3. rellect. §. 2. num. 11. Gutier. part. 1. canonicar. qq. cap. 1. num. 36. cum ſequent. Amaia. 2. obſeruat. cap. 15. num. 24. Gloit. conſ. 12. num. 20. Amicus de iure emphyteutic. q. 1. num. 19. Anſald. de iuriſd. p. 2. tit. 8. cap. 6. num. 173. Coſme Guimer in pracmat. ſanct. tit. de excommun. non vitand. lit. à verbo denũciatio Ioan. Bat. Ver. trill. cap. 119. num. 1. tract. de iuriſdic. Archiep. Marin. reſol. tom. 1. cap. 113 num. 2. Affixio cedulonum non reſpectu excom-
3 municati, † quem non percutit de nouo, cum iam lethali vulnere percuſſus antecedenter iaceat; ſed in ordine ad ignorantes, vt euitetur, fit. Thomat. deciſ. 18. num. 6. vſque ad 12. vbi docet, letronum affixionem grauamen aliquod de nouo excommunicato non adhibere; ſed tantum fieri vt in prohibitis à iure euitetur. Si igitur affixio cedulonũ inter effectus ſucceſſiuos excõmunicationis reponitur, & per illam nihil de nouo in re adhibetur; procedere inde videtur conatus Promotoris fiſcalis, potuiſſe legitime procedi, pendente diſcurſione nullitatis declarationis incurſus excommunicationis, ad hanc cedulonum affixionem.

Doctrinæ Thomati, cedulonum publicationem nihil de no-
4 uo in re adhibere; † ſed eſſe effectum ipſiuſmet excommunicationis, docentis, adhæret Alter. de cenſur. tom. 1. diſp 5. lib. 3. cap. 3. Vgolin. de cenſur. tabula 1. cap. 21. §. 2. ex num. 1. vbi excommunicationis ſententiam ſecũ omnes ſuos effectus inuoluere tenet. Rici. in prax. part. 4. tit. de cedulonibus, reſol. 16. num. 3.

Rationis pondus augetur, ex
5 eo quod effectus, † qui, poſita in eſſe ſua cauſa, neceſſario ſequitur, vt eſt calor reſpectu ignis, frigiditas reſpectu niuis, talem con-

nexionẽ cum illa contrahunt, & ex suppositione vnius, productio alterius sequatur. Procedit hoc in excommunicatione, & effectibus illius, qui, inseparabilitate quadam phisica, suæ causæ inhærent, vt supposita hac, & illi subsequantur. Alter. de censur. tom. 1. lib. 3. disp. 5. cap. 2. versic. effectus autem. vbi tenet effectus excommunicationis esse ab illa inseparabiles, subsequiq; ipso iure, quo quis in illam incidit, Amaia. loc. cit. num. 24. Spin. de testam. glos. 11. rubric. num 65. Gutier. lib. 1. qq. canonic. cap. 1. n. 36. Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 112. num. 74. ad fin. Ex hac connexione causæ, & effectus deducebat Promotor fiscalis suæ assertionis fundamentum, potuisse ad excomunicationis publicitatem progredi, tanquam effectũ dependentẽ intrinsice, & ex suppositione causæ prouenientem. Clamabat, quid ni hæc publicatio per edicta excomunicationis à iure, & ab homine, mediante declarationis sententia, afficit? quid damni illi infertur? quid grauaminis subsequitur? sententiæ censuræ incursus declaratoriæ adscribitur vulnus, nocumẽtum, & causa horum; hac intercedente, subsequitur necessario effectus illius, solum fit hæc mediantibus cedulonibus, vt notescat omnibus, & hi excomunicati à commertio declinent, quam saltim publicationem faciendam esse, asserebat ex regula, quod tibi non nocet, & alteri prodest, l. 1. §. denique ff. de aqua pluuial. arcend. Nouar. qq. forens. lib. 1. capite 2. circa finem.

Addebat: cedulonum affixionem non dici actum iudicialem;
6 † sed extraiudicialem ex cap. venerabilem. Verbo obiectioni. de elect. docent Bellam. decis. 411. Lancellot. de attent. c. 12. limit. 21. num. 9. Asin. in prax. §. 7. cap. 5. limit. 136. Carroc. de remed. contra præiudicial. sentent. except. 44. num. 184. versic. simplex enim. Qua ratione quando
7 affiguntur, † non desideratur citatio partis, tamquam in actu extraiudiciali nullum grauamen per se inferente. Sic Riccio. in prax. par. 4. resol 16. debet tamen præcedere decretum iudicis decernens illorum affixionem. Salgad. de retent. bullar. 2. par. cap. 24. num. 15. ex Clement. 1. de iudic. qua propter Episcopus excomunicatum in aliena dioe-
8 cesi †, in propria denuncians per publica edicta, non obstringitur illum citare facere sed ex abrupto valet hanc publicationem decernere, vt ab omnibus suæ iurisdictionis euitetur. Lancellot. de attent. cap. 12. num. 9. Soccin. inter concil. Curt. Iunior. cons. 10 post num. 16. Bellam. decis. 411. Veral. decis. 424. num. 16. Ricciul. de iur. person. lib. 4. cap. 62. num. 15. quæ resolutio ex alio capite non procedit, nisi ex sæpe repitito, quia cedulonum affixio habet se respectu sententiæ tanquam effectus, & exequutio necessaria, nihil de nouo affigens ex

parte

parte rei, † nec grauamen adhi-
9 bens, † excommunicato. Suar. de cenſur. diſp. 3. ſect. 14. Erechilla. de excomun. 3. part. artic. vnic. num. 13. ſic legittimè potuiſſe decerni, & publicis in locis ciuitatis affigi: his rationibus inhærens arguebat Turritanæ mẽſæ Promotor fiſcalis.

Contingunt in cortice rationes ſuperius cunctatæ, ſed earum medulla enucleata, euaneſcere palpabis. Dicendum conſtanter venit, ad hunc actum non poſſe procedi, pendente iudicio nullitatis declarationis incurſus excommunicationis, quando iudici nullitatem obijcientem, probabili niti anchora, videtur: ratio quia affixio cedulonum, licet ſit
10 effectus excommunicationis, † eſt tamen exequutio illius, quæ nequit decerni, ſi contra illam nullitas ſententiæ opponatur à reo victo: eſt brocardicum hoc communiter in ore doctorum verſans, quod ſententiæ exequutio veniat retardanda, oppoſita nullitatis exceptione, per text. in l. ſi prætor 75. §. Marcellus, ff. de iudic. ponderando verbum, debet, ibi affixum, quod inuoluit neceſſitatem: docent Lancellot. de attent par. 2. cap. 17. num. 1. Rot. deciſ. 1. num. 5. part. 3. lib. 3. diuerſ. vbi habetur, ſententiam nullam non eſſe exequendam, oppoſita nullitatis exceptione,
11 † etiam ſi eſſet à ſupremo Senatu prolata. Lodouiſ. deciſ. 1. num. 4 & 6. deciſ. 264. num. 3. & 4. & deciſ. 330. num. 3. Ludouic. deciſ. Peruſ. 20. num. 24. & ſequent. Seſſe. deciſ. 334. num. 75. precipuè
12 quãdo reſultat, † ex eiſdem actis. Caſtill. deciſ. 79. Nygro de except. cap. 12. vbi plures limitationes, & ampliationes adhibet. Cum infinitis Parexa. de ſtrument. edit. tit. 6. reſol. 7. num. 86. Monald. conſ. 103. num. 12. 13. vbi ampliat, etiam ſi exequutionem quis intenderet virtute obligationis cameralis, quam fore impediendam per exceptionem nullitatis, tenet precipuè ex actis reſultantem, cum Bald. Burſat. Canar. & alijs Viuian. Girochi. diſcept. 47. num. 53. Anſald conſ. 16. ex num. 35. Carleual. de iudic. tom. 1. cum infinitis diſp. 16. per totam, quæ ſi fuerit ipſo iure nulla, & dederit erroneam cauſam ſoluti, non impedit conditionem indebiti, tex. in l. 1. cod. de condict. indebit. l. ſi ſponſus, §. ſi vxor, vel maritus, ff. de donat. inter. Ganauer. deciſ. 23. n. 13. 14. & 15.

Difficultatem foueo in materia excommunicationis: per Rotam exceptio nullitatis, ac ſuſpen-
13 ſio, † quam appellatio ſecum ducit, æqui parantur, confricantur, ac ſub eadem norma, cenſura, & mẽſura reponuntur. Teſtatur Lãcellot. de attent. cap. 17. num. 10. & 15. ſed ſic eſt, quod cedulonum affixio interpoſita, appellatione pendente, eſt nulla, & attentatiua, quando interponitur ante ipſam declarationem, cap. per tuas de

ſent.

14 sent. † excommunicat. Amaia. loc. cit. Salgad. de reg. protect. p. 2. cap. 5. num. 21. Ricciull. de iur. person. lib. 4. cap. 64. num. 37. vbi dicit id procedere, siue appellatio sit iudicialis, siue extra iudicialis, interposita tamen ante sententiam declaratoriam censuræ, quo casu declarationem censuræ suspendit, alias irritam facit. Fragos. de regim. rei public. tom. 1. disput. 24. lib. 8. num. 113. Ioan. Bapt. Spada cons. 141. nu. 33. tom. 1. Ioan. Bap. Ventrill. de iurisdict. archiep. cap. 119. n. 25. igitur idem de fixatione cedulonum interposita, pendente iudicio nullitatis, debet fateri, cum æquiparatorum idem sit iudiciū, quod procedit etiam pendente incidenti suspectionis. quo non repulso si ad declarationem excommunicationis progrediatur fit nullitatis pęnę rea excommunicatio, prout de nullitate, & appellatione diximus. Lancell. de attent. 2. p. cap. 6. num. 4. Giurb. cons. 9. num. 1. Cortiada decis. 33. num. 9.

In terminis hāc doctrinā tenet Alphons. de Leon. de censur. col-
15 lect. 2. num 670. & 671. † vbi docet non posse affigi cedulones, pendente iudicio nullitatis, limitat vero in nu. 672. quando nullitas opposita videretur calumniosè apposita, qua hypothesi, nō operari effectum suspensionis, pro vt in alijs casibus non habere virtutem impeditiuam sententiæ exequutionis exhibui, tenet. Calumniæ pręsumptio hic claudicabat, ex cortice actorum de nullitatibus oppositis apparebat, debebat quapropter executio sententiæ suspendi, & suspensio publicę denunciationis cēsuræ subingredi,

16 Huius cōclusionis, † & doctrinæ admirabiles rationes, ex repulsa fundamentorum, ex opposito adductorum, eruuntur. Verum est non inficiamur, executionem excommunicationis ab ipsa lege, ipso iure contrahi, & descendi; hanc tamen, quo ad effectus saltim externos, suspendendam esse per obiectionem nullitatis, quando hæc rationabili cardini inhæret, defendimus; præcipuè, quia qui dicit nullam esse sententiam, hanc non supponi fatetur, & sic non esse excommunicatum, exemplum: si aliquis citetur ad se videndum incursum in cēsuram latam, vel ferendam, quo casu poterit per procuratorē
17 comparere. † Farinac. in prax. quest. 99. tom. 3. num. 208. pro vt poterit, illo mediante, etiam petere declarari excommunicationem pro nulla. Ventrill. cap. 120. nu. fin. de iurisdict. archiep. & citatio, vel præceptū iniunctum non haberet secum salutarem clausulam scilicet, vel deducat, quare non sit incursus, vel incurrendus: tunc cominatorium mandatum, & excommunicationis declaratio subsequuta vitio
18 nullitatis affecta iacerent. † Lazar. de Monit. sect. 1. q. 1. num. 4. vbi ampliat, etiam si præceptum hoc infligeretur in vim alicuius sen-

fententiæ. Alter. de cenfuris lib. 3. fect. 3. cap. 5. verfic. addi poteft. Valençuel. conf. 6. num. 48. part. 1. Anfald. de iurifd. part. 2. tit. 8. cap. 5. num. 26. qua hypothefi, fi excommunicatus fententiam excommunicationis ex hoc capite nullitate laborare, deduceret: tunc effectum illius quoad opera externa, & cedulones haud affi-
19 gendos effe, † conftans effet: ratio; quia nullitas declarationis appareret in continenti ex iniquitate præcepti adhibiti, truncatis defenfionibus contra ius naturæ; quia dubitaretur de incurfu cenfuræ, quo dubio verfante, melior eft conditio poffidentis, quod minimum eft debet fequi, & excommunicatio non ligat. Fragof. de regim. Reipublic. tom. 1. p. 1. lib. 2. difput. 4. num. 223. Caramuel. in theolog. fundament. fundam. 66. de facr. pænit. obiect. 4. num. 1980.

Idem effet, fi excommunicatio effet lata ex falfa, & erronea
20 caufa, vel in actis non probata, † qua hypothefi, diceretur nulla notorietate facti. Filiuc. tract. 11. de cenfur. num. 228. & 239. Conynch. difput. 13. dub. 13. Bonacin. difput. 1. quæft. 1. punct. 10. num. 5. Hurtad. de cenfur. in communib. num. 113. Dian. Moral. 5 part. tract 9. refol. 27. infra cap. fequ ēti, cuius nullitatis probatio, ideo notorietatem fecum ducit, &
21 legitimum modum probandi, † nempè per reuolutionem proceffus. Rota apud Ludouif. decif. 416. num. 8. Cenfal. voto 16. n. 95 quibus cafibus, & à fronte nullitas appareret, calumniæ præfumptio claudicaret, & effectus fufpenfionis denunciationis cenfuræ obtinendus ex necefsitate veniret.

Nec obftat vim excommunicationis procedere ex clauium
22 poteftate, non à iuftitia caufę. † Abbas in cap ab excommunicato num. 10. de refcript. Ioan. Baptift. Ventrigl. in prax cap. 119. num. 1. in fin. Anfald. de iurifd. p. 2. tit. 8. cap. 6. num. 4. & illam fecum trahere omnes fuos effectus, & exequutionem ex cap. 15. cui de fentent. excommunic. in 6. quia refpōdetur procedere hoc, quoad effectus intrinfecos cenfu-
23 ræ, † & quando hęc apud Deum ligat, cuius ligamen fi deficit, non debet apud homines ligare. Bordon. regul. concil. tom. 2. refol. 78. num. 198. Dian. moral. tom. 9. tract. 8. mifcelan. refol. 45. Fragof. de regim. reipublic. tom. 1. p 1. lib. 2. difp. 4. fol. 218. num. 223. & feq. Et ex cap. feruatur cap. nemo Epifcoporum cap. nullus. cap. Epifcopi 11. q. 3. habemus excommunicationem infligendam haud effe, nifi pro peccato mortali cap. refecandæ cap. corripiantur 24 q. 3. Concil. Trident. fefs. 25. de reform. cap. 3. Thomas del Bene de immunit. eccle f. dub. 4. tom. 2. cap. 10. dubit. 4. num. 21 cum infinitis Cortiada decif. 27 num. 40. in prefenti thefe, religiofi haud reatum peccati incurrerunt, cum non recurfum prætenfum de tribunali ecclefiaftico, ad feculare interpofuerint: igitur

defi-

deficiebat culpa, & per consequens absque illa non poterant damnari per humanam trutinam. Resolutio hæc non solum procedit quando quis excommunicationis incursui haud
24 operam de certo dedit, † sed etiam quando dubium angit, ob quod, pro vt diximus, cum minimum quod est, sequi debeat, & omnis via, quæ pateat ad excludendam labem peccati, debeat amplecti, clamante Domino, *Lazare veni foras*. Carol. Marant. respons. 43. tom. 2. nu. 54. inde est quod, versante dubietate, circa incursum excõmunicationis, & quando est dubium de illa, pendente appellatione, appellans nõ obstringitur se abstinere à diuinis, & humano comertio, tanquam excommunicatus, bene tamen potest vtique se gerere tanquam non conscius poenæ. Franc. in cap. peruenit n. 6. de appellat. Scacia. de appellat. cap. 2. q. 17. limit. 22. num. 16. vbi tenet quod quando adest dubium de excommunicatione, vel incursu illius, quod tunc per appellationem suspenduntur omnes illius effectus. Ioan. Bap. Ventrigl. de iurisdic. Archiep. cap. 119. num. 13. & cum appellatio, & iudicium exceptionis, easdem, in materia subiecta, habere qualitates, & confricationem habuimus, inde est quod sub eisdem numericè effectibus debeant reponi.

25 Rursus respondetur, † excommunicationem secum trahere exequutionem, & effectus omnes, intelligendũ esse respectu actuum iudicialium, non extraiudicialiũ. Excommunicatus, mediante sententia, vitari debet respectu actuũ iudicialium, in ordine ad quos denunciatio, & cedulonum affixio, nihil denouo adiungit, secus quoad extraiudiciales, qui, quales sunt, explicat Pontifex in cap. solet de senten. excommun. in 6. ibi. *in officijs, postulationibus, electionibus, & alijs legitimis actibus*, & verbum illud, *officijs*, intelligi etiam debet de diuinis, taliter quod, pendente iudicio nullitatis declarationis incursus excommunicationis, vel prolationis ante cedulonum affixionem, quis diuina peragere officia, tuta conscientia, valeat. Alphonsus de Leon. de censur. recoll. 2. Naldo in summa verbo suspensio. num. 16.

Vno verbo peragamus negocium, vela comprimentes: licet denunciatio sit veluti qualitas quædam, & actus extraiudicialis subsequens excommunicationẽ,
26 tanquam illius effectus, † & exequutio nihil de nouo adhibens, vel grauamen secum trahens, in odium excommunicati, operans solum respectu aliorum, vt ab alijs euitetur, reputetur, & habeatur vt talis, quæ denunciatio potest fieri absque metu attentatorum, etiam pendente appellatione, ex cap. pastoralis 35. §. verum de appellat. attamen, vt hæc legittime valeat adhiberi, debet præuiè excommunicationem sup-

ſupponi legittimam eſſe, tamquam cauſam productiuam effectus, Amaia lib. 2. obſeruat. c. 15 num. 24. ſi hæc cauſa deficit, debet per conſequens, & effectus deficere; & ſi declaratio, & ſententia excommunicationis eſt nulla,
27 † nullum effectua poterit operari, cum ſententia nulla non ſit ſententia l. 4. ff. condemnatum, de re iudicat. l. vnic. cod. de ſent. ex breui loq. recitand. Clement. Paſtoral. ff. vt igitur de re iudicat. cap. illud de iur. patronat. Cęſar Argel. de legittim con. tradict. quęſt. 7. num. 146. Narbon. in l. 10. q. Gloſ. 5. n. 12. tit. 6 lib. 1. recopilat. Parexa. de inſtrument. edit. tit. 8. reſ. 3. n. 10. quia quod nullum eſt, nihil eſt d. ff. condemnatum cap. fin. de iudic. in 6. Anſald. conſ. 80. num. 1. & nihil poteſt producere, l. eius qui ff. ſi certum petat. Petrus Surdus con. 3. num. 11. & deciſ. 40. n. 8. Franc. Becius conſ. 12. num. 54. Salgad. in laberint. credit. par. 2. cap. 17. num. 48. Giurb. obſeruat. 23. num. 19. Laurent. Math. de regim. Regni Valentię in epiſt. ad lector. Nec meretur ſententia nulla, † nomen ſententiæ
28 c. fin. † de iudic. in 6. Anſald. de iuriſdict. par. 3. titulo vnic. cap. 7 num. 93. Seſſe deciſ. 230. nu. 35. adeò quòd nec poſſit per partes
29 approbari, † tamquam ſententia; ſed ſolùm in vim pacti. Seraphin. deciſ. 658. num. 5. tradunt latè Tyraquell. in l. boues ff. hoc ſermone limit. 1. num. 9. de V.S. Velaſc. in axiom. lit. R. num. 100. Barboſ. axiom. 200. num. 6. & 7. Viuio deciſ. 53. n. 6. & 7. lib. 1. Fontan. deciſ. 458. n. 4 tom. 2. Cancer. var. part. 2. c. 2. num. 287. Padill. in l. 1. num. 32 cod. de iur. & fact. ignorant. Maſtrill. deciſ. 62. n. 1. lib. 1. Anſald. nouiter, & ad ſaturitatem conſ. 16. à num. 16. & conſ. 40. à num. 9. & conſ. 143. num. 54. 55. & 56. Girochi. diſſert. 56. n. 117.

Denunciatio excommunicationis, ſuppoſito illius incurſu, fortius nō ligat excommunicatum, reſpectu actuum internorum, &
30 iuditialium, † qui ſubſequuntur neceſſario illam, aggrauat tamen reſpectu extraiudicialium, & cōmertij ſocietatis humanæ, à qua interdicitur per illam: quapropter publicationem hanc eſſe ſuſpendendam, vſque quò ius dicatur ſuper exceptione nullitatis, quando hęc videtur iudici rationabilis, & ex actis conſtat, vel apparere in promptu valet, ne excōmunicatus fortiori ligamine conſtringatur, conſtans eſt. Conatus hic haud optatum finem obtinuit, letrones fuere in locis publicis affixi, defecit factum, non hinc defecit ius, l. duo ſunt Titij ff. de teſtam. tutel.

ARGVMENTVM.

Tenuta, quę competit viduis in corona Aragoniæ circa translationem possessionis, ipso iure, omnium bonorum, quę Maritus possidebat, & cum facultate, transacto anno luctus, faciendi fructus suos, vtrum in extraneum possit cedi cum eisdem iuribus, & prerogatiuis, & stante tali statuto continuationis possessionis, vtrum hæc possit præoccupari ab alio.

SVMMARIVM.

1 *Dotium causis semper iura studuerunt circa augmentum Reipublicæ 4. Illarum constitutio dicitur lenocinium matrimonij, & omnem defectum supplet 2. Et quem absque dote nubere, est signũ stultitiæ, & species seruitutis 3. quę priuilegia principaliter Mulierem tangunt, secundario vtilitatem publicam 6.*

7 *Constitutio* hac nostra *chathloaica, in Regno Sardiniæ est admissa.*

8 *Possessio non transit, ipso iure, ab herede ad defunctum, & quomodo acquiratur, si sufficiat oculorum inspectione 9.*

10 *deffenditur constitutio* hac nostra *chatalonica ab aliquibus obiectionibus.*

11 *Lex præsumitur æqua esse.*

12 *Possessio, quę transfertur à Viro ad viduam vera, & realis est, non ficticia, & non interrumpitur per praeoccupationem alterius 13. ratio, quia veluti sagitta in viduam possessio transfertur, nullum vacuum intermedium patiens, & sic non potest ab alio praeoccupari 14. 15.*

16 *Ciuilis possessio in alium cedi potest.*

17 *Cessio in corporalibus loco traditonis habetur, in corporalibus non possessionem, sed facultatem ad illam accipiendam tribuit.*

18 *Actiones omnes possunt cedi, nisi esset ius personale, quod cedi haud valet; & intelligitur pesonale, quando personam expressè terminat 19. & 20.*

21 *Tenutę ius in aliũ potest cedi; ratio, quia importat iudiciũ manutenẽdæ quod cedibile est 22. prout etiã omnia alia remedia possessoria 23. veluti facultas ingrediendi possessionem propria auctoritate, Saluianum interdictum, & alia 24. quia possessoria interdicta non cohęrent personæ inseparabiliter 25 referuntur doctores, qui tenent ius tenutæ posse in alium cedi 26. & ibi impugnatur Cancerius tenens non posse cedi facultatem faciendi fructus suos; fuisse sic decisum in Regia Sardoa Audientia refertur 27. & iterum fuit decisum num. 36. & 38. vbi dicitur Viduam posse ius tenu tę secundo viro in dotem afferre.*

28 *Mortis casus, & renunciationis inter se aquiparantur, & sui officium, concessum post mortem alicuius, debetur in casu renunciationis; nam mors ciuilis, & naturalis quo ad plures effectus inter se confricantur; per dimissionem verò electi ad officium non dicitur hoc vacare; sed prima vacatura*

tura proſequitur 30. *&* 31.

32 *Vacatio vera per renunciationem officij inducitur.*

33 *Filia renuncians poteſt impunè præteriri per Patrem, ſic fuiſſe deciſum in Regia Audientia refertur.*

34 *Refutans maioratum habetur pro mortuo, ſic dixit Senatus Sardous ad fauorem Don Antonij Marti, & adhibita renunciatione fit tranſitus ad immediatum ſucceſſorem* 35.

37 *Ius tenutæ, quod maioribus Hiſpaniæ arridet, in alium poteſt cedi.*

CAPVT XXXIII.

SEMPER iura ſtuduerunt dotiũ conſeruationi ob vtilitatem non mediocrem, quam Reſpublica ob prolis incrementum

1 contrahit; paſſim cunctatam, † prout habetur in tex. in l. 2. ff. de iur. dot. l. intereſt 18. de reb. aucthor. iudic. poſſid. Plura priuilegia iuric. elargita paſſim obijciũtur, quę publicus fauor, ſibi extorſit, ne dotes firmitate vacantes ruinam experirentur, & ſic à matrimonijs homines declinarent, cum hodierna tempeſtate, dotiũ conſtitutio ad allicienda matrimatrimonia conſtituatur lenocinium, qua verſante vitium omne ſubprimitur, defectus quilibet

2 ſilentio mandatur; † *tace ſtulta* dicebat Pater filię, de proximo maritandæ apud Plautum in Perſ. act. 3. Scena 1. *num tu tunc hominum mores vides, quotus modi? hic eum mala fama facilè nubitur, dum dos ſit, nullum vitium vitio vertitur.* Referunt Fontan. de pactis nuptialibus clauſ. 5. Gloſ. 1. pact. 1. num. 24, Cabrer. de metu lib. 2. cap. 19. ex num. 50. Signatur dos ad calcanda matrimonij onera, dicunt Diocleſ. & Maximian. Auguſti in l. pro oneribus 20. cod. de iur. dot. quod æquum æſtimauit Vlpian in l. dotis fructus 8. ff. de iur. dot. Marant. reſponſ. 96 num. 31. tom. 5. quæ ſub ingenti pondere ſupprimuntur prout dicebam in prima mea controuerſia, hęc vtique optatur, requiritur, & neceſſaria conſtituitur ad illa ſubeunda, & iungere ſe matrimonio illa non adhibita, extrema miſeria eſt, ſtultitiæ ſignũ eſt, & ingentium incommodorum concitatio: *maximè pudendum eſſe* dixit Ariſtotel. in proemio, *ducere vxorem indotatam*, ſtultiſſimum, ac miſerrimum, & extremam miſeriam eſſe propter incommoda, quæ inde viro cumulantur. Et eſt ſpecies quędam ſeruitutis, Anaxandridas de matrimonio conſultus, reſpondit; *eum verè ſeruum eſſe, qui inopem ducit coniugem* prout refert Fontanell. num. 12. dos itaque matrimonij lenocinium, & vt etiam virtutes vxoris, quę magis allicere debent, conſtituitur, vt hæc ſalua fiat, & ſic ad vlteriora vota poſſit conuolare: quam plurima priuilegia apparent impertita, iura fauent, inſudant Doctores, & le-

ges student, prout est videndum penes DD. quos referam nitentes text. inst. 1. l. 4 † hoc modo 64. in fine ff. de condit. & demonst. l. cum ratio §. si plures de bon. damnat. qui inculcant, Reipublicæ interesse circa tuendas dotes, vt nubere melius Mulieres valeant, & liberis hominibus Ciuitatem impleant Merlin. de pignorib. lib. 3. quæst. 68. Georgius Frantkius Var. resol. lib. 1. resol. 15. Solorzan. de iur. Indiarum tom. 2. lib. 2. cap. 15. Oleã, pluribus congestis, de cession. vir. tit. 3. quæst. 7. n. 2. Carol. Ma-
5 rant. † respons. 96. to. 5. nu. 29. quibus priuilegijs nõ gaudet Mulier sterilis, quinquagenaria nẽpè, matrimonio se iugans, cum cesset scopus legis, qui ad illa impertienda nempè susceptio liberorum, mouit; probatur ex textu in l. adigere 6. §. quamuis de de iur. patron. pluribus cumulatis, Narbon. de ætat. ad omn. human. actus requisit. anno 50. quæst. 7. per totam.

Priuilegia doti concessa prin-
6 cipaliter in fauorem Mulierum, † & secundario vtilitatis publicæ fuere elargita, probatur ex text. in l. assiduis cod. qui potior. in pign. habeant vbi text. ait: ex eo fuisse priuilegia doti concessa, quia vxor prestat obsequia, patitur partus periculum, & liberos procreat, in quarum inspectionum concursu, duę priores vxoris vtilitatem concernunt, posterior mixtam tam Reipublicæ, quam ipsiusmet vxoris, cum hæc in partu alendo quã pluribus angoribus afficiatur, qui in cap. fin. de conuersion. coniugat. delineantur: atque ita cum plures inspectiones percutiant vtilitatem singularem vxoris, & vnica tantùm bonum publicum, inde fauores, & priuilegia à iuribus, fauore dotis impertita, principaliter Mulierem tangunt, secundario Rempublicam, argumento textus in l. quæritur ff. de stat. homin. docent Sanch. Negusant. & alij penes Acosta de priuileg. creditur regul. 2. ampliat. 6. fol. 241. num. 194. Cæsar de Afflic. controu. 12. num. 31.

Duplici huic vtilitati studens chathalonica constitutio incipiẽs *hac nostra* mulieribus priuilegiũ tenutæ concessit, nempe continuationem possessionis inter de-
7 functum, ac viduam absque apprehensione aliqua, † & facultatem faciendi fructus suos ob inter vsuria dotis non solutæ, transacto anno luctus. Constitutio hæc indistinctè in Regno Sardiniæ in Ciuitatibus Calaris, Saceris, & Alguerij, tum in Regiæ pracmaticæ tit. 40. cap. 4. quam consuetudinis amplexata lustratur, prout exempla, quæ successiuo cursu proponam, exhibebunt. In vtroque suo capite sanctionem hanc duritie imbibitam esse, ac repugnantia affici aduersus iuris principia quamplurimi putarũt,
8 † cum possessio absque apprehensione à defuncto in hæredem non transmittatur l. cum hæredes ff. de acquir. hæreditat. l. qui vni-

vniuerſas 30. ſſ. quod per colonū de acquir poſſe l. 1. ſſ. ſcæuola. Si is, qui teſtam. liber eſſe iuſſus eſt. Valent. illuſtri tom. 1. tract. 2. cap. 4. num. 10. Caſtill. 3. controu. cap. 24. num. 3. Salgad. de Reg. proct. p. 1. cap. 3. num. 109. quæ regula non ſolum in hærede extraneo; ſed in ſuis locum obtinet Caſtill. dict. tom. 3. cap. 22. num. 19. Noal. de tranſmiſs. cap. 38. num. 2. vbi num. 6. ampliat, procedere non ſolum in immobilibus: ſed & mobilibus, & reſpectu iurium incorporalium Cuiac. tract. 7. ad Affrican. in l. 11. de eo 40. de acq. poſ. Galeot. lib. 1. controu. 9. num. 32 Poſtius de manuten. obſeruat. 55. à n. 25. Chriſtophor. Suelues conſ. 82. n. 4. facto, & voluntate, corpore, & animo poſſeſsio vt acquiratur, indiget: quolibet deficiente, acquiſitio haud poteſt obtineri l. 3. l. quemadmodum 8. de acquir. poſſeſs. Don Ioſeph Rettes. lib. 1. miſcelan. cap. 14. Bartholom. Cheſi interpret. iuriſd. cap. 36. num. 7. ſi res tamen in præſentia noſtra ſit, etiam oculis, & affectu poſſeſſio acquiritur ſine aliqua actuali prætenſione l. pen. ſſ. ſi. vixerim ff. de acquir. poſſeſſion. Hac ratione mercium acquirit poſſeſsionem, qui apud horreum,
9 ipſius horrei claues accepit, † in quo merces repoſitæ ſunt l. clauibus, ff. de contrahend. empt. nempe quia nullo negotio poſſet horreum ingredi, & manibus merces contrectare; plurima exēpla conferunt DD. allati, quæ inculcant ad ingreſſum poſſeſſionis, cuius parturiens exordium à pedum poſitione robur fuit adeptum, qualem actum corporeum ſuo caſu conceptibilem requiri, ipſo iure haud tranſmiſsibilem conſtitui.

Reſpectu alterius capitis faciēdi fructus ſuos, videtur permiſſio
10 vſuraria † prout DD. quos cōgerit Fontan. de pact. nuptial. clauſ. 7. Gloſ. 5. part. 1. fol. 639. ex n. 9. dubitant, cum fructus in ſortem pignoris non imputentur, addo Valer. de vtroque foro diferent. 10 verbo vſura fol. 369. à nota hac, & alijs quæ poſſunt obijci, defendunt chatalonicam conſtitutionem Fontan. loc. cit. cum Oliban. & alijs, Leon. deciſ. 62. Regens Vico in pracmact. tit. 40. cap. 4. ex num. 6. quas notas dubitanti anſam ſuſcitantes abſque fruge, diiudicat Fontan. loc. cit. num. 9. attenta obſeruantia conſtitutionis, nixus doctrina Peregrini cōſ. 100. num. 26. lib. 1. vbi cum dubitaretur in caſu ſuo de validitate
11 certi ſtatuti reſpondit, † *quod quidquid ſit de iure, ſufficit quod de facto ſeruetur*; nec in mentem occurri valet ſanctionem hanc labe vſuraria affici, nullitati vacare ex defectu poteſtatis in conditore, & iniuſtam reponi; cum reperiatur condita ā habente poteſtatem, & in chartophilatio corporis municipaliū legū recondita; creditur legem omnem in dubio præcipuè, dū praxi demandatur, æquitatem comprehendere; præſumitur legis latorem ritè, & rectè in condenda

da lege se habuisse, ipsaque dogmata præscripta esse ex omni laterere æqua:hæc est præsumptio, qua ingenium vehitur, omne aliud fortiori pondere suadetur. Carleual. de iudic. tom.2.disput. 25. num. 16. Fragos. de regimin. Reipublic. part.1. lib.1. disput.2. §. 4. num. 160. 161. Solorzan.de iur. Indiar. tom.2 lib.3. cap. 10. num. 82.

Virtute tenutę, possessio bonorum,quæ apud defunctum tem-
12 pore obitus † reperiebantur absq. appręhensione aliqua,ministerio legis in viduam transfertur, côntinuatur, & transfunditur absque interpolatione, artificio, vel ministerio hominis, prout ad longum Fontan.Glos. 3. part. 3.claus. 7. ex num. 1. Olitan. ad §. fuerat c.1. num. 42. instit. de actionib. Mier. in hac constit. nu. 33. fol. 147. Leon. decis. 62. Regens Vico loc. cit. Ripol. var. tit. 10. ex num. 300. Cancer. Var. 2. p. cap. 5. à num. 21.in quam vera transfertur possessio ciuilis,& naturalis,non fictitia;prout transfertur ministerio legis per mortem vltimi possessoris maioratus in sequentem successorem per legē 45. tauri. docent Pas.de tenuta. cap. 20. num.14. & cap. 35.n. 20. & cap. 50. à num. 2. Azeued. in l.8. tit.7. lib.5. recopilat. num.10 Noguerol. allegat. 25. num. 9. & 191 asserit possessionem tali casu veram, & propriam possessionē
13 esse †, & non interrumpi ex eo, quod alius de facto illam apprę̄henderit:pluribus laudatis Olea de cession iur. tit. 3. q. 4.n. 7.

Ratio affertur, quia possessio viduæ intelligitur acquisita ex operatione iuris præueniente vo-
14 luntatem illius † Graciā. discept. forens. cap. 700. num.38. & 39. ex Mar. Mut. Giurb. & alijs Amat. Var. resol. cap. 39. num. 67 Cutell.de donat.contemplat. matrim. tom.1. tract.2. disc.1.spect. 12. num. 283. in qua, veluti sagitta, nec oculo intellectus, tēporis intermedium patiens,transfūditur,nullum admittens vacuum à puncto obitus viri ad punctum viduitatis, & translationis possessionis in viduam: cum hæc fiat ministerio iuris vtrumque punctum, nempè obitus viri, & continuationis possessionis per viduā in vnum inseparabile coniungēte. Ex Tyraquel. Molin. & alijs probat Fab. cap. Galeot. respons. Fiscal. 12. num. 425. Cæsar de
15 Afflict. controu.iur.cap.9.nu.11. cuius effectus est, † vt ab alio nequeat prœoccupari.Ratio assignatur,quia duo in solidum possidere eamdem rem non possunt l si vt certo §. si duobus vehiculum, ff. commodat. & possesio præoccupati ab eo in quem iuris ministerio transit,cum factum legis potentius, & penetrabilius sit facto hominis, l. Iulianus Noster. de condit. & demonstrat. cap. præterea, & ibi Innocent. num. 3. de appellat. Monter.decis. Aragon. 2 num. 19. ita docet Cęsar. de Afflict. num. 12. vbi apertè docet: stante statuto translationis possessionis, ipso iure, de viro ad viduā

non

non dari tunc præoccupationem adfauorem tertiæ perſonæ, per quam ſi de facto adhiberetur, diceretur occupatio corporalis clandeſtina perturbatio de facto, & perturbatrix veræ ciuilis poſſeſſionis non manutenenda, l. Clam de acquir. poſſe. & ſpoliatiua ad longum Fontan. Gloſ. 3. part. 9. Clauſ. 7. Amat. reſol. 39. n. 68. Cęſar. de Afflict. num. 32.

16 Ius hoc tenutæ licet perſonalis videatur fauor mulieris, † in aliũ cedibile conſtituitur, cum & ciuilis poſſeſſio valeat cedi per tex. in l. interdum, §. vltim. ff. de acquir. poſſe, vbi Bartol. & Alex. dixerunt: ciuilem poſſeſſionem ceſſioni eſſe ſuppoſitam, per actũ fictum, Text. in l. quod meo nomine, ff. cod. pręcipuè in iuribus incorporalibus, in quibus in ceſſionarium quaſi poſſeſſio per ceſſionem transfertur, l. 2. §. idem Nerua, ff. ne quid in loco public. Duard. poſt tract. de cenſib. deciſ 339. num. 5. Gracian. tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 310. num. 1. Acoſta de priuileg. creditor. regul. 3. ampliat. 4. num. 37. Noal. de tranſmiſſionib. caſu. 38. n. 7.

17 & eſt ratio, † quia ceſſio in incorporalibus, l. fin. cod. quando fiſcus vel priuat. & ibi Gloſ. Hermoſill. in l. 50. Gloſ. 11. num. 21. tit. 5. part. 5. Guſman. de euict. quæſt. 30. num. 85. Intrigliol. conſ. 1. num. 46. Monter. à Cueua deciſ. 46. à n. 49. Thoro 2. part. compend. verbo creditores ceſſionaris, & verbo creditor; licet poſterior: vbi in incorporalibus ceſſionem, & corporalibus traditonem idem eſſe docet. Cyriac. controu. 128. lib. 1. num. 61. Gallerat. de renunciat. lib. 1. cap. 4. Angelo de meliorat. in l. 1. Gloſ. 5. num. 150. Leotard. de vſuris quæſt. 88. num. 33. nouiſsimè Cæſar de Afflict. controuerſ. iur. cap. 24. num. 12. ſecus in corporalibus, in quibus ceſsio non poſſeſsionem, ſed facultatem ad illam arripiendam tribuit, niſi in aliquibus ſingularibus caſibus, quos cumulant Olea de ceſsion. iur. tit. 6. quæſt. 5. num. 5. Poſtius obſeruat. 55. à num. 16. & obſeruat. 20. à num. 2.

18 Inſuper iura omnia, † & actiones cedi poſſunt l. vlt. & per tot de redit. vel action. vendit. Iacob. de Aren deciſ. iur. rubric. 4. n 45. Donel. lib. 15. commentar. c. 43. Anton. Faber. lib. 5. coniectur. cap. 7. circa princip. Fachin. lib. 2 controuerſ. cap. 11. verſic. probatur, Ricciol. Noal de tranſmiſſionib. cap. 24. num. 14. Larrea allegat. fiſcal. tom. 2. cap. 120. n. 9. Ioan. Baptiſt. Thoro, 3. tom compend. verb. ceſsio iuris luendi circa princ. fol. 147. Paul. Galerat. de renunciat. tom. 1. cap. 4. num. 116. Ciriac. lib. 2. controu. 298. num. 18. & controu. 321. num 28. Caruallo de vna, & altera quarta, part. 3. num. 150. & eſt text. in l. ſi culpa l. fin. ff. de rei vindicat. l. vt tantum ℱ. interdũ ff. de ſeruo corrupto, *ibi cedere autem ſollicitatori periculo ſerui actionibus*. l. plane ℱ. verbo debeat ff. famil. Heriſcund. qui euincunt con-

conclusionem iactam, actionem omnem cessibilem, nisi esset ius personale, personæ annexum, & illius ossibus cohęrens, sicut lepra leproso, prout loquitur l. vitia 11. cod. de rei vindicat. quod cessibile haud constituitur, personam comitatur, illi inseparabiliter incumbit respuens extensionem, transmissionem, & communicationem. Probatur ex l. si Mulier §. si ex asse ff. de iur. dotium, l. non solum, §. si puellæ, ff. de ritu nuptiarum cum Tiraquell. & aliis Castill. de vsufruct. cap. 59. num. 19. Larrea dicta allegatione 120. num. 4. & 14. Paul. Gallerat. num. 122. Salgad. de retent. bullar. 2. post cap. 6. à n. 25.
20 vbi personalia iura, † haud posse cedi tenet, Sperell. decis. 35. num. 32. tom. 2. Marin Quotidierol. tom. 2. cap. 150. num. 2. Franc. Maria de Prato discept. forens. cap. 6. num. 15. tom. 2. & intelligitur personale ius, quando personam expressè terminat, veluti dignitas, vel priuilegium, quod cessibilitati haud supponitur, cum extinctione personę priuilegiatæ extinguitur, l. forma 8. quamquam ff. de censibus, l. cum patronus 28, ff. de legat. 2. ibi: *quoniam quod illius personæ prestatum, numquam ad alium pertinere debet*, l. Neratius, l. priuilegia, ff. de regul. iur. cap. priuilegium de regul. iur. in 6. Giurb. decis 51. num. 8. Hyppolit. Montan. in addit. ad Oliban. de actionib. part. 2. lib. 1. cap. 4. nu. 21. Mastrill. de magistratibus lib. 4. cap. 13. num. 73. Cerrea tom. 1. decis. 31. num. 22. Camill de Curte diuers. feud. part. 1. §. 4. num. 17. Noal. de transmissionibus Canc. 23. num. 21. & Canc. 27. num. 14. Fab. Capic. Galeot. lib. 2. controu. 51. à num. 1. Ioan. Baptist. Spada cons. 55. tom. 1. num. 26.

Ius tenutæ non esse priuilegiũ merè personale mulieris perso-
21 nam expressè, † & extrictiuè terminans, in aperto est, vidimus in heredes transfundi, in filios transmitti, in alios cedi, communicationem patitur; transfusionis potestate pollet, & licet directa actio ossibus illius inhæreat; tamen exercitium illius, & vtilitas cedibilis constituitur, l. si quis ergo in fin. & ibi Glos. de pecul. vbi licet directa actio nequeat cedi, potest vtilis, & exercitium illius Criuell. decis. 111. num. 8. Carleual. de iudic. lib. 2. tit. 3. disp. 26 à num. 1. Arias de demer. lib. 1. cap. 1. num. 5. & cap. 15. nu. 13. Schiferdiguer. lib. 3. tract. 23. q. 5 Noal. de transmissionibus cap. 24 num. 14. & cap. 36. num. 10. Gusman. de euict. quæst. 31. num. 80 Paulus Gallerat. num. 80. & 210. Olea decis. iur. tit. 1. quæst. 2. Merlin. Centur. 2. controu. cap. 31. à num. 3. Acosta de priuileg. credit. Prælud. 2. num. 11. cum seqq. quæ cessio solum operatur circa commoditatem fructuum, non vero circa intrinsecam actionem ossibus incumbentem, & inseparabili nexu illaqueatam, à qua licet cessionis ius exterminetur,

non

non à facultate fibi adfcribendi, vel alteri donandi fructus, quorum perceptio, cōmoditas,& vtilitas valet cedi. Paulus Chriftonei nouiffimè ad leges Municipal.tit. 15. q. 7. n.3.

22 Nec mireris,ius tenutę,† quod virtute conftitutionis *hac noftra* mulieri arridet circa retentionem bonorum mariti, cum poteftate faciendi fructus fuos,& continuatione poffefsionis,poffe in alium cedi; cum ius hoc folum importet iudicium poffefforium manutenendæ, quod indiftinctè in aliū cedibile conftituitur per text. expreffum, l. quod fi in diem p. Iulianus, ff. de petit. hęredit. l. cum fundum, ff. de vi, & vi armat. Menoch. de retinend. Remedi 3. à num. 258. Gracian. tom. 2. cap. 310 à num. 1. ad 27. Poftius de manut. obferuat.35. à nu.3. ad 23 & obferuat.3.per tot.Mier.de maior. 2. part. quæft. 15. n. 2. Fontan. decif. 166. à num. 4. Rota apud Farinac. 2. part. decif. 764. num.2. Duard. poft tract. de cenfib. decif. 250. num. 1. & decif. 344. num. 1. Merlin. de Pignorib. lib.4. quęft.103. num. 3. pro-

23 ut etiam,† & omnia alia remedia poffefforia cedi poffunt; de remedio adipifcēdæ loquutus fuit Menoch. dift.Remed. 4. à num.249. quem fequitur Hyppolit. Montan. in addit. ad Oliban.de actionib. part. 2. lib.1. cap.4. num.21 Franc. Milanes decif.3. num.115 lib. 1. Noal. de transmifsionibus cafu 39. num.8. & 9.Cyriac controu. 12. n. 2. in decif. quam refert poft illam Paulus Gallerat. de renunciationib. lib. 1. cap. 4. num. 53. Cęfar Argol. de legittim. contradict. quæft. 7. art.2. à num. 39. qui omnes remedium adipifcendæ poffefsionis, veluti ex edicto Diui Adriani, poffe in alium cedi fatentur. Hunnius in encicloped. iur. 4.part.tit. 15.n.14 & 17. fub cuius remedij adipifcendæ ambitu comprehęndun-

24 tur,† & facultas ingrediendi poffefsionem bonorū debitoris propria auctoritatē, quæ in pactum deduci folet ex l. 3. Cod. de Pignorib. Horat. Carpan. ad ftatut. Mediolan. 2.tom. cap. 55. & 56. Thoro voto 84. à n.78. Gaito de credito cap.4. quæfit. 11. à n.292. & Saluianum etiam interdictum, quod inter remedia poffefforia adipifcendæ connumeratur in §. interdictum inft.de interdict.quę vtraq; fpecies poffefforij adipifcēdæ ceffionis,facultati obnoxia cōftituitur:ratio,quia poffefforia hęc interdicta non perfonæ cohærent infeparabiliter,dimembrationem patiuntur, communicationē præftant Moliq. natus de retent. q. 344. Plaza de delict. cap. 47. verfic. vlt. ad propriam.Amad.conf. 1. num. 8. qui loquuntur de pacto ingrediendi propria auctoritate poffefsionem bonorum debito-

25 ris, † decenter poffe in alium cedi tamquam remedium poffefforium. Thoro dict. vot.84 n. 111. ex alijs Noal. de tranfmifsionibus cafu 39. num.29. vbi limitat, quādo facultas hæc arrideret virtute alicuius priuilegij, quod in-

communicabile esse, superiori cera vidimus, Capic. Latro. decis. 16 num. 42. de Saluiano interdicto loquitur Pacific. hoc tract. inspect. 3. cap. 2. à num. 990. vbi tenet posse hoc remedium possessorium in alium cedi, Cessibile esse fatetur Thoro Voto 19. num. 30. Noal. de transmissionib. casu 39. à num. 21. vbi de alijs remedijs possessorijs verba facit concludens illa esse cessibilia, illum pete cum longa manu hunc punctum attingat.

Euincitur merito ius, tenutæ mulieribus coronæ Aragonis arridens, cum potestate faciendi fructus suos, trãsacto anno auctus,
26 † & cõtinuatione possessionis inter defunctum maritum, & viduam ministerio legis, absque aliqua opera extrinseca hominis, cessibile constitui, saltim quoad vtilitatem, & exercitium, licet actio directa ossibus viduę alligata adscribatur, suum, siue alium, siue extraneum, prout in precisis terminis tenutæ, quam intra manus gerimus, loquuntur, & docent Cancer. var. part. 2. cap. 7. de restitut. spoliat. num. 107. & 108. licet ipse cap. 9. nu. 61. teneat potestatem faciendi fructus suos non posse cedi, quem suo gladio iugulo. num. 176. tenet, viduam in bonis inquiitatis facere fructus suos, rationem assignat; quia habet se tanquam accessorium, & quid consequens respectu tenutæ, igitur vbi hæc competit, debet, & competere ius faciendi fructus suos, sed sic est quod in ore illius cessibile constituitur ius tenutæ, igitur; & faciendi fructus suos, cum iuxta verbum Canceris, habeant se hæc ad modum vnius, & inseparabilia. Tenent nostram conclusionem Ripoll. var. tit. 10. à num. 450. Fontan. de pact. nuptialib. clausul. 7. glos. 3. part. 8. à num. 20. Hermosilla in lib. 9. glos. 3. num. 74. & 75. versic. restingere secundo, his laudatis Olea de cession. iur. tit. 6. q. 2. num. 138. fol. 220. vbi tenet, ius tenutæ tangens mulieres viduas, circa retentionẽ bonorum mariti, cum potestate faciendi fructus suos, posse in aliũ cedi, transmitti, & transfundi. Eandem verissimam conclusionem testatur tit. 6. q. 5. num. 22. Fuit sic decisum in Regia nostra Audientia semper Augusta anno 1658. ad fauorem Georgij Pi-
27 soni, † & in odium Philippi Sequi, vbi fuit dictum, ius tenutæ arridentis Claræ Pisoni in bonis Saluatoris Sanna eius defuncti viri, potuisse in dictum Georgiũ Pisoni cedi, huncque tanquam cessionarium iuribus, adfauorem tenutariæ præscriptis, potiri posse.

Ratio alia iniungitur pro hac opinione constipanda: mortis ca-
28 sus, † & renunciationis inter se confricantur, æquiparãtur, & sub eadem determinatione, ac marte reponuntur, pro vt est text. in l. Gallus §. & quid si tantum, ibi, *est ad similitudinem mortis cęteri casus admittendi sunt*, ff. de liber. & posthum. l. si necem §. deportatus, ibi, *quia mortui loco habetur*,

betur, ff. de bonis libertor. Hinc videmus, tutorem vocatum ad tutelam in caſu mortis, cenſeri vocatum in caſu renunciationis, vel remotionis, pro vt dixi to. 1. deſſert. cap. 23. nu. 18. Similiter officium conceſſum poſt mortem alicuius deberi, & in caſu renunciationis, pro vt docet Maſtrill. de magiſtrat. lib. 1. cap. 26. vbi ad longum punctum hunc diſcutit,
29 † concluditque, vocatum ad officium in caſu mortis, cenſeri etiam vocatū in caſu refutationis Amaia in l. Nullus 60. cod. de Decurionib. num. 39. alijs cumulatis, Olea deciſion. iur. tit. 3. quæſt. 4. num. 13. rationem ego adiungo: quia refutatio, & ceſſio officij habetur pro morte ciuili: mors autē
30 ciuilis, † & naturalis quoad infinitos effectus inter ſe æquiparantur per text. in l. Gallus, §. quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum. heredib. inſtit. Franch. deciſ. 562 Seraph. deciſ. 1286. tom. 2. Giurb. conſ. 67. num. 18. Ioſeph Mele in addit. ad Gizarel. deciſ. 75. num. 4. pluribus laudatis, Don Ioan. Dexart. deciſ. Sardin. 94. num. 2. vbi mortem ciuilem naturali æquiparari, quando eadem militat ratio, docet; Caſtill. Sotomayor controuerſ. iur. lib. 3. c. 12. Iub. n. 32. tom. 3. Marin. quotid. reſol. tom. 1. cap. 253. n. 15. Narbon. de ætate ad omn. human. aſt requiſit. anno 10. quæſt. 9. num 6:
31 per mortem vero, † vel dimiſſionem officij habentis ius ad rem, non in re, ſcilicet, per dimiſſionem conceptam per electum ad officium, abſque ſuſceptione poſſeſsionis nondicitur vacari officiū, ſicque non ſubingredietur diſpoſitio allata; ſed continuatur prior vacatura, quæ adhuc extincta non conſtituitur, prout cum Garria de beneficijs, & Hieronymi Gonzalez docet Salgad. in laberint. credit. part. 1. cap. 15. n. 9.

32 Renunciatio, † & refutatio renunciantem, tamquam mortuum conſtituunt, truncantes eum de medio, naturam vltimæ voluntatis ſortientes; vera vacatio per renunciationem, ſicut per mortem, inducitur c. ex parte in princip. de offic. delegat. Idem effectus huic duplici inſpectioni attribuuntur, ancillantur, & adſcribuntur, ſicque ceſsio, & renunciatio pro morte ciuili reputantur, ſibi extorquentes operationes iuris
33 mortis naturalis, † procedit hinc, quod filia legittimæ renuncians mediante iuramento, poſsit præteriri impunè à Patre, cum filia renuncians habeatur pro mortua cui nec paſsio, nec actio competit, quæ ratio facit ceſſare querelam prçteritionis in filia, quç iam præuiè, mediante vinculo iuramenti, ſe abdicauit ab hereditate Patris, docent Cancer. Var. part. 3 cap. 15. n. 6. de renunciat. Franc. Merlin. controu. iur. tom. 2. controu. 21. num. 2. fuit ſic deciſum pænes regiam noſtram Audientiam, pænes Don Ioan. Dixart. deciſ. 76. vbi refert, Patrem poſſe præterire filiam, quæ renunciauit, cum pro mortua habeatur, & fuiſſe deciſum ſic in Regio Sardoo Senatu.

Et quod refutans maioratum
34 habeatur pro mortuo, † dixit idē Senatus Sardous anno 1657. ad fauorem Don Antonij Marti, & Cambella in causa, quæ vertebatur cum Illustri Marquionissa de Villa rios eius Matre, per quam ad illius fauorem fuerat refutata, & cessa Baronia de Romagnia, quæ obseruatio nititur tutæ DD. sententiæ, quàm hùc vsque arripuimus, refutationem, naturam vltimæ voluntatis sortiri, casui mortis adæquari, & adhæreri, sic Mur. de Maiorat. 3. p. quæst. 10 num. 142. cum Isernia in cap. 1. per quos fiat, inuestitur, §. 1. col. 6. Gutier. 3. part. Practic. quæst. 9. q. 71. num. 3. Giurb. de success. Feudor. §. 2. Glos. 10. num. 48. versic. ad hæc: vbi per renunciationem maioratus statim fieri locū successori immediato per text.
35 in cap. 1. de alienat. † feudi paterni, ac si per mortem delata esset successio tenet Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. num. 44. Valençuel. cons. 83. num. 48. tom. 1 late Solarzan. de iur. Indiar. to. 2. lib. 2. cap. 6. à num. 46. Vidua relicta superstes per mortem viri tenutaria effecta in effectu, cum continuatione possessionis, poterit optimè tenutam cedere ad fauorem alterius, postquam illam iam acquisiuit, qua cessione celebrata, habebitur tamquam mortua, & sicut per illius mortem naturalem heres prosequitur idem ius tenutę, & successiuo cursu, eodem hoc iure vtitur: sic per mortem ciuilem, nempè renunciationem, hi omnes effectus locum lucrabuntur.

Hanc eandem resolutionem amplexatus fuit Regius Senatus
36 in causa vertente inter egregium Comitem de Sedilo, † & D. Michaelem Manca, cui Donna Gabriella Zonza tenutaria Baroniæ de Romagna, tamquam vxor in primęuis votis Don Iosephi Liperi domini præfactæ Baronię, in secundis nuptijs tenutā hanc constituit in dotem, & sententia lata fuit dicto nobili de Manca, conseruata tenuta, cum potestate faciendi fructus suos, prout inferiori capite videbimus: quæ declaratio ex nullo alio capite potest sanari, nisi quia vis tenutę in alium cedibile sit, prout argumentatur Fontan. de part. nuptialib. Claus. 2. Glos. 3. pact. 8. num. 34. vbi ad vnguem eundem casum
37 delineat cuiusdam tenutariæ, † quæ secundo viro tenutam, in bonis primi viri sibi arridentem, cōstituit, concluditque, validam esse hanc constitutionem, legittimam, & inuri in nixā: pro ratione validitatis nullum aliud fundamentum assignat, *nisi quia ius tenutæ potest cedi in alium, & sic constitui in dotem per vxorem secundo viro* prout etiam ius tenutæ, quod competit virtute legis Taurinæ in Hyspania, successori in maiora-
91 tu cessibilitati supponitur, prout dicebamus superiori pagina. Docet Pas de tenuta tom. 2. cap. 61. & pluribus laudatis Olea de cession. iur. tit. 3. quæst. 4. num. 8. & 9. vbi tenet, ius tenutæ successorem

rem

rem maioratus tangens; poſſe in alium transfundi, & cedi, & tit. 6 queſt. 5.

His rationibus ſatisfaciebam primo dubio, † quod ſuſcitatum
18 extitit in cauſa vertente inter Dō Antonium Manca, & Iacumonio & Donna Magdalenam Saluañolo ex vna parte coniuges, & ex alia Donna Gratiam Pilo, & Anſaldo, prout in ſequenti capite videbimus, in qua primo fuit dubitatum, vtrum ius tenutę competens dictę nobili Saluañolo in bonis Don Antonij Pilo Nuſeo eius defuncti viri, in primęuis votis, potuerit in eius ſecundum virum transfundi, & cedi, vel per ceſsionem remanere extinctam, & euacuatam, fuitque dictum, ceſsionē validam, & legittimam eſſe.

ARGVMENTVM.

Tenutaria vtrum in bonis vinculatis faciat fructus ſuos. Et quid dicendum ſi fructus tenutę eſſent multum pingues, et ſolum viduæ deberetur reſiduum dotis ſat tenue. Princeps, quando aliter pax haberi queit, poteſt iura priuatorum lædere. Vidua non habet tenutam bonorum, quorum poſſeſsio, penès defunctum, tempore obitus non reperitur. Cumulantur plures deciſiones Senatus Sardoi materiam tenutæ attingentes.

SVMMARIVM.

1 *Caſus preſentis Controuerſiæ proponitur.*

2 *Bona vinculata remanent obnoxia dotium conſtitutioni, & reſtitutioni, licet teſtator expreſſam prohibitionem de non alienando etiam reſpectu dotis affixerit 3. ratio aſſignatur, & Doctores qui hanc opinionem tenent, refferuntur 4. Sic fuiſſe deciſum in Regia Sardoa Audientia reffertur 5.*

6 *Poſſeſſorium iuditium non poteſt impediri exceptione fidei commiſſi, quæ ad petitorium debet reſeruari, ſic fuit declaratum in Regia Gubernatione Saſſeris, & deciſum in Regia Audientia 7,*

8 *Vidua habet tenutam in bonis vinculatis, & ratio videtur, quia legis lator indiſtinctè illam conceſſit in omnibus bonis, cum ſciret diſtinctionem bonorum, à cuius ſilentio argumentū deffectus voluntatis deſumitur 9. alia duæ rationes ſignantur, ad inculcandum in bonis vinculatis, viduis deberi tenutam 10. & 11. referuntur Doctores, qui huic opinioni adhęrent 12.*

13 *Tenutariā non facere fructus ſuos in bonis vinculatis Fontanella deffendit. Afferuntur rationes, quę pro hac opinione pugnant: contraria opinio deffenditur, tamquam tutior, & in medium proferuntur fundamenta concinnentia 14. 16. 20. vbi probatur tenutariam eſſe dominam omnium fructuum, etiam prouenientiū ex bonis vinculatis 23. 26. 27. 29. refferuntur DD. qui hanc opinionem tenent. 30. & alia ratio cumulatur 31. reffelluntur fideicommiſſarij querelas porrigentes ob hoc priuilegium*

gium tenutaria, cum illorum negligentię debeant damna adſcribere 40. 46. fuiſſe ſic deciſum in Regia Audientia, in duplici occaſione, reſſertur 49.

15 *Maritus facit fructus ſuos fructus pignoris, pro ſecuritate dotis, illi traditę.*

17 *Vidua debentur Vſurę, etiam ſi ceſſet lucrum ceſſans, vel damnum emergens, ob ſequentes redditųum annuorum venditiones.*

18 *Poſſeſſorium iuditium manu tenendę, trahit ſecum implicitè condẽnationẽ fructuũ, lite pendẽte, decurſorum: ante litẽ motã vero non 19.*

21 *Tenutarius maioratus interim quod in proprietate vincitur, dicitur, quaſi dominus, & fructus ſuos facit, qui ſunt acceſſorij dominij, vel quaſi 22.*

24 *Actus ſingularis non debet diuidi, & probata obſeruantia reſpectu vnius partis, dicitur etiam probata reſpectu alterius 25.*

28 *Acceſſorium debet imitari naturam ſui principalis.*

29 *Vidua non habet tenutam bonorũ, quorum poſſeſſio pœnes defunctum non reperiebatur, tẽpore ſui obitus.*

32 *Tenutaria vtrum faciat fructus ſuos, ratione reſidui ſuæ dotis illi debiti, quando illi ſunt pingues, & iſtud tenue. Reſſeruntur DD. & rationes pro opinione affirmatiua concinnentes 36. demonſtratur hoc ſecundum ęquitatẽ eſſe 39.*

33 *Aequitas non patitur, vt quis locupletetur cum alterius iactura, & in foro conſcientiæ debet prferri ſcripto rigori 34.*

35 *Doctor in terminis loquens, debet ſequi; niſi Contrarium proberur alijs iuribus.*

37 *Rigor ſcriptus debet præferri ęquitati non ſcriptę, licèt pietas lęſa videatur, cum iudex ſit ſeruus legis, & non poſſit eſſe clementior illa 38.*

41 *Damnum, quod ſequitur ex propia negligentia ſibi ad ſcribere debet. 42. Princeps poteſt per legem generalem iura ſubditorum, lędere, pracipue pro bono pacis: reſſertur caſus in Regno Sardinę habitus, qui hoc exhibet 43. 45.*

44 *Indulgentia delictorũ operatur quoad Fiſci, non partis intereſſe.*

47 *Specialia duo poſſunt concurrere, quando vnum ab illo dependet.*

48 *Exitus præſentis cauſę reſſertur.*

CAPVT XXXIV.

TEnuta bonorum D. Antonij Pilo Nuſeo, per Sententiã Regiæ Gubernationis Ciuitatis Saſſaris, in gradu Appellationis, per Regiam Audientiam confirmatam Noboli Magdalenę Saluañolo, eius primæuis votis vxori, & in ſecundis Don. Antonij Manca Iacumonio extitit adiudicata, non obſtante, quod bona tenutæ ſuppoſita fidei commiſſo ad fauorem Nobilis Gratiæ Anſaldo Pilo Sororis ex vtroque latere D. Antonij Pilo, virtute teſtamenti Don Philippi Pilo eorum Patris inuenirentur obnoxia. Optima ſanè declaratio, æqua ſententia, tenutam in bonis vinculatis ratione dotis mulieri

lieri adiudicans. Communis, & cõtradictorio Marte vacans, præcipuè in Regno Sardiniæ, opinio bona fideicommiſſo ſubiecta dotis reſtitutioni facere obſtricta, quæ docet. Aſſeclas penè innumerabiles cumulaui tom. 1. Diſs. cap. 10. n. 30. quibus addo Acoſta de priuil.creditor.inferius refferendum ex num. 40. Oleam, pluribus laudatis, de ceſsion. iuris tit. 6. quæſt. 2. num. 15. vbi ſuſcitat dubium, vtrum hoc priuilegium ſit ceſsibile in alium. Noal. de tranſmiſ. caſu 22. num. 4. quod reſoluit affirmatiuè, Nouar. lib. 1. qq. forenſ. q. 48, Marin. reſol. 19. tom. 2. num. 6. vbi dicit procedere quando ſit ceſsio titulo oneroſo, ſecus lucratiuo.

2 Et procedit † licet adeſſet expreſsè prohibitio teſtatoris ſpecifica de non alienando bona illius, etiam ratione dotis, quę inermis conſtituitur, tamquã tendens cõtra apertam legem præſcriptam
3 in fauorem mulierum, † vt facilius matrimonio poſsint ſe iugare, & procreationi Sobolis ſtudere, vt liberis hominibus Ciuitas repleatur, ſub qua inſpectione inducitur vtilitas publica, cui perſona priuata, haud præiuditium queit inferre; fauorem tam priuatum mul ris tangentem, quam publicum, Rempublicam amplexantem in dotium conſtitutione, & tuitione dicebamus ſuperiori capite adeſſe, huic, priuata lege, teſtator nequit præiudicare per text. in l. nemo poteſt de legat. 1. optimus textus in l. quod de bonis, ſ. fin. ff. ad leg. falſid. vbi habetur teſtatorem non poſſe nec legi expreſſæ, nec fauori publico derogare; bona fideicommiſſo obnoxia ex publico fauore, & lege aperta compertum luſtratur, dotium cauſæ iacere ſubiugata, prout habetur in authentic. res quæ cod. commun. de legat. l. ſi cum dotem §. tranſgrediamur, ff. ſolut. matrimon. l. mulier. ſ. cum proponeretur l. ſi filia, ff. ad trebelian. Vbi dixit iuriſconſultus dotem haberi loco æris alieni, vt explicat, Acoſta de priuil. creditor. regul. 1. amp. 3. num. 56. verſic. in quam ſententiam, & numero 57. contra has
4 leges, † & fauorem publicum quo imbibuntur, teſtator nequit recalcitrare, affigens prohibitionem alienationis: qua propter euincitur meritò, non obſtante expreſſa voluntate teſtatoris, remanere fideicommiſſo bona ſubiecta, reſtitutioni, & conſtitutioni dotis obnoxia iuxta communẽ DD. calculũ, & diuerſas tribunalium diuerſorum ſententias, quidquid minus optimè Dominus Regens Vico tit. 40. cap. 4. cum alijs num. 18. dicat. Docent Marzar. in epitom. de fideicommiſ. quæſt. 48. verſic. *contrarium tamen*. Petra eodem tract. q. 8. num. 436. vbi hanc opinionem putat veriorem, tam in iudicando, quam in conſulendo Fuſar. de fidei com. ſeù ſubſtit. q. 531. num. 71. vbi ab hac opinione non putat recedendum in iudicando, & conſulendo, iuxta quam

quam sic fuisse decisum refert Surdus decis. 62. firmauit Rota in nouissimis part. 2. decis. 49. à num. 33. Turriol. cons. 22 n. 17. Ceuall. commun. contra commun. quæst. 743. & iuxta hanc opinionem fuisse iudicatum in omnibus tribunalibus, refert ferè totius orbis Marta de succes. legal. part. 4. quæst. 21. art. 17. n. 86. Sequuntur Marescot. Var. lib. 2. cap. 69. num. 16. cum Fontan. Fachineo, Stalicid. Pacific. & alijs infinitis Ioan. Baptist. hodiern. ad Surd. dec. 92. num. 1. & 15. Rouitus cons. 54. num. 11. vol. 1. & cons. 55. Franc. Censal. obseruat. ad Peregrinum art. 41. vers.
5 sic. † hæc cōclusio ampliatiuè fol. 431. fuisse sic decisum per Regiā nostram Audientiam anno 1654. recordor ad fauorem venerabilis confraternitatis del Rosario. Et in odium Pauli Acillara, vbi in confirmationē Sententię Regiæ Gubernationis fuit dictum, bona Marci Cano, licet obnoxia perpetuo fidei commisso cum expressa prohibitione de non alienando, etiam causa dotis, remanere dotis restitutioni subiecta, spreta testātis voluntate, tamquam pugnante, & contra apertum ius, & contra publicum fauorem. Optima igitur declaratio Senatus, in bonis vinculatis tenutam adiudicās ad tenorem constitutionis *hac nostra* Catalonicæ, cuius in antecedenti capite memor fui constitutus. Solidissimis fundamentis iuditium possessorium retinendæ dicitur, & est iuditium tenutæ, quod retardari, impediri, vel offuscari nequit exceptione fidei commissi impositi super bonis, quorum manutentio optatur. Dicitur exceptio hæc intricata, re-
6 quirens altiorem indaginem, † & medullam causæ vulnerans. Hinc reijcienda, repellēda, & non iuditio possessorio manutenendę exterminanda, fiirmauit Rota poenes Marchesan. de commissionibus p. p. fol. 869. num. 1. & decis. 251. num. 5. vbi ad impediēdam manutentionem census, hunc oneratum extitisse super bonis feudalibus fuit per hæredem fideicommissarium oppositum, qua oppositione non obstante, manutentio fuit impartita repulsa tamquam à Iuditio possessori extranea, fuisse sic obseruatum per Regiām Gubernationem Ciuitatis Sasseris anno 1657
7 † ad fauorē Oeconomi Diui Augustini, & contra Doctorem Iacobum Gallo attestor. Per quē exceptio fidei commissi in iuditio possessorij manutenendę versus fuit opposita, & hęc repulsa affecta, tamquam respiciens petitorium. Quę Sententia per Regiam Audientiā fuit confirmata. Docent Censius, & alij poenes Postium de manutenendo obseruat. 62. num. 3. Ainichin de preuēt. instrumentorum p. 7. cap. 2. nu. 84. Vbi in n. 99. ampliat, etiam si hęc exceptio posset in promptu probari.

Fidei commissi exceptio in
8 iudicio tenutæ, † non solum in possessorio interim sūmarijssimo, sed

ſed & in plenario, † & petitorio reijcitur illa indiſtinctè impartita mulieri in bonis vinculatis, cum Vidua habeat intentionem fundatam in omnibus bonis per maritum poſſeſſis, tempore obitus, virtute prædictæ conſtitutionis, quæ indiſtinctè abſq; ſeparatione bonorum, ſegregatione hæreditatum, diſtinctioneque aliqua Viduę poſſeſſionẽ, cum facultate faciendi fructus ſuos tranſacto anno, bonorũ mariti tribuit, haud interdicendo illi ius hoc in bonis fideicommiſſo ſuppoſitis. Recludit legislator in ſcrineo ſui pectoris omnia iura, quorum ſcientia imbui præſumitur, loquitur Summus Pontifex in cap. 1. de conſtit. lib. 6. pro vt etiam pręſumitur ſcire omnia, quæ ſui miniſtri capiunt, Fab. Capic. Galeot. Illuſtr. tom. 1. cap. 22. num. 28. Afficiebatur cognitione naturę fideicommiſſi, cuius ignorantiam indubium vocare, verecundię videtur lenocinium: legis huius conditor in præſcriptione tenutariæ conſtitutionis haud ſeparationem bonorum ad-
9 hibuit †, Inde ab hoc ſilentio argumentum deffectus voluntatis euincitur iuxta textũ in cap. conſuluiſti 18. ff. & quod Sanctorum Patrum 2. quæſt. 5. cap. 2. ne ſede vacante l. diffidentis 5. cod. de repud. qui inculcant Brocardicum illud velle, non voluiſſe legislatorem intelligi illud, quod ſilentio mandauit, cum exprimere facili negotio potuerat. Valenç. conſ. 127. num. 39. tom. 2. Carol. Maranta reſp. 64. tom. 4. num. 56. *ibi non dixit legislator, nec nos dicere audeamus*. Fontanel. deciſ. 505. tom. 2. num. 4. Lelio Allograd. conſ. 61. nu. 34. tom. 2.

Rurſus bonorum vinculato-
10 rum tenuta mulieri arridet, † quia defficientibus bonis liberis, bona fideicommiſſo ſubiecta remanent affecta reſtitutionis, & conſtitutionis dotis onere, prout aperta iura inculcant, cuius reſolutionis firmitatem nemo vſque adeò in dubium appellauit, qua hypotheſi, diſcrimen omne verſans inter bona libera, & fideicommiſſo obnoxia abducitur; diſſoluuntur hę in ſuam antiquã liberam naturam, & omni remoto impedimento, dotis reſtitutione affecta conſtituuntur: Voluntas priuata teſtatoris tacita, vel expreſſa, bona ſua in familię decus ſucceſſiuũ perpetuandi, claudicat, vel ex pręſumpto ipſiuſmet teſtatoris voto, vel ex aperta iuris ſanctione in fauorem cauſæ dotis, tamquam tangentis bonũ publicum, ob defficientiam bonorum liberorum, quibus defficientibus, bona vinculata libera conſtituuntur, & ſic debent in corpore tenutæ contineri, prout
11 argumentatur † Leon. to. 2. deciſ. 123. num. 2. alias Vidua obſtringeretur, pro ſeparatione bonorũ, magnas lites ſubire, per tribunalia vagare, quæ inuoluunt ſecum expenſarum intollerabiles erogationes, ſicque per longiſſimum tempus interdicta iaceret ad noua conuolare vota, damnata ad

temporalem, & vt plurimum ad perpetuam viduitatem contra tex. in l. 1. cod. de indict. Viduit. tollend. sequitur Ramon. conf. 50 cum dote spoliata, impotens constituatur nouas contrahere nuptias. Ansaldo de iurisdict. part. 4. titul. 6. cap. 3. num. 88. quę rationes, & aliæ constituunt opinionem hanc tutiorem omnino
12 sequendam, † prout sequutus fuit noster Senatus, repetitis vicibus, adiudicando viduis, & in possessorio, & petitorio in bonis vinculatis tenutam. Docet Mier. *ad constit. hac nostra* apud Oliban. de actionibus in 2. relect. §. fuerat ex num. 8. cum multis sequentibus Cancer. Variar. part. 1. c. 9. de dote n. 176. Molin. de ritu nuptiarũ. lib. 3. q. 28. ex n. 10. Ripoll. var. tit. 10. ex n. 380. cum seqq. Ramon. & Leon. locis citatis. Regens Vico tit. 40. cap. 4. n. 16. 17.

Non angebat dubium in lite vertenti inter nobiles Magdalenã Saluañolo,
13 † & Gratiã Ansaldo circa adiudicationem tenutæ respectu hæreditatis Don Antonij Pilo fideicommisso obnoxiæ; contingebat solum circa faciendum fructus suos fructus illius. Dicebat fideicommissaria, tenutariæ in bonis vinculatis cõpetere tenutam, iuxta tutiorem opinionem, quam plena ore esse fatebatur; sed priuilegio fruendi fructibus, transacto anno luctus, vacare conabatur; duplex priuilegium in constitutione cathalonica Viduis tenutam bonorum defuncti viri tribuenti imbibitur. Primum, possessionis continuationem, absque apprehensione aliqua, ministrat; secundum, trãsacto anno, potestatem faciẽdi fructus suos impartitur; priori gaudere tenutariam in bonis vinculatis; posteriori carere conatus nobilis Gratię Ansaldo tendebat; nec elidibili videtur niti anchora, cum hæc, & munimentis, & patronis stabiliatur: delineantur illa pænes Fontanellam, longo Calamo in 2. tom. de pactis nuptialibus, Claus. 7. glossa 3. part. 4. ex num. 1. vbi ideo mulierem priuilegij faciendi fructus suos in bonis vinculatis incapacem reddit; quia bona hæc non intelliguntur esse mariti, hoc defuncto: tum quia cõstitutio tenutam Viduis, adiudicans dicitur exorbitans, specialitatem continuationis possessionis continens, & sic aliam specialitatem faciendi fructus suos: cum duplex specialitas nequeat coalescere in eodem actu vacans viribus producere. Et tandem quia statutum translationẽ possessionis de defuncto ad heredem permittens, debet intelligi de possessione apud defunctum, absque ammissionis metu quiescente, & de sui natura ad hæredes transitoria, non de momentanea deambulatoria, & quæ in illos transmitti repugnat, prout explicat Tiraquell. in tract. Le mort. Saysit. 4. part. declarat. 3. De quo argumento magnum festum facit Fontanell. putans totam vim sententiæ in illo niti. Dicit. constitutionẽ Cathalonicã

absque

abſque miniſterio Viduę in illã bonorum poſſeſſionem defuncti viri, oculo intellectus, ipſo iure transfundentem, abſque interpollatione eſſe reſtringendam, & intelligendam de poſſeſſione tranſitoria in illa, non de tranſmiſſionis potentia vocante, & quæ per mortem viri, ipſo iure extinguitur, prout eſt bonorum vinculatorum. Quapropter reſpondit Franc. Marzar. in conſ. 41. per totum. Mulierem, cui licita eſt bonorum mariti retentio pro ſua dote per tex. in l. filio §. 1. ff. ſolut. matrimonio. Non poſſe ſibi retinere bona fideicõmiſſi, cum non dicãtur, inquit, bona mariti. Quibus fundamentis, & alijs leuioris ponderis, totis viribus pugnat, tenutariam haud poſſe facere fructus ſuos in bonis vinculatis, licet in illis tenuta potiatur pro ſecuritate ſuæ dotis; cui opinioni adhæret Mier. & Oliban. loc. cit. quos congerit Fontan. num. 3.

Contraria opinio tutior con-
14 ſtituitur,† potioribus fundamentis, & aſſeclis munita; ſi enim mulier haud fructus ſuos faceret in bonis vinculatis, multa incrementa ſubiret, ſub diuerſis ærumnis reponeretur, tum ob reſtitutionem fructuum, qui facili negotio in horreum mittuntur, duriori vero ab illo diſſoluuntur: tum quia illo tunc bona fideicõmiſſo ſubiecta nomine pignoris retineret pro ſatisfacienda ſua dote, & iuribus dotalitatis, ſicque teneretur fructus cum ſorte compenſare, prout dicit Summus Põtifex in cap. illo, Vos cap. cum contra de Pignoribus cap. conqueſtus de vſuris tex. optimus in l. ſi dominium 9. cod. de Pignoribus, vbi habetur fructus ex re pignorata perceptos imputandos eſſe in ſortem principalem. Docent Afflict. deciſ. 8. num. 16. & num. 161. Verſill. nu. 14. Franch. deciſ. 200. Monach. deciſ. 40. puncto 8. Maſtrill. deciſ. 100. n. 1. Mangil. de euict. quæſt. 144. Capicc. Latro deciſ. 25. Arias de Meſa Variar. lib. 1. cap. 4. n. 14. Merlin. contr. iuris cap. 27. n. 3. Puta nunc quę incommoda, quas amaritudines, quę diſſona Vidua pateretur, ſi putans virtute tenutæ in bonis vinculatis arridentis, & freta DD. placito fructuum fluitionem indiſtinctè in illis tribuentium illos conſumeret, & reſtituere poſtea cogeretur, dote orbata, perpetuæ viduitati damnata, pudicitiæ iacturę expoſita, & tribunalium iurgijs iaceret mancipata. Recordare quæſo, ne vidua his conflictibus afficeretur, fuiſſe conſtitutionem hanc cunctatam, & priuilegium impartitum; ſi facultate faciendi fructus ſuos in bonis fideicommiſſi vacat en ærumnæ, en diſſona perpenſa, & prius truncata in incrementum erumpunt, euadunt, & iterum pullulant; & quod vno tramite arriperetur, alio reſtitueretur, quod iuri eſt exoſum; bene inde infertur facultatem hanc eſſe firmandam, non abolendam.

Mulierem melioris eſſe condi-

-tionis, quam virum circa bonorum tutamen, & illis potiendi, contra plurima discrimina, quę malitia hominum, & litium technę solent venari firmitatē, iura 15 in aperto clamant, † hęc assertio haud patrono indiget. Videmus tot rescripta, tot cōstitutiones conditas pro dotibus tuēdis; quę ratio mihi aliam subministrat pro cōprobando principali conatu. Maritus retinens pignus pro securitate suæ dotis, fructus suos facit indistinctè ex illo deducibiles, nisi pacto diuersum appareat firmatum, quos haud obstringitur sorti imputare ex Innoc. 3. in cap. Salubriter de vsur. Ciriac. in c. 1. de feud. & in l. 42. §. cesura ff. solut. matrim. vbi ait, quod licèt iure Pontificio improbetur antichresis, quia vicem vsurarum obtinet cap. 1. & cap. conquestus de vsur. Paulus Christingi ad leges municipales tit. 1 art. 33. n. 19 affirmat tamen eodem iure conuentionem conceptam ad fauorem mariti, vt fructus Pignoris lucretur in Antichresim validā esse, etiam in foro cōscientię Trul. lench. in pręcepta decalogi lib. 7. cap. 19. tom. 2. dub. 14. nu. 14. quibus frui debet, tum propter onera matrimonij, tum propter vsuras dotis solutionis retardatæ. Docent comuniter DD. maritū fructus pignoris suos facere, & non imputare illos in sortem. Cancer. Var. part. 1. cap. 9. de dote num. 62. Fontan. Gutier. & alij poenes Oleam de cess. iur. tit. 6 quæst. 2. num. 39. Castill. to. 3. controu. cap. 3. per tot. Acosta de priuileg. creditor. regul. 3. limit. 2. per tot. Leotard. de vsur. quæst. 28. num. 39. modo sic: Maritus fructus pignoris suos fa-16 cit propter dotem non solutā; † igitur hoc idem debet procedere in Vidua, quę omnium bonorum indistinctè pro tuitione suę dotis, ad modum vnius, mariti defuncti possessionem retinet, quasi loco pignoris, vsquequo illa soluatur, debet fructus suos facere, fructus hæreditatis, cum sit melioris conditionis, quam maritus, nec videtur consonum huic minus priuilegiato, hoc peculiare priuilegium esse indulgendum, & Viduę ex omni latere pluribus prærogatiuis vallatę, denegandum.

Accedit tam priuilegiatas esse vsuras, quę Viduis debentur ob dotis non solutę retardationem, vt licet non appareat de qualitate 17 damni emergentis, † vel lucri cessantis, possint exigi, & debeantur; indulget ius viduis ob earum fauorem, vt possint, nō probato interesse lucri cessantis, vel damno emergente, vsuras dotis non restitutæ exigere, propter frequentes redditium annuorum venditiones. Docent Gutier. de delict. quæst. 91. num. 31 & 33. Noguerol. allegat. 17. art. 1. Acosta de priuil. creditor. regul. 3. limit. 2. num. 36. in fine. His laudatis, Olea de cessio. iur. tit. 6. quæst. 2. num. 35. Vela 2. tom. decis. 35. à num. 49. vsque ad 53. quod est valde singulare priuile-

uilegium Viduis arridens, prout & eſt etiam ad fauorem mariti introductum pro vſuris dotis nō ſolutę, poſſe lucrari fructus pignoris pro ſecuritate dotis promiſſæ illi traditi. Quod etiam debet competere Viduę reſpectu totius hæreditatis viri. Cum hęc habeatur loco pignoris, & conſtituatur magis priuilegiata, quam ille.

Tertio pro retentione fructuū. Ex bonis vinculatis perceptorum ad fauorem nobilis Magdalenæ
18 Saluañolo cunctabam, † iuditiū tenutæ. Eſſe iuditium poſſeſſorium retinendę, quod ex natura ſua intrinſeca ducit conſecutionem fructuum, etiam ſi non fiat illorum expreſſa mentio in mandato de manutenendo; eo ipſo quod alicui manutentio impartitur alicuius rei; fructuum condemnatio implicitè imbibitur, & venit iuxta tex. in l. 1. §. ex die ff. de vi & vi armat. Salgad. de regi. protect. part. 2. cap. 1 num. 118. firmauit Rota in vna Turritana tertiariarum apud Poctium deciſ. 366. Burat deciſ. 184 num. 1. vbi addit. litt. A. idem Poctius de manut. obſeruat. 14. num. 1. vbi dicit regulare eſſe in iudicio manutenendæ, venire fructus à die litis motę perceptos:
19 † decurſi vero antea, haud veniūt, quia ſententia manutentionalis intermedia, & præparatoria ad iudicium poſſeſſorium plenariū dicitur interim, & impartitur ſolū ratione ſolius poſſeſſionis præſentis, & inſtantis. Fab. Capic. Galeot. Illuſtr. tom. 1. cap. 54. ex num. 1. & ideo trahi non debet ad ea, quæ in præteritum, & ante litem motam contigerunt prout dicitur in dicta Turritana num. 1 Seraphin. deciſ. 835. num. 2. & deciſ. 1168. num. 3. Mantu. deciſ. 162. in fine, vbi dixit Rota, fructus decurſos ante litem motam, non venire in iudicio poſſeſſorio manutenendæ. Vidua er-
20 go in iudicio tenutæ, † tamquam poſſeſſorio retinendæ, fructus cōſequitur, lite mota, decurſos ex natura intrinſeca ipſiuſmet iudicij, quorum reſtitutionis rea haud conſtituitur; immò domina ex conſequtione poſſeſſorij tenutæ, quod ſecum inuoluit, per neceſſarium conſequens etiam tacitè fructuum conſequtionem: decurſos verò ante litem motam minus obſtringitur reſtituere, ea ratione, quam in cap. 37. perpendebamus cum Marin. quotidianarum reſol. tom. 2. cap. 92. nu. 14. nempè obtinentem in poſſeſſorio, & ſuccumbentem in petitorio nō teneri ad fructuum perceptorum reſtitutionem: igitur Vidua fructus perceptos bonorū vinculatorum, lite pendente, ſuos facit ratione tenutæ, & poſſeſſorij retinendæ, quod illi competit reſpectu illorū, virtute naturæ cauſatiuæ huius effectus ipſiuſmet interdicti: ante litem verò motam decurſos lucratur ratione bonæ fidei, quæ ex obtentione in poſſeſſorio retinendę procedit per tex. in lege ſi nauis 62. §. generaliter, ff. de rei vindicat. prout argu-

gumentatur Marin. loco citat. n. 17. & 18. Annuit Salgad. in labyrint. credit. par. 2. cap. 22. n. 51. vbi dicit per sententiam tenutæ adiudicatoriam constitui in bona fide, & esse possessorem bonæfidei tenutarium, haud obnoxium restitutionis fructuum oneri Sanfelic decis. 124. num. 18. & 21. tom. 1 Paulus Rub. decis. 198. num. 9. tom. 2. & sic constituitur indistinctè domina omnium fructuum bonorum, [illegible] rum possessionem retinet.

Hæ rationes superius allatæ proprio marte elaboratę reponū-
21 itur, † quas haud apud DD. huius opinionis patronos dispunctas inuenies, & illas, tenui meo iudicio, non leuis ponderis ad conatū comprobandum dijudico, quibus aliā subnecto. Tenutaria interim, quod non vincitur in proprietate à fideicommissario, probante qualitates fideicommissi, conditionis euentum, & sub ingressione illius, dicitur iuris præsumptione rei domina, & vt talis actiuas, & passiuas operationes sustinet per tex. in l. siue possidet 15. cod. de probat. l. liub. cod. de agricol. & censit. lib. 11. l. quidam in suo vbi Bartol. ff. de condit. instit. & l. 4. cod. de probat. l. fin. cod. de rei vindicat. pluribus cumulatis, Salgad. in laberynt. credit. par. 2. c. 22. fol. 405. num. 19. vbi tenutarium maioratus interim, quod in proprietate vincitur, dominum iuris præsumptione appellat. Quo perpenso, videmus, tenutariam transacto anno luctus, pręsentare ad ius patronatus, experiri in iudicio, redimere census, aliaquè peragere, quæ quasi dominum, vel
22 exhibent, † vel commitantur: et sic est, quod fructus sunt accessorij dominij, vel quasi, insequētes dominum, vel quasi, l. 1. & 2. cod de pignorat. actio. l. Julian. §. si fructibus, ff. de actionib. empti. l. ex diuerso, l. in fundo ff. de rei vindicat. l. fructus cod. Cephal. cons. 63. num. 3. & cons 131. n. 24. Rota decis. 495. sub. num 1. pat. 1. & decis. 421. num. 4. par. 3. recent. Salgad. in laberint. p. 2. cap. 27. num. 33. Sperel. decis. 118. tom. 2. num. 14. Igitur tenutaria, quasi domina habita iuris præsumptione, interim quod in proprietate sucumbit, debet
23 suos fructus facere †, etiam bonorum vinculatorum, cum quasi dominium comitentur, tamquā quid accessorium fructus. Ex quo argumento, Maioratus tenutariū facere fructus suos, concludit Salgad. dict. part. 2. cap. 22. num. 51. per tex. in l. exitus ff. de aquir. possess. §. commodum instit. de interdict.

Fateri debent per necesse Fon-
24 tanel. Oliban. † & Mier. ex suppositione, quod in bonis vinculatis tenuta competat, tenutariā debere facere fructus suos, tum quia huius costitutionis, & priuilegij vnica est dispositio, singularis permissio, & vnicum non duplex priuilugium, quob haud scindi in partes debet, in parte acceptari, & in parte respui; cum sit indi-

indiuiduũ,vnicum actum in ſuo naſcentis exordio cõſtituens,qui totus debet approbari, vel reprobari, & non in fruſta diuidi, l. neminè ff. de legat 2. Cæſar de Afflict. contr. 15. num. 10. ibi in omni materia totus actus debet
25 approbari, † nec circa eundem actum admittitur diuiſio, præcipuè in materia priuilegij, cuius obſeruantia integralis probatur ex obſeruantia vnius partis,quãdò cadit ſub vnico actu, vnica conceſſione,& vnica cauſa,in qua probata reſpectu vnius partis obſeruantia, dicitur probata in totũ l. 1. §. fin de itiner actuq; priuat l. citato horum, & ibi Bartol. ff. de publican. Auend. de exeqnend. mand. part.1. cap. 1. ſub. num. 22. cum Ioan. Garſia, & Mier. Salgad. de Regia prot. p. 3. cap. 10. num. 111. & 112. fol. 423. Valenç. conſ. 85. num. 8. fol. 470. Marcus Cutellus ad leg. Martin. Reg. Siciliæ. cap.
26 63. num. 56. fol. 379. † & cum ſit fauorabile principaliter in fauorem mulierum: licet ſecundarium odioſum in diſpendium comiſſariorum fidei, Ramon. conſ. 50. num. 91. inde interpretandum in meliorem partem Franc. Nig. Cyriac. con. 291. n. 45. tom. 2. tum etiam quia facere fructus ſuos tenutariam habe-
27 tur tamquam quid conſequens,† & acceſſorium conceſſioni tenutę. Cancer var. p.1.cap.9.num. 176. vbi dicit,cathalonicam conſtitutionem principalitèr mulieribus indulſiſſe conceſſionem tenutæ, reſpectu continuationis,& retentionis poſſeſſionis bonorum mariti, & per conſequens, ſeu acceſſoriè poſſe fructus ſuos facere: at ſic eſt, quod acceſſoria, & incidẽdentia debent ſequi cauſam principalem, eamdem aſſumere na-
28 turam, † & ſub eiſdem regulis, norma, & directione confricari, germanari, & reponi l. cum principalis ff. de regulis iuris cap. acceſſorium eodem tit. textus elegans in l. & ſi nòn ſint de auro, & argento legat. Sanfelic. deciſ. 321. num. 1. tom. 2. Salgado de retent. bullar 2. part. cap. 26. n. 41. & cap. 30. §. 1. num. 7. Caſtillo tom. 6. controu. cap. 168. à num. 3. inde cum principale, nempè tenutæ conceſſio, bona vinculata comprehendat, comprehender eetiam debet acceſſorium, nempe fructuũ acquiſitionem; cum acceſſorium naturam principalis debeat imitari.

Et quod facere fructus ſuos tenutariã,habeatur tamquã acceſſorium, reſpectu conceſſionis te-
29 nutæ, patet ad oculum, † non enim, acquiſitione fructuum Vidua gaudet bonorum mariti,niſi vbi tenutam habet. Pone illam vacare tenuta ex aliquo capite, veluti ſi bona,quæ optat,non eſſent poſſeſſa à viro, tempore ſui obitus, quo caſu, haud illi competeret retentio bonorum, quorũ poſſeſſio penes alium occupata non vacans coſtituitur Bald. in l. poenali cod. de non numerat. pecun. num. 1. Amat. ex pluribus reſol. 39. num. 66. Cæſar de Afflict.

flict. controu. 9. num. 9. fuit decisum Consilio supremo Aragonum, reuocando Sententiam latam in Senatu Sardoo ad fauorē Marchionis de Quirra, teste Fontan. de pactis nuptialibus Claus. 7 Glosa 3. p. 4. n. 62. in fin. tunc nec tenuta nec ius faciēdi fructus suos arrideret. Vidua solum pro inter usurijs dotis non restitutæ, in poenam negligentiæ hæredum, fructus sibi adscribit, quando bonorum mariti retentionem obtinet: non quando illa vacat. Qua hypothesi, si haud satisfacta constituitur de iuribus suis, via ordinaria debet experiri contra tertiū possessorium. Igitur ius faciendi fructus suos, habet se tamquam accessorium respectu tenutę, eamdem naturam assumens, eisdem dogmatibus regulandum, & vestigia principalis obnoxium insequi. Quibus rationibus per me exaratis, & alijs inferiùs refferendis, quas huic paginę haud
30 mitto, † cum facili negotio apud illos ad oculos valeant mitti, cùm occasio anget, puto hanc posteriorē opinionem tutiorem, pro vt illā insequutus fuit noster Senatus Sardous Docent Cancer. var. 1. p. cap. 9. de dot. & donat. propter nup. num. 176. Portoles. ad Molin. verbo vidua num. 48. Molin. de ritu nuptiarum lib. 3. cap. 28. num. 10. vbi sic fuisse decisum in Regia Audientia Cathalon. reffert. Ripoll. Variar. cap. 10. num. 382. vbi huic opinioni ideò adhærent, quia non videtur præiuditium inferri fidei commissario ex commodo perceptionis fructuum, quod Viduis constitutio tenutę tribuit, cùm possit, omni breuitate adhibita, hanc redimere, & satisfacta vxore de
31 iuribus suis, illam dimittere †. Addo ego in concessione fructuū tenutariæ non dari præiuditium fidei commissario: immo addi fortiorem stimulum ad redimēda bona vinculata ab onere tenutæ, ea ratione, quia quando grauior est poena, maiori circumspectione progreditur. Patet hæc lex fideicommissario, notoriè lustrātur priuilegia mulierum, sub silentio haud inuoluuntur tenutæ prærogatiua, horum ignorantia haud in litem potest vocari. Hinc strepitent fidei commissarij, sparsis vellis remigent, & totis viribus insudent ad dimittendam viduam, suorū iurium solutione interueniente, qua dimissa, omni amaritudine, & anxietate vacabunt. Iuxta hanc resolutionem fuisse decisum refferunt Don Geronimo Leon. decis. 123. lib. 2. num. 15. in Regio Senatu Valentino, & in Senatu Cathalonico Ramon. cons. 50. à num. 18 vsque ad 29.

Nec dubio afficiebatur obiectio alia pro parte Nobilis Gra-
32 tiæ Ansaldo opposita, † solum deberi Nobili Magdalenę Saluañolo residuum dotis, quod tenuis quantitatis constituebatur, nēpe quinque centum ducatorum, fructus autem tenutæ esse magni valoris, quorum vnica annali exactione, sors principalis debiti extingue-

tinguebatur: dicebat reipublicæ intereſſe, dotes mulierum conſeruari; non autem locupletari illis cum diſpendio alterius: locupletarentur autem Viduæ cum dãno alieno, ſi ob modicam dotem lucrarentur fructus exceſſiuos tenutę; adducebat pro ſcopo ſui conatus verba ſupremi Conſilij Aragonum, quam refert ad verbum Fontan. de pactis nupti. clauſ. 7. Gloſ. 3. par. 4. latæ ad fauorem Marchionis de Quirra reuocantis in Senatu Sardoo prolatam, quæ ſunt tenoris ſequentis. *Et quod licet Reipublicę interſit, dotes mulierum conſeruari, non autem locupletari ipſas cum maxima aliorum iactura, & quod fructus propriè dictorum bonorum reſeruatorum ſimul, & ſtatus, & cæteroium exceſſiui, immenſi ſunt.* Æquitate vacare conabatur pretenſionem faciendi fructus ſuos ob reſiduum tam tenue dotis, quæ non pati-
33 tur, † vt locupletetur quis, cum alterius iactura text. in l. curabit ff. de actionibus empti. Laurentius Vrſel. legal. concluſ. tom. 1. con. 66. num. 10. Aic. de iure emphiteut. quæſt. 70. num. 4. & q. 73. num. 3. & cum ſit auditium æquitas, in quo, circumſpectis regulis iuris, ſtatuitur ad dictamen rationis naturalis. Raudensh. deciſ. Piſan. 41. num. 19. Cicero in topicis, quem adducit Conan. comen. iur. ciuil. tit. de æquitate ſub num. 4. littera D. circa medium. Iulius Cæſar. Caluin. in tract. de æquitate in prælud. cap. 1. num. 3. cum duobus ſeqq. efficit, vt ne cui plus, ne cui minus, ſed ſuum cuique ſub æquo libramine tribuatur. Franc. Mar. de pract. obſeruat. cap. 48. num. 45. quã in foro conſcientiæ preferendam eſſe rigori iuris poſitiui dixit Sperel. tom. 2. deciſ. 162. num. 24. daretur inæqualitas circa commutatiuam diſtri-
34 butionem, † ſi tenutaria ratione reſidui tenuis ſuę dotis, fructus tã pingues ſibi adſcriberet, lęderetur adæquationis præſcripta norma, ſi pœna tam grauis ob delictum negligentiæ, parum culpabilis, infligeretur, & tandem vſurariã prauitatem contraheret Vidua, ſi ob modicum reſiduum, fructus tam exceſſiuos, ſuos faceret, vt loquitur, & dubitat Valer. de vtroque foro. Verbo vſura differen. 10. fol. 369. Hæc primo aſpectu videbantur obiectionem adhibere, & hæc licet non tam aperto ore pars altera allucinabat;

Perpendebam primo in præciſis terminis adeſſe plures patro-
35 nos aſſumpti noſtri, † ex parte vero alterius nullum, ſicquè mihi adſcribendum eſſe brauium; nam quando circa aliquod dubiũ adeſt doctrina in terminis alicuius Doctoris, debemus illi nos ſubmittere, ſtare, & illã inſequi, pro vt docent plures à me congeſti p. to. diſſer. 14. num. 33. Lelio Altograd. conſ. 51. num. 3. tom. 2. & non præſumptio ne venari, licet in ſuo ambitu dicatur perfecta probatio. Alex. Sperell. deciſ. 27. ex num. 60. Paulus Rub.

Zz prac.

Prac. de testam. cap. 35 num. 94. Franc. Rocco Respon. 75. tom. 1. num. 7. Ioan. Bap. Scanerol. de visit. Carcerat. lib. 3. cap. 1. nu. 28. fol. 550. Adsunt hanc. terminantem conclusionem amplexãtes quamplurimi, † nempe Ripoll. var. cap. 10. nu. 40. ibi: *Quia eius virtute vxor, mortuo marito, facit omnes fructus suos omnium bonorum, quæ ipse tempore mortis reliquit, etiam si bona sint magni valoris, & dos sit minima*. Don Geronimo Leon. decis. 123. lib. 2. num. 25. ibi. *Et licet probabiliter credere posset parum deficere ad integram solutionem: hæc tamen credulitas eam non excusabat, cum scire deberet, tenutam competere viduæ; etiam si minima pars dotis, & augmenta non sint soluta: & in hoc nullum probabile dubium iuris versatur*. Dominus Regens Vico tit. 40. Regię Prag. cap. 4. num. 37. ibi: *quod adeò verum est, vt si solutio dotis, vel dotarij sit in aliquo defectuosa, nec tenuta cessat, nec vsufructus bonorum mariti ammittitur*. Rationem assignat: *quia non dicitur actus perfectus, si aliquid remanet peragendum*, l. decem ff. de fideicom. Libert. l. 1. cod. de his quibus, vt indign. qui omnes inculcant aperte, facere fructus suos Viduam, ratione residui dotis illi debiti, licet istud minimum sit; Illi verò pingues; nam cum hæc præscribatur constitutio tamquã poena in odium hæredis, dotem non soluentis, & non possit dici adhibita solutio, nisi vsque ad obolum cõcipiatur, inde est quod pro quolibet residuo, & tenuta cõpetat, & prerogatiuæ accessoriè illi annexæ arrideant.

36

Responsdebant 2. æquitatem hanc per fidei commissarios per pensã, † & lachrymis exaratam, concernentem exclusionem lucrandi fructus pignes ob modicã dotem, non apparere scriptam; vigorem verò contrariæ dispositionis esse typis mandatum; quãdo verò æquitas non inuenitur scripta; rigor vero sic: tunc iste preferendus venit. Sunt textus expressi in l. prospexit ff. qui, & quibus. Textus elegãs in l. placuit cod. de iudic. l. 1. & ibi doctores cod. de legibus; qui rigorem scriptum æquitati, intra ambitum mentis reclusæ, esse anteponendũ inculcant, Docent Capel. Tholosan. decis. 261. num. 5. Cardin. Mantica decis. 148. Gratian. lib. 2. discep. forens. cap. 254. num. 9. his congestis Laurent. Versell. legal. conclus. verbo æquitas, conc. 66. num. 20. Addo San Felic. decis. 110. tom p. num. 9. qui scriptus rigor debet obseruari; etiam si pietas lęsa videatur constituta. Cæsar. de Afflict. controu. iur. cap. 48. num. 10. tum quia iudex non debet esse clementior lege. Ruten. de iudic. §. opporteat versic. maneat. collat. 6. quia est seruus legis. Ganauer. decis. 96. num. 44. † tum etiam, quia æquitas non scripta partus solum celebri vt plurimum exfucata, siue somniata cogitatione dijudicantis equum esse quod cogitat, producitur; in quo anxietatis conflictu semper

37

38

ſemper lex ſcripta placitum DD. præferri opportet: ſic Laurent. Vrſell. num. 21. Rigor conſecutionis fructuũ in tenutaria, ratione ſuę dotis, vel pro tota, vel pro parte, ſub ſcriptura reponitur: æquitas contrariæ diſpoſitionis ſub cartofilatio mentis recluditur. Hinc ille brauium lucrabitur.

Tertio ſatiſfaciebã dubio propoſito, in ore Ioſephi Ramon dic.
29 conſ. 50. num. 20. † dicens; cum illo verſari æquitatem circa adiudicationem fructuum fauore Viduæ, & rigorem in abdicatione priuilegij tenutæ miſerrimis Viduis elargita, vt faciliori negotio ſuas dotes exigant; ſic que ad ſecũda vota in augumentũ Reipub. cõuolent. Vulnerarentur, truncarentur, & ſopita iacerent omnia priuilegia illis impartita, ſi ad reſtitutionẽ fructuum, quando hi ſunt pingues, & dos tenuis, obnoxia eſſet. In hoc imbibitur iniquitas, ęquitas in conceſſione tenutę reponitur, hanc Iudex debet amplexare, illã reſpuere, Viduæ fructuum indiſtinctè conſequtionẽ impartiri cum ſit æquum non denegare, cum ſit iniquũ, vt pręciſis terminis Ioſephi Ramon vtar.

Ceſſent vtique querulæ voces nobilis Gratiæ Anſaldo Æthera
30 concutientes. † Claudicent inania conſulentum vota circa rigorem plenis buccis, & muſſitãti lingua perpenſum audiat Ripoll. dicto cap. 10. num. 283. *Pro quo conſidero aliam rationem. Si bona vinculata, & fideicommiſſi reſtitutioni ſubiecta pro dotis reſtitutione alienari poſſunt, vt millies dictum eſt, nullum grauamen infertur, ei qui in bonis uinculatis ſucceſſurus eſt, quod mulier habeat tenutam, cum in mera facultate ſit ipſius bona illa vendere, vel aliàs alienare ad dotis reſtitutionem, cum realiter ex illis dos detrahi poſſit, & in mera facultate ipſius qui ſuccedere debet, ſit dotem reſtituere, & ipſam mulierem à tenuta reppellere.* Nobilis actrix facultate potiebatur tenutariam repellere, ſolutis iuribus illius, & in caſu dubietatis, ad hibito depoſito ad ſoltam Iudicis Fontan. de pact. nupt. clauſ. 7. Gloſ. 3. part. 6. num. 21. Cancer var. part. 3. cap. 8. ex nu. 12. Hæc iuris ſunt in materia tenutæ ſatis notoria, quorum ingnorãtia in Iudicium nequit adduci, vt dicit Leon dicta. diciſ. 123. num. 23. & ſequentibus. Poterat ſibi conſulere his remedijs ordinarijs, & nõ ad anfractus intellectus recurrere, ad technas mẽtis, ad inuolucra iuditij, ad apices iuris, ad æquitates proprio cerebro partas, nedicam cum Laur. Vrſell ſomnio venetas non conſuluit ſibi, annuit conſulentiũ cunctato acumuni à recta operandi via diſcedẽti, hinc amaritudines, hinc damna, quæ ſibi ad-
31 ſcribere oportet; † tamquam ſuæ negligentiæ partus. Ex Vlp. lib. 33. ad edict. in l. ſi non fuerint 37. ff. de iur. iuran ex Gelaſio Papa in cap. vxor Fęlicis 33. 17. q. 4. ferat pro inde patienter quod ex ſua culpa euenit, dicatque qod Virg. 2. Giorg.

Dij meliora pijs, errorem q; hoſtibus illum

 Vel

Vel cum Tulio 3.apud Carolū Maranta tom. 5. respons. 96. nu. 74.

Dij meliora ferant, nec sint insōnia vera.

Nec in admirationē rapiaris, ob tam sortem exiguam,tam pingues fructus lucrari. Suadet hoc
42 vtilitas publica, † extorquet negligentia hæredum, iubet autoritas Principis,cui per legem generalem,vel constitutionem,subditorum iura lædere,etiam in his quæ ex iure gentium sunt,licet,& fas constituitur per tex in l. si vēditor §.si constant ff.cōmun.prædiorum l.item si verberatum §.2. ff.de rei vindicat. Barthol.in l.toties §.si cui ff. de pollicitat. Rolādus cōs. 69.n.44. lib.2.Matta cōs. 11.n.10.lib.2.Surdus cōs.313.n.100 t. 3.Cācer variarū 3.p.cap.3.n.98. Anna allegat. 69.n. 51. Vasq. cōtrou. Illustr. c.5.n.1 lib.1.Martha voto 174. Hierony. Lauret.decis. Auemon. 127. Mastrill. de Magistratibus lib. 3. cap. 4. nu. 352. & seq. Cap.Latro consult.41. lib. 1. Ponte de potest. Proregis tit. 1. num. 26. Fab. Capec. Galeot. respons. Fiscal. 27. qui ad longum punctum hoc peragunt, & disputant, vtrum tali casu teneantur ad emendationem damni, & in diuersas discedunt Sententias, illos pete,cum occasio vrget.

Quoad nostrum scopum: scio Principem posse lædere iura sub-
43 dittorum ob publicum bonum,† præcipue pro bono pacis, quando hæc aliter haberi non possit, duc in memoriam rixas sanguinolentas ortas anno 1661.in encontrata Galluræ inter partialitates delos Sardos Valentinos, & Riccios, quarum memor fui in hoc libro. Reuolue quæ damna fuere passa, quæ hereditates igne consumptæ, quæ bona assumpta, & recordare omnia hæc fuisse cōdonata in generali remissione delictorum per nostrum Excellentissimum Proregem Principem Ludouisium hoc anno 1662. licet indulgentia delictorum ope-
44 retur quo ad fisci poenam, † & non quo ad interesse partium, late Larrea decis. Granat. 26. præcipuè num.13. quid dicemus? fuisse hæc iniusta sancita? absit.
45 Queit Princeps ex bono pacis, † quando hęc aliter obtineri nequit priuatorum iura lædere, pro vt docet Capic.deciss.166. et pluribus laudatis,Cæsar.de Afflict.cōtrou. iur. cap. 22. num.48. est textus Rotundus in l. item si verberatus ff.de rei vindicat.latè Salgad. de retent. bullarum 1. part. cap. 7. num. 34. vbi dicit, pluribus laudatis,posse principem propter pacem ius vnius alteri dare, & ratione publicæ vtilitatis,lædere bona particulariū. Ioanes Baptista Spada cons.7. num.21. tom. 1. Pari modo ob bonum publicū hæc constitutio fuit condita. De validitate illius superiori cap.egi, si præiuditium aliquod subsequitur, Principis potestati tribuatur, propiæ negligentiæ, & versutiæ adscribatur.

46 Nec officiebat distinctio,† per Regentem vico excogitata tit.40.

cap. 4.

cap. 4. num. 22. quod ex bonis fidei cōmiſſo ſubiectis, debeat Vidua intereſſe legitimū deducere reſpectu quantitatis dotis ſibi debitæ; non vero omnes fructus lucrari; quia repugnat ex diametro priuilegio tenutæ, vt ſuperius dicebamus, & illa amplexata, omnia diſſona, & incommoda perpenſa in odium Viduarū ſubſequuntur; nec valet dici conſequtionem fructuum eſſe quid ſpeciale, quod quidem non poteſt concurrere, ſimultaneo concurſu, cum alia ſpecialitate tranſlationis poſſeſſionis de viro defuncto ad Viduam ſuperſtitē, cum duo ſpecialia non poſſint coaleſcere, quia iam diximus eſſe vnicum, & ſingulare priuilegiū, non duplex, & ſeparabile, & quando duplex eſſet, ſpeciale nihilominus haberet locū in diuerſorio, ea ratione; quia duo ſpeciala circa idem concurrere poſſunt, quando vnum ab
47 altero deſcendit, † vel venit ſubordinate ad illud iuxta tex in cap. non omnis 2. q. 7. pluribus congeſtis, Alexander Sperell. deciſ. 116. to. 2. num. 68. venire autem ſubordinatè, & tamquam acceſſorium conſequutionem fructuū, reſpectu conceſſionis tenutæ iam vidimus, aliæ rationes Fontanellæ apud DD. contrariæ opinionis euacuatæ leguntur.

Fuit cauſa hæc concordata ex laudo Doctoris D. Gauini Liperi
48 Paliacho rægiæ Audientiæ, † & Don Franciſci Cao Aulæ criminalis ſenatorum, nec non Doctoris Franciſci Zucca Regię Gubernationis Aſſeſſoris in criminalibus, qui fuerant ex accordi partiū voto in arbitros aſſumpti, & nobili Magdalenæ Saluañolo dimidietatem fructuum ſummam bis mille ducatorum, vna cum ſorte principali, nempè reſiduo dotis, & iuribus dotalitijs adiudicarunt.

Scias circa propoſitum dubiū fuiſſe in duplici caſu deciſum per regiam Audientiam ad fauorem tenutarię circa facultatem faciendi fructus ſuos in bonis vinculatis,
49 † ſcilicet anno 1658. inter Don Michaelem Manca, tamquàm maritum nobilis Gabrielæ Zonza, & ex altera egregiū Comitem de Sedilo, vbi fuit dictū, relatore Doctore Don Dominico Brunēgo, Dictam nobilem de Zonza, tamquam tenutariam encontratę de Romaña perpetuo fidei commiſſo ſuppoſitæ facere fructus ſuos, nempe alimenta taxata domino proprietatrio dictæ Baroniæ, cum ſolum alimenta hæc haberentur pro fructibus illius. Rurſus hoc anno preſenti 1663. fuit iterum deciſum ad fauorem nobilis Gratiæ Pilo Viduę relictæ Don Petri Franciſci Giagarachio Ciuitatis Saſſeris, relatore D. Don Laurentio Sporlin, Notario Guio in odium Antonij Sans Ciuitatis Valentię; vbi fuit Scribania locū tenentiæ Gubernationis Saſſeris perpetuo fideicommiſſo obnoxia, dictę de Pilo in tenutam, cum poteſtate faciendi fructus ſuos, adiudicata. Hęc memoriæ manda, quia in Regno hoc apud alium non venaberis.

AR-

ARGVMENTVM.

Propter recursum de tribunali Ecclesiastico ad seculare quis non contrahit excommunicationem: nisi cum effectu inhibitio fuerit obtenta, & hæc Iudici Ecclesiastico notificata: religiosus recurrens de Curia Ecclesiastica ad secularem, licet recursum non consumet, per Iudicem Ecclesiasticum poterit pæna extraordinaria affici; datur locus pænitentiæ in materia recursus, & euocationis causę de Curijs Ecclesiasticis ad seculares, ante presentationem inhibitionis: Religiosi possunt per Episcopos declarari incursi in censuras à iure latas, propter delicta ab eis patrata, generositatis Laurea vacat, qui in subiectos grassatur, illis haud condonans: ius protectionis iurisdictionem haud tribuit: in pænis latæ sententiæ vtrum detur locus pænitentiæ. Datur pænitentia in contractibus innominatis; suadetur, in nullo negotio, dum ratio fouet, esse desperandum; multa dissona ex exterorum commercio dimanant: crimen falci non comprehenditur sub generali abolitione. Donatio ante acceptationem potest reuocari, iuxta placitum Senatus Sardoi. Iudex quando possit de actis coram eo deponere.

SVMMARIVM.

1 *Ius protectionis nullam iurisdictionem tribuit in protectorem, solum ei defensio extraiudicialis comendatur.*

3 *Respublica infelix habetur, quę protectione caret, & pro maledictione, & effectu vindictæ diuinę habetur, quem angi conflictibus, absque tutamine* 4.

5 *Mortalia omnia tamquam caduca indigent tutamine, à quo non pauca vtilia hauriunt.* 6.

7 *Vniuersitas Turritana per Gasparem Vico condita, sub protectione Illustrissimi Archiepiscopi Turritani reponitur, & felix habetur pro hoc tutamine. Et hæc vniuersitas per Cancellarium assitum à corpore venerabilis societatis Iesu semper apparet moderata* 8.

9 *Veritas, quia Deus est, nunquam celerari potest, semper pręualet, & nullis machinationibus potest elidi* 10.

11 *Chancellarium Vniuersitatis Turritanę Rector Collegij Societatis Iesu, seu Prouincialis semper eligere assueuit; quę possessio ferè immemorabilis, anno* 1660. *fuit indubium vocata, in quo fuit in hoc munus electus Reuerendus Petrus Paulus Ornano.*

11 *Humana omnia sunt volubilia, & subiecta intercapedini temporum.*

13 *Exterorum ex commercio, plures discordię solent foueri* 17.

14 *Mores antiqui in alteram naturam diffunduntur, & illorum commercio solet esse exordium maiorum malorum* 15.

16 *Iudex cum subdito debet illa queari amoris vinculo.*

18 *Religiosi Societatis Iesu anno* 1660. *fuere passi molestiam circa bona Vniuersitatis, quę pratendebant fra-*

Fratres Conuentus Hoſpitalis Sanctiſſimæ Annunciatę 19. 20.

21 *Recurſus de tribunali Eccleſiaſtico ad ſeculare interdicitur per Pontificias ſanctiones ſub pœna excommunicationis maioris; & iuxta Caietanum recurrens fit reus ſacrilegij criminis 22. Sufficit probari ad incurſum cenſuræ recurſum fuiſſe interpoſitum in caſu prohibito 23. Et præſumitur interpoſitus de mandato eius, de cuius intereſſe diſceptatur, & cuius nomen in precibus impetrationis exprimitur 25.*

24 *Probationes in materia cenſuræ debent eſſe certę, & non ſufficiunt inditia indubitata.*

26 *Falſum inſtrumentum præſumitur fabricatum ab eo de cuius intereſſe agitur, & delictum falsitatis dicitur grauiſſimum 27. Propter cuius atrocitatem, non comprehenditur in generali abolitione. 28. & Nobiles plebeiorum pęnis afficiuntur 29.*

30 *Inſtrumenta præſumuntur ſubtracta ab eo, de cuius intereſſe agitur.*

31 *Recurrens in cauſis Eccleſiaſticis ad tribunalia ſæcularia cadit à cauſa quod procedit, licèt recurrerit in cauſis mixti fori poſt præuentionē adhibitam in tribunali Eccleſiaſtico 32. quę ammiſſio non eſt pęna latę ſententiæ, deſideratur declaratoria ſententia ad exequutionē. 33. cuius pœnæ perſequutio pertinet ad ipſammet partem 34.*

35 *Fiſco cedit pœna pecuniaria, quando nemini applicatur.*

36 *Pœna quando eſt pecuniaria, debet reus ſe defendere extra carceres.*

36 *Copia iniungitur fides, & teſtibus informiter examinatis in odium recurrentis 37.*

38 *Pœnitentia non excuſat in materia recurſus ab incurſu cenſuræ: nec etiam excuſat in pœnis latę ſententiæ 39. 59.*

40 *Recurrens ad tempus non poteſt abſolui per inferiorem, & ad hoc ut abſoluatur, debet remouere omnia impedimenta, quæ obſtant iuriſdictioni Eccleſiaſticę 41.*

42 *Fidendū nulli rei eſſe debet, nec deſperandum iuxta Plinij conſiliū, & ſpes dicitur inhumanis conflictibus ſcopus ſubleuans 43. angit tamen mentem varijs incommodis, quę referuntur 44.*

45 *Donans cauſa mortis poteſt permittere, ſicut & inter viuos ante acceptationem donatarij 46. 48. fuit ſic deciſum anno 1657. ad fauorem Don Gauini Caſalabria per Regiam Sardoam Audientiam. 47.*

49 *Contractus innominati ex reciproco adimplemento conſtituunt ſynalagma, & cauſam obligationi inſpirant: in illis qui adimpleuit poteſt pęnitere, & condicere rem traditam 50. & huic iuri pœnitēdi nequeunt partes ipſæ renunciare, quia habetur pro forma contractuum innominatorum 51. 52.*

53 *Forma contractus non poteſt ab ipſiſmet partibus mutari, uariari, vel prætermitti, & varia exempla proponuntur.*

54 *Contractus tamquam indiuiduus debet in totum approbari, vel reprobari, & contractu principali*

repro-

reprobato clausulæ, vel pacta instrumento adiecta nec probant, nec obsunt 55.

56 *Soluens sponte videtur contractum approbare, recipiens vero non, & recipiens partem debiti non sibi præiudicat quoad reliquum, approbat tamen contractum in omnibus.*

57 *Pęnitentię locus non superest contractu perfecto, & consumato, licèt accedat incontinenti, & quod sit discrimen in contractu nominato, & innominato.*

58 *Delicta, re non integra, non admittunt pœnitentiam, præcipuè quandò pœna imponitur ipso iure* 59.

60 *Ingenium humanum varium est, nulli cedit, & dum fortiori pondere opprimitur, si intra nobilia præcordia depascitur, in vires erumpit.*

61 *Aduocatus tenetur pro tutamine clientuli omni studio vaccare, necessaria non prætermittere.*

62 *Horrendum est in manus Dei viuentis incidere.*

63 *Iudex non potest attestare de actitatis coram eo, fallit quando deponit non de iustitia originali, sed de ordinatione processus* 64. *& si deponat peracto officio, debet esse in forma testis, mediante iuramento* 65. *& si attestat de his, per quæ potest impugnari sua sententia, probat* 66.

67 *Factum non dicitur, si defficit perseuerantia, & sic quis reus pœnæ non constituitur, si ab agendo desistat* 68.

69 *Vendere promittens non contrahit pęnam, statuto perscriptam, contra vendentes.*

70 *Condemnatus ad cedendum præcisè cedere tenetur, & aliud est cessio ipsa, ac promissio de cedendo.*

71 *Gabella non debetur ex promissione de vendendo, vel laudemium, etiam si accedat ficta traditio per clausulam constituti, & hac non obstante, est locus pœnitentię* 72.

73 *Apocham producens falsam, & postquam declarauit ea velle vti, potest pęnitere ante sententiam, & post, intelligitur nisi pars alia acceptet* 74.

75 *Minori non datur restitutio in integrum circa productionem instrumenti falsi.*

76 *Pœna falsi non debetur, quando falsitas non est nocibilis.*

77 *Alienare prohibitus sub aliqua pœna, hanc non contrahit, licet alienauerits dum tamen traditio non fuerit sequuta.*

78 *Pœnitentię locus datur in delictis non consumatis, saltim ad euadendum pœnam ordinariam, etiam in delictis atrocissimis* 79.

80 *Recursus ad hoc vt dicatur perfectè consumatus, & quis contrahat bullarum excommunicationem debet, continere recursum de tribunali Ecclesiastico ad sæculare, obtentionem inhibitionis, & huius præsentationem, quolibet ex istis defficiente, dicitur res integra, & non contrahitur excommunicatio, & rationes afferuntur* 81. 82. 83. *referuntur doctores, qui huic opinioni adhærent* 85. 86. 89.

84 *Conditiones plures cum copula & oppositę habentur ad modum vnius.*

Mens 87.

87 *Mens legislatoris, non verba, eſt inſequenda, & illi hæc debent inſeruire, & flecti, vt menti ancillentur* 88.

89 *Recurrens de tribunali Eccleſiaſtico ad ſeculare, ſi non conſumet recurſum, poterit puniri pœna aliqua extraordinaria.*

90 *Termini antiqui non debent tranſgredi, quorum tranſgreſſio interdicitur apud diuinam paginam ſub anathematis pœna* 91.

92 *Religioſi Societatis Ieſus per bullam Pauli III. nequeunt per ordinarium ex communicari.*

93 *Religioſorum priuilegia non poſſunt præſcribi contraria obſeruãtia, nec renunciari abſque expreſſo conſenſu Sedis Apoſtolicæ* 94. *& illorum cauſæ, iuxta cap. cauſæ omnes Concilij, non comprahenduntur ſub poteſtate Ordinarij* 95.

96 *Religioſi, propter delictum extra clauſtra commiſſum, poſſunt declarari incurſi in excommunicationem, vt ab omnibus euitentur, fuit ſic deciſum per ſacram Congregationem* 97.

98 *Carnes putridæ ſunt reſeccandae, ne forte totum corpus corrumpatur.*

99 *Epiſcopum tangit, Eccleſiam ſuã malis hominibus purgare, prout cuilibet moderatori Reipublicae* 100. *& vigilare, ne lupus veniat & deuoret ouem, cuius ruinae reus conſtituitur in conſpectu domini* 101. 102.

103 *Turbans iuriſdictionem fit reus iuriſdictionis turbatę.*

104 *Inquiſitores poſſunt procedere per cenſuras cõtra turbantes eorum priuilegia.*

105 *Teſtis, falſum deponens, poteſt puniri à iudice coram quo falſum aſſerit, licet teſtis particulari priuilegio inueniretur exemptus à Iudice, cuius aures offendit per falſam atteſtationẽ* 106. *quod procedit in laico falſo deponente coram Iudice Eccleſiaſtico* 107. *ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus* 108.

109 *Carceres frangentes, licet ſint laici, poteſt Epiſcopus punire, dummodo ſint Eccleſiaſtici carceres.*

110 *Cancellarius poteſt punire Aduocatos, & Procuratores coram eo malè ſegerentes.*

111 *Epiſcopus poteſt excommunicare æquites de Alcantara turbantes ſuam iuriſdictionem.*

112 *Religioſi poſſunt puniri ab Epiſcopo delinquentes in eius tribunali.*

113 *Verba quando ſunt aperta non indigent enucleatione.*

114 *Excommunicatio non contrahitur per euocationem cauſę, niſi ſequuta inhibitione, tenent DD. rellati in n.* 120. *& ante inhibitionem eſt locus pœnitentiæ* 121.

115 *Excommunicatio lata ex falſa, vel erronea cauſa, eſt nulla.*

116 *Sententia eſt ſtricti iuris, & lata contra regulam generalem, non expreſſa limitatione, in qua ſaluari valet, eſt nulla, interpoſita in odium vnius heredis, alij prodeſt, non nocet* 117. 118. *idem in ordine ad plures fideicommiſſarios* 119.

122 *Opinio benignior ad excluſionem pec-*

peccati, est amplexanda.

113 *Recursus formaliter non potest interponi prohibitus in bulla cænę Domini, nisi pręcedat grauamen in tribunali Ecclesiastico.*

124 *Auocantes causas, de tribunali Ecclesiastico ad seculare, non contrahunt excommunicationē bullarem decimam quartam, nisi euocatio fiat auctoritatiuè, & vtrum procedat hęc doctrina respectu Religiosorum, iuxta Bullam Martini V. & Ecclesiasticorum 125. 126. vbi admirabilis limitatio affertur.*

127 *Clementia seueritati debet pręferri. Hinc Reges, in typum mansuetudinis, brachio oleo vnguntur 128.*

129 *Generosę indolis, nec animi nobilis est grassari in subiectos.*

130 *Clementia, per illam homines Deū imitantur; plurima exempla huius veritatis afferuntur, & testimonia.*

131 *Reffertur responsio admiranda Sigismundi Imperatoris adhibita cuidam interroganti, cur inimicos non occidebat, imo dictabat.*

132 *Gloria maior est seruati hostis, quam occisi.*

133 *Generosi Lauream sibi nectat, qui subiectis condonat.*

CAPVT XXXV.

VNIVERSITAS Turritana per Gasparem Vico fęliciter condita intra claustra collegij Sācti Iosephi reperitur sita, sub protectione illusttrissimi Archiepiscopi Turritani, nec non Consiliariorum Vrbis: non hinc exempla à iurisdictione ordinaria; cum ius protectionis, seu clientelæ non tribuat iurisdictionem aliquam, solum illi cui comendata, & attributa est proctetio ecclesiæ, personæ, vel comunitatis, deffensio extraditionalis, non iurisdictonalis arridet ex cap. recepimus extra de priuilegio: vbi summus Pontifex rescribit, † quod licet receptus quis fuerit in protectionem alicuius, eum non propterea esse exemptum à iurisdictione sui Episcopi, nec cōsequenter iuri protegendi annexam esse iurisdictionem. text. in l. desertorem p. fin. ff. de remilitar. l. 1. cod. de execusat. mun. lib. 10. l. 1. cod. de domest, & propter. Qui euincunt conclusionem iactam ius protectionis, & clientelę nullam iurisdictionem tribuere, nec ab dicatiuam, vel comulatiuam, sed solum sub protectione, vel cōmendatione repositos sub deffensione facti extraiuditiali ab iniurijs, & violentijs remanere sub positos. Hanc verissimam assertionem tenent innumeri pręcipue Petrus Antonij de Petr. de potest. prin-

princip. cap. 21. num. 9. fol. 293. Gail. lib. 2 obſeruat. cap. 54. nu. 4. Petr. Gregor. lib. 20. Syngtam. cap. 5. Roſental. in epitom. Feudor. p. 1. cap. 4. concluſ. 14. fol. 124. Bodin. de Republic. lib. 5. cap. 6. Eraſin. à Cochier. in tract. iuriſdict. in exempt. 1. p. q. 9. num. 4. Thoro in compend. deciſ. part. verbo iudex delegatus per tot. Salgad. de retent. bullar. 1. p. cap. 1. num. 153. & de prot. Regia 1. p. c. 1. prælud. 5. n. 205.

Hoc conſtituitur in cauſa, vt quoties dubium ſuſcitatur circa ſtudijs in hac Vniuerſitate vacātes, † vtrum priuilegio fori gaudeant, vel non; ad remedium contentionis deuenitur, prout vidi obſeruatum, infinitis vicibus, abſque aliqua dubietate iuxta apoſtolicam, & Regiam concordiā,
2 ex eo quia in hac Ciuitate ſtudentes Archiepiſcopo, vt ordinario ſubduntur: diuerſum eſſet, ſi ius protectionis, quam obtinet Archiepiſcopus in Vniuerſitatē, & ſic in ſtudētes, tribueret iuriſdictionem delegatam, quo caſu, non poſſet vti remedio cōentionis, quod non arridet reſpectu delegati, ducit cauſam illam, quā huc vſque arripuimus; quia ius protectionis, ſeu clientulę, nudam defenſionem facti extraiuditialē importat, non ſubmiſſionem iuridictionalem, vel iuriſdictionis acquæſtum inducit: ſequūtur Cephal. conſ. 228. Modeſtin. piſtor. conſ. 43. num. 30. Aſcan. Tamburin. in tract. de iur. Abbat. t. 1. diſp. 15. q. 15. à n 14. Dian. Moral. t. 10. tract. 7: reſol. 1. Solorz. de iur. ind l. 3. c. 1. n. 38. Martinus Seu melin. ad auream bullā Caroli 4. p. 2. diſſert. 5. §. 9.

3 Protectio, quā protector, † in protectione ſuppoſitam inſpirat, licet in iuriſdictionem contentioſam non diſoluatur; tamen ſecum nō mediocrem vtilitatē ducit, & parturit, pro vt eſt videre pœnes iam relatos. Hinc reſpublica, vel quęlibet comunitas infælix habetur, quę tutaminis clipeo vacat; demoſtrant verba Eccleſiaſ. cap. 4. clarè hanc veritatem. *Verti me ad alia, & vidi calumnias, quę ſub ſole geruntur, & lacrymas innocentium, & neminem conſolatorem: nec poſſe reſiſtere eorum violētię cunctorum auxilio deſtitutos* & Iob cap. 6. *Ecce non eſt auxilium mihi in me, & neceſſarij quoque mei receſſerunt à me.* Quod pro maledi-
4 ctione habetur, † & vindictæ diuinæ iræ, angi quem moleſtijs, abſque auxiliantis ſpe, Deuthe-rom. cap. 28. lit. 1. *oprimaris violentia, nec habeas qui liberet te.* Eccleſiaſtes cap. 4. *Væ ſoli; quia cū ceciderit, † non habet ſubleuantem ſe.* Mortalia omnia, tamquam caduca, tutamē optant, aſylum ambiunt, protectione indigent.

Homer. Odis ſuis cecinit.

Immortalium diuum auxilium deſiderat omnis. Virg. 2. Aeneid.

Ad te confugio, ſupplex, tua numina poſco.

Præcipuè diuina; *ſiue in ſiniſtris, vel ſecundis*. Diuus Auguſ. in ſup. pſalmo 32. *omnia indigent Domino, & miſera, & felicia; quia*

sine illo, miser non subleuatur, & felix non regitur; † fęlix qui fęliciter ad protectionis aras, volũtatis Pignus immolatur, cuius, qui secũdo tutamini inhæret, à quo non modica hauriet, & carpet, prout ad longum delineant Bouadill. in politic. lib. 5. cap. 1. Redin. de potest. princip. verbo largum beneficium, num. 37. Antoni Roset. lib. 2. memorabil. c. 2. n. 3.

Fęlix Turritana Vniuersitas, tã benigno sydere nitens, tam potenti asylo stabilita, humano, † & diuino, à quo omne bonum, & fælicitas: tecum Genes. 19. Diuinum Verbum verba facit, audi illa, & cordi manda: *noli timere Abraham, ego protegam te, merces tua multa erit valde*.

A tempore sui nascentis exordij, moderamẽ Vniuersitatis circa studiorum progressus, per Cãcellarium ex corpore Patrum Societatis Iesus semper ascitum; † & electum, apparet gestum: veritas hęc est, non inficianda, nec cælanda, † quia Deus est, & Verbum Dei, Gregor. loquitur in c. fraternitatis vestræ 1. 35. q. 10. quæ nunquam latet, quin splendescit in lumine ex Innocentio Papa can. graue. 1. 35. quæst. 9. Carol. Marant. respons. 11. n. 29. & respons. 78. num. 1. tom. 5. proprium, cuius est semper, & vbique præualere, nulla potentia subuerti, machinationibus elidi, hominis calliditate obumbrari. Cicer. in Orat. ad Vatin. virtus non ab alio emendicatur; sed ab ipsius potentiæ effectu; Zarobabellus ille apud Esdram lib. 3. cap. 4. 35. & 36. hoc clarè demonstrat, ibi: † *veritas magna, & fortior prae omnibus, omnis terra veritatem inuocat, Cœlum etiam ipsam benedicit, & omnia opera mouentur, & tremunt eam, & non est cum ea quicquam iniquum, & veritas manet, & inualescit in aeternum, & viuit, & obtinet in saecula saeculorum*. Cicer. pro Cluent. hoc clarè exhibet, † verba hæc faciens: *Malorũ improbitate depressa veritas emergit, & innocentię deffensio interclusa respirat*; à tempore igitur conditæ Vniuersitatis Cancellarij electio actiuè, & passiuè successiuo cursu, præscripto tramite, & nunquam interpellato, Patres Societatis Iesus attingit; Prouincialis, illius ad nutũ, vnum ex Religiosis sibi ascire, eligere, & erigere in Cancellarium asseruit, veritas hæc est, non cælanda, nec in arenam appellanda; cuius actiua, & passiua electionis possessio, tranquilla aura, fuit obtenta, ac habita vsque ad annum 1660. in quo Doctores Vniuersitatis sibi adscribentes electionis Cancellarij munus, hoc accordi voto, Patrum, nec Rectoris Societatis interposito, seu adhibito placito, Reuerendo Petro Paulo Ornano contulerunt, hinc diffidium, hinc animorum in litium Iurgia æstuatio.

Reuolutio hæc tribuebatur in ore contendentium, & misero Vniuersitatis lapsui, à suo feruore, † & pristina elaborantium in omnium scientiarium officina, copia;

pia ;. & exterorum , quibus tota plena constituebatur commertio: inspectio primæua admiratione haud pellicit; patet me, humana volubilia esse inter capedini temporum ancillata fælicia, quæ sub firmitate haud reponi , Senec. Epistol. 39. affabrè hanc veritatem
13 inculcat , † & alij poenes Nicol. Vernul. instit. Politic. lib. 2. tit. 10. cap. 8 . Non mihi corde residet reuoluere tamquam odium parturiens, & fruge destitutum : scio tamen exterorum consortio plures discordias oriri , ad longū docet Aristotil. l. 5. politicor. cap. 3 ibi: *quicumque inquilinos susceperūt, vel aduenas omnes ferè seditionibus iactati sunt*. Diuina pagina hoc exhibet Eccles. 11. 36. *Admitte ad te alienigenam, & subuertet te in turbine, & alienabit te à tuis proprijs*; vt plurimum exterorum commertio, vel vt quia antiqui mores in naturam soluti Aristotil.
14 c. 4. de memor. & reminiscent † ibi: *consuetudo itaque, vt natura est.* Marius apud Salust. ibi: *mihi qui omnem aetatem egi benefacere tam ex consuetudine in naturam vertit*.

Euenus apud Petrum Gualte_ ad Oratium, Satis. lib. 1. num. 30 & 40. peruerti conatur , quorum commutatio nouitati vacans , li-
15 cèt in melius , † maiorum malorum solet esse exordium. Lucian. lib. 1. Var. histor. Valençuel. cōs. 24. à num. 1. Bouadill. in politic. lib. 1. cap. 5. num. 9. Solorzan. de iur. Indiar. lib. 2. cap. 16 ex n. 70. Salgad. de retent. bullar.
16 1. p. cap. 6. num. 2. † vel quia deficit inter illos amoris vinculum, quo imperans cum subdito debet illaqueari, vt dicebat Iustus Lipsius in proem. polit. his verbis , *quadam catena deuincti sumus, qui imperamur cum imperante*; quo, in ore Ioā. Filesac. lib. 3. Select. cap. 3. in fin. Ioan. Brant. de Senat. lib. 1. cap. 3. Philip. de Comines lib. 8. commentar. in fin. Renat. Loppin. de Sacr. polit. lib. 8. cap. 1. num. 28. vacat consortium cum aduenis , quas causas, & alias per hos Doctores cunctata, solere inter ciues parturire discordias, odia
17 fouere, † & diffidia producere, dicunt Laurent. Mattheu de regim. Regni Valent. tom. 2. cap. 8. §. 10. num. 17. vbi reffert, exempla plurima Ciuitatis Valentiæ, dissidiorum, ex commertio exterorum parta: ad longum Salced. de regim. princip. lib. 2. cap. 25. num. 255. Besoldus politicor. lib. 1. cap. 11. nu. 19. Adscribebantur discordiæ Vniuersitatis inter Religiosos Societatis, præcipuè versantes in ore lapidem reuoluentium, his prætextis; si veritati conatus inhærebat, votum nō proffero; genium sum natus , his rumoribus haud vacans . Peto ad dissidium iuris, cui libenter, licèt labore sat non modico conculcato, adscribor.

Simultaneo concursu , duplici tramite, Religiosi Societatis Iesus Collegij Sancti Iosephi molestiā
18 passi fuere , † scilicet electionem Cancellarij, & circa Vniuersitatis bona: Doctores incorporati in illa , pro Cācellario sibi asciuerunt Do-

Doctorem Paulum Ornano tunc
Plebanum Oppidi de Vſini, nūc
meritiſſimum Canonicum Tur-
ritanum, ob eximias virtutes, qui-
bus ditatur, maioribus condeco-
nandum; inſimul, eodem tempo-
re, aduerſus illos per Fratres Con-
uentus, Hoſpitatis Sanctiſſimæ
Annunciatæ in tribunali Eccle-
ſiaſtico menſæ Turritanæ, Sede
vacante, lis fuit ſuſcitata, in illa
ſibi bona Vniuerſitatis, ex defe-
19 ctu conditionis † per Gaſparem
Vico impoſitæ, non adimpletæ,
adiudicari eflagitantes: reperie-
batur Hoſpitalis ſubſtitutus in
caſu non adimpletæ conditionis
per teſtatorem præſcriptæ, dup-
plici hac moleſtia affecti Reli-
gioſi, quoddam memoriale, ſeu
ſupplicationem Excellentiſſimo
Proregi Marchioni de Caſtel Ro-
drigo obtulerunt, ab his moleſtijs
& vexationibus quibus angi in-
debitè affirmabant, eflagitantes
tutos conſtitui, & protegi. Pro-
motor fiſcalis radicari recurſum
formalem de tribunali Eccleſia-
ſtico ad ſeculare in hac ſupplica-
tione contendit, ac illicò conatus
fuit; querela porrecta, fuit fabri-
catus proceſſus in memoriali prę-
dicto ſolùm nitens: tribus ferè
menſibus elapſis, Rector, & Pro-
curator fuere, inſtante promotore
fiſcali, citati, ad videndum ſe de-
clarari incurſos in canonem 16.
Bullæ in Cœna Domini, non ob-
ſtante, quod, pluribus diebus prę-
uiè, expreſsè ſe ſubmiſerant tri-
bunali Eccleſiaſtico, vbi lis cum
Fratribus Sanctiſſimæ Annun-
ciatæ radicata reperiebatur, nul-
latenus recurſum adhibere ad cu-
riam regiam, ſuum conatū fuiſ-
ſe, reſpectu prædictæ litis; ſed
tantummodo actiuè querelam
porrexiſſe contra Vniuerſitatis
Doctores, tamquā placidam ele-
ctionis Cancellarij poſſeſſionem
20 perturbantes, † & ad cautelam à
quocumque prætenſo recurſu deſ-
flectebant, pœnitentia ducti. Re-
ceſſio hæc cum ſubmiſſione fori,
haud moderanti cauſam, viſa
fuit potens ad obuiandam ſenten-
tiæ excommunicationis Bullaris
denuntiationem: ſicque pro in-
curſis, tamquàm recurrentes de
tribunali Eccleſiaſtico ad curias
Regias, fuere habiti in canonem
Bullarem, ſententia declaratoria
mediante; contra quam conatus
tendit, ſcopus regitur, vires ar-
mantur, prout in iuditiaria pal-
leſtra ſe obarmauere, victriceſ-
que prodiere, ſententia hac pro
nulla diiudicata, prout inferiori
cera, Deo annuente, palpabimus.

Fundamentum, in quo ſentē-
tia hos Religioſos incurſos in ex-
communicationem Bullarū de-
21 clarans, † nixa fuit, patet ex inſ-
pectione illius: ſtabiliebatur in
recurſu, à curia Eccesiaſtica ad ſe-
cularem, interpoſito, qui in Bul-
la in Cœna Domini prout, & in
alijs Pontificijs reſcriptis interdi-
ctus apparet, ſub maioris excō-
municationis Sedi Apoſtolicę re-
ſeruatæ pœna. cap. qualiter, &
quando de iudic. cap nouerit, &
cap. graue de ſentent. ex com-
municat. quæ Ponteficię ſanctio-
nes

nes pœnam hanc infliguunt recurrentibus à curia ecclesiaſticis ad ſeculares, & parlamenta Regia, ſub prætextu cuiuslibet grauaminis, iniuſtitiæ, vel moleſtiæ:
22& iuxta Caietan. in ſum, †verbo excommunicatio cap. 3. *recursum hunc interponens, ſacrilegij criminis reus conſtituitur*, Thome del Bene de immunitat. Eccleſ. cap. 7. dub 1. ex num. 1. tom. 1.

Ad incurſum cenſuræ, ſub hipotheſi figurata, inflictæ, recurſum fuiſſe habitum, in caſu interdicto, ſufficit probari poenam decif. 377. num. 92. tom. 1. & licet alioquin in materia cenſuræ probationes debeãt eſſe cer-
23tæ, † in dubitata, cõcludentes, & luce meridiana clariores Merlin. decif. 11. Gregor. 15. decif. 96. num. 3. Carol. Marant. reſp. 53. n. 41 tom. 5. in qua præſumptiones, & inditia in dubitata haud plenã probationem conſtituunt, vt voluit Sperel. decif. 48. tom. 1. n. 23. in odium recurrentis tamen, in
24hoc caſu, † & præſumitur de mandato eius, de cuius intereſſe diſceptatur, & cuius nomen in præcibus impetrationis expri-
25mitur interpoſitus, † fuit ſic deciſum poenes Rotam, teſte Genuenſ. in ſua prax. cap. 16. in fin. & tenent Seraphin. decif. 1094. Paul. Rub. decif. 107. num. 6. tom. 1. & decif. 309. num. 3. tom. 2.
26ad inſtar falſi inſtrumẽti, † quod præſumitur ab eo fabricatum, in cuius vtilitatem falſitas cedit, argument. l. pen. cod. de probat. ex Bart. Bald. & alijs Surd. conſ. 512. n. 5. & 6. nec mirum, cum falſitatis crimen, & difficilis probationis ſit, præſumptionibus, & coniecturis conficiendæ. Farinacci. de inquiſit. quæſt. 2. n. 21. & de falſit. part. 1. q. 152. ex n. 2. & 36. Triuiſar. decif. 52. num. 8 lib. 2. Mar. Giurb. conſ. 64. n. 15. Parexa de inſtrument. edit. tit. 7. reſol. 2. ex num. 37. Carol. Marant. reſponſ. 59. num. 44. tom. 5 Paul. Staiban. reſol. 11. ex num. 9
27& grauiſſimum, † ſeu atrociſſimũ, abominabile, & horrendum, vt poſt alios docẽt Clarus §. falſum. n. 1. p. 1. Marc. dec. 710. n. 1. Riccio. Collect. dec. 279. Cabal. Reſol. crim. 165. ad longũ Paul. Staibã. dict. reſol. Fab. Capic. Galeot. reſp. fiſcal. 15. ex n. 1. propter cuius atrocitatem non compræhenditur in generali abolitione. Menoch. de arbitr. caſu 306. n. 11. Peguer. de-
28cif. 80. nu. 1. cum Riccio, † Cened. Farinac. & alijs Cortiada decif. 34. num. 103. & nobilis, eam patrans, venit afficiendus pœna plebeiorũ Peguer. dec. prædict. n.
293. † Cabal. reſol. etiã prædict. n. 7. Seſſe. dec. 11. n. 16. qui n. 20. ſic deciſũ fuiſſe reffert p. 1. Sanfelic. dec. 56. n. 19. p. 1. quidquid ſit de conſuetudine, Prato reſp. crim. 21. n. 17. prout etiam inſtrumenta preſumũtur, ſubtrahi, † & occul-
30tari ab illo, cui poſsũt nocere. Auth. ad hoc §. ille etiã. verſic. ſi quis inſtrumenta cod. de latin. libert. tollend. Farinac. de falſitat quæſt. 153. n. 209. Gonzales reg. 8. Cãcel. §. 7. in proemio n. 161. Gratian. Surd. & alijs laudatis, Larrea dict.

dict. decis. 56. num. 7. Salgad. de retent. Bull. 2. p. cap. 20. n. 12.

Recurrens in causis Ecclesiasticis ad tribunalia sęcularia, non solum excommunicationis maioris, Sedi Apostolicæ reseruatæ, reus constituitur, sed etiam à cau-
31 sa, † in qua recursum optat, cadit: totius iuris, si quod illi arridet, tã in possessorio, quam petitorio in iacturam incidens: fuit, sæpius per Rotam pronunciatum, præcipuè in vna Vlysip. beneficiar. 6. Ianuarij 1598. coram D. Litta. vbi fuit decisum, Clericum, qui habuerat recursum, pro impedienda exequutione sententiæ sui Ordinarij, incidisse in excõmunicationem maiorem, redactum fuisse incapacem beneficij Ecclesiastici, capitulũ, qui haud iacere obnoxium contributioni fructuũ beneficij, quo recurrens potiebatur; reffert Genuens. in Prax. cap. 16. num. 2. est text. in cap. 51. diligenti defor. compet. docent Farinac. in Prax. q. 8 num. 1. Graf. de effectib. Clericat, effect. 1. num. 413. Roland. cons. 16. num. 14. vol. 4. & cons. 23. num. 14. vol. 2. Carol. Marant. respons. 24. num. 123. to. 1. Thom Delbene de immunitat. Ecclesiar. tom. 1. cap. 5. dub. 2. num. 6. fol. 282. vbi ampliat etiam si ad fauorem recurrentis
32 fuerit sententia lata. † & ampliatur rursus ad causas mixti fori, si in illis post quam fuerit pręuenta causa in tribunali Ecclesiastico legittimè, ad sęculare recurratur, Marta de iurisdict. 2. part. cap. 2. & 4. & 40. quia ille tunc recurrens, dicitur verè, & perfectè subuertere, impedire, & turbare iurisdictionem Ecclesiasticam, per viam præuentionis radicatam in curia illius. Sic Fragos. de regim. Reipub. Christian. part. 2. lib. 1. de censur. Bull. Cęn. Dom. num. 300. in fin.

Ammissio iuris, & causæ contra recurrentes inflicta, non est, per se loquendo, pæna latæ sententię, ad hoc, vt reponatur in ef-
33 fectu, † declaratione hominis indiget cap. cum secundum 19. de hæretic. lib. 6. Peregrin. de iur. fisci lib. 4. tit. 5. num. 8. Bernard. Græuæ ad partic. Canceral. Imperial. lib. 2. conclus. 51. num. 3. Calætas Pereir. qq. forens. lib. 1. quæst. 23. num. 49. & cons. 2. num. 24. Garzia de benefic. c. 10. n. 22. & 37. lib. 11. Escobar. de vtroq. Foro art. 4. de defectu mẽtis num. 48. & de puritat. sanguin. q. 9. p. 2. num. 19. vbi dicit declaratoriam iudicis subsequi debere quo ad modum, & formam, & exequutionem pænarum. Sunt text. in cap. cum secundum leges 19. de hæretic. in 6. l. eius, qui delatorem in princip. ff. de iure fisci, vbi pænas, ipso iure inflictas, effectũ non sortiri, nec posse exequtioni mandari, nisi subsequuta sententia declaratoria super facto habetur. Sic Ricciullo de iur. person. lib. 5. cap. 31. num. 8. Carleual. de iudic. to. 2. disput. 1. num. 39. cum infinitis Thom. Delbene de immunitat. cap. 14. dub. 13. num. 7. fol. 195

sic-

ſicque aduerſarius, qui ad diuerſum forum fuit vocatus agere debet condictione ex hac lege petens aduerſarium declarandum fore incurſum in has pœnas, quarum incurſus, licet ab ipſo iure ſubſequatur, ad exequutionem indiget pronũciatione hominis, & hoc procedit etiam poſt Bullã Martini V. incipientem ad reprimendas. Villalob. in ſum. verbo clericus num. 97. Rebell. de obligat. part. 1. lib. 1. ſect. 6. q. 6. num. 44. Sair. in claui regia lib. 3 cap. 8. num. 21. Sanchez in conſ. moral. lib. 6. cap. 1. dub. 1. num. 13 Farinac. deciſ. Poſthum. 254. n. 2 part. 1. Carol. Anton. theſaur. in prax. Bipartit. part. 2. verbo ad curiam Romanam cap. 9. verſic. amplia ſecundo.

Perſequtio intereſſe pro vt dictum eſt, † cedit lucro partis alterius, tenet Archidiacon. & Tur-
34 recrem. in cap. in olota 11. q. 1. Roland. dict. conſ. 23. num. 14. vol. 2, prouenit non ex alio fonte, niſi à ſanctione legis ita ſancientis, hanc formam præſcribentis: diuerſo Marte progrederetur, ſi addictio huius lucri ſupprimeretur, qua hypotheſi, non partem collitigantem, ſed fiſcum tangeret: inſpirat ratio, quia quoties iura concutiunt criminoſum pæ-
35 na aliqua pecuniaria, † ſuppreſſo nomine, cui debeat adiudicari; tunc hęc in lucrũ fiſci cedit. text. in l. 3. cum lege ſeq. cod. de ſepulchr. violat. l. multarum cod. de modo multar. Olea de ceſſion. iur. tit. 2. quæſt. 9. num. 31. cum
36 alijs, † & tunc quando agitur de pœna pecuniaria non debet reus ſe intus carceres deffendere, ſed extra. l. 1. & l. Diuus Pius ff. de cuſtod. reor. l. 2. cod. eod. l. minimè cod. de appellat. Bouadill. in politic. lib. 5. cap. 1. num. 106. Franc. Maria de Prato reſponſ. crimin. 2. num. 10. Obarmantur iura contra recurſum de curia ad curiam interponentẽ (ſermo meus terminat recurrentem in meritis cauſæ principalis prout in præſenti hypotheſi conabatur ad eſſe, non recurſum illum, de quo Ceuallos, Salgad. & alijs loquuntur, concutit; lapidem hunc ſupprimo, cum non ſit noſtri ſcopi illum reuoluere) abhorrent illũ; in diſpendium recurrentium omnis interpretatio oculo intellectus allucinabilis amplexatur, ita vt etiam copiæ ſimplici ſoleat fides iniungi Bald. in l. publicati 98. in fin. de teſtam. Iaſon. in
37 auth. 51. † quis in aliquo in 17. fallent cod. de edend. Soccin. conſ. 1. col. 2. verſic. non obſtat, Peregrin. deciſ. 159. lib. 2. per text. in cap. quoniam frequenter §. Porro, vbi Gloſ. in verbo impedit. vt lit. non conteſtat. fuit reſolutũ in cauſa Carthaginenſ. portionis, ſub die 14. Decembris 1594 coram Seraphin. vbi in odium recurrentis probationi informi fides adhibita extitit; quæ prębetur etiam, teſtibus nulliter examinatis; & abſque partis citatione D. D. in dict. cap. quoniam frequenter vbi Gloſ. & Felin. n. 7. Decius in cap. 2. num. 25. de teſti-

testibus, & fuit decisum in causa Gamuens. viridarij sub die 27. Februarij 1595. coram Seraphin. quam decisionē ad litteram refert Nycol. Garzia de benefic. 6. p. cap. 2. Sub. num. 186. post medium; arripiuntur hi odiosi tramites in odium recurrentis, quem iura abhorrent, & pœnis delineatis afficiunt.

Sententia excommunicationis subsequens recursus interpositionem, inflexibilis constituitur, & inexorabilis, licet recurrens ab
38 optato recursu deflectat. † Vulnus ex illa illatum clypeo pœnitentiæ haud potest reffelli; necessario percutit, ipso iure operatur; taliter, vt licet recurrens ab arrepta via desistat, non hinc effectus alligati recursui euacuatur, fuit dictum in vna oscens, Pœnitentiar. die 10. April. 1595 apud Dian. moral. Post. to. 5. sat est coram Iudice sęculari comparere, & in vetitum vocare iuditium, quin postea prosit pœnitentia, quæ nihil efficit post iactū legiidem ad text. in c. grauem. 15. vbi Glos. verbo deposuisse de excessib. Prælator. Carol. Marant. respons. 38. num. 57. tom. 3. vrget ratio, cum sermo versetur
39 circa pænas latæ sententiæ, † quorum momentaneus, indiuisibilisque incursus, pœnitentia, causam præbentis, non valet obuiari ex text. in l. 51. is cui, & ibi Bartol. ff. delegat. 7. Effectus, & causa in pænis latæ sententiæ, simultaneo concursu, reponuntur in suo esse, nec prioritas temporis, licet prioritas naturæ concurrat; concipi oculo intellectus queit Aretin. in l. quia lationibus ff. si quis in capitali ff. de testam. Riccius collect. 243. vbi dicit esse inseparabili nexu illaqueatos effectus, & causam in pœnis, quę ipso iure subsequūtur, Thō. Delbene de immunitat. Ecclēsiar. c. 5 dubit. 2. num. 12. fol. 183. vbi ex
40 hac inspectione † non dari locū pœnitentiæ docet, prout, nec ad tempus suspendi posse effectus cēsuræ, post interpositam declarationē incursus, voluit Mar. Anton. var. resol. cap. 72. num. 3. licet contrarium velit, perperam tamen, cum hæc suspensio debeat fieri, mediante absolutione, quæ Sedi Apostolicæ reseruata reperitur, Alphons. de Leon. de censur. recollect. 2. num. 676. ad effectum verò absolutionem obtinendi, debet recurrens à recursu desistere, remouereque facere omnia impedimenta, quæ libero exercitio iurisdictionis Ecclesiasticæ, tam de iure, quam de facto
41 obstant, † fuit sic resolutum pænes Rotam, teste Paulo Rube. decis. 183. n. 13. tom. 1.

Recessus à recursu prætenso Cardo totius dubij reponebatur,
42 pœnitentia subsequuta basis, † in qua tota spes horum Religiosorum stabiliebatur, constituta fuit: huic spei adhærebant, ab illa euentum fęlicem auspicabant, nec fidentes, nec desperatione affecti, est celebre hoc præceptum, quod à Plinio Secundo lib. 4. epistol. 24. arripuimus nulli rei esse fiden-

fidendum, nihil item desperandum, *quod potest esse documento*, ait Plinius, *nihil desperare, nulli rei fidere, cum videamus tot varietates, tam volubili orbe circumagi*. Spes hæc illos possidebat, tamquam in angustiarum humanarum cō-
43 flictu vitæ nutrimentū, † & scopus subleuans. Fab. Turturet. in suis paralel. & hic, & iuridic. dissert. lib. 2. num. 168. circa fin. quo reffert illud Theocriti apud Valer. Max. lib. 6. cap. 9.

Fidere Batte decet, melius cras forsan habebis.
Sperandum est viuis: non est spes vlla sepultis:
Nunc pluit, & claro nunc Iupiter æthere fulget.

44 Anxiè tamen illos angebat: † hoc est spei peculiare munus, vt cogitatione adesse faciat, quæ lōgà absunt; si mala expectat, aduentum eorum mærens cogitatione occupabit; ex quo metus serpit, qui animum discruciat: sin felicia sint, quæ auspicantur; tunc spes aliquibus afficitur incommodis, quia animum debilitat, & affligit mora, & procrastinatione rei expetitæ..

spes anxia mentem
Distrahit, & longo consumit gaudea voto.
Stat. lib. 1. Theob.

Tota victoriæ spes, in pœnitentia adhibita, circa prętensum recursum, habebatur: hæc anxiè ambobus pedibus per aduersarios repellebatur; dicebant in omnibus negotijs, quę adhuc imperfecta sunt, licere ijs qui illa inceperunt, peragere, mutare voluntatem, & ab illis resilire, velu-
45 ti in donatione causa mortis, † quę cum spectet mortem donantis, vt confirmetur, hac non subsequuta, poterit donans pœnitētia ductus, tamquam non perfectam donationem reuocare, l. Senatus 35. p. 1. de mort. caus. donat cuncta, l. qui mortis 30. eod. titul. Don Ioseph Rettes opusc. lib. 2. sect. 3. cap. 1. num. 1. idem dicendum in donationem inter
46 viuos adhibitam, † quæ ante donatarij acceptationem iuxta tutiorem opinionem, & reuocari queit, & grauamini ad libitum donantis infligendo, cum ante illam nō dicatur contractus perfectus, supponi, pro vt dicunt Surd. Valençuel. Cancer. Mantic. & alij, quos reffero t. 1. Mear. dissert. cap. 19. num. 84. idem docent Cyriac. controu. 315. n 25 tom. 2. fuisse sic decisum reffert, Thoro in compend. decis. part. 3. verbo, donatio facta per aliquem idem fuit decisum pænes nostrā Regiam Audientiam Sardoam anno 1654. Rellatore D. D. Ioanne Maria Bonfant ad fauorem
47 Don Gauini Casalabria, † in qua Senatus dixit potuisse donatorem donationem reuocare ante acceptationem donatarij, erat hęc donatio impartita præuiè ad fauorem nobilis Elenæ dela Bronda, eius Materteræ, & postea reuocata per donatricem ad fauorem Matris dictæ de Casalabria qui anno 1657. repentina morte extremum clausit diem, inqua li-

te, haud fuit probata scientia donatarij, per quam iuxta opinionem Francisci Rocco inducitur acceptatio. In respons. 32. n. 7. tom. 1. vide quę dixi in num. 95. quo dubio Secluso, & alijs, quę in hac materia obijci valent, iuxta commune doctorum calculum, pro vt dixi donatio reuocabilitati supponitur ante acceptationē
48 donatarij, tamquam re integra, † & imperfecto contractu, Andreoi. controu. iur. cap. 20. num. 18. Ainich. de præuent. instrum. c. quæst. 3. dub. 3. sub num. 72. Ganauer. decis. 42. num. 15. vbi dixit, donatorem ante acceptationem posse alteri rem donatam obligare. Capic. Latro consult. 85 num. 27. Acost. de priuileg. creditor. regul. 1. ampliat. 4. num. 7 Lelio Allograd. 39. num. 29. tom. 2.

Parest cōtractuū innominatorū conditio, qui nunquā perficiuntur, donec distracti sunt, idest donec ex vtraque parte implentur, in quibus reciprocum adimplementum constituit synallag-
49 ma, † & causam obligationi inspirat, l. iuris gentium, 7. §. 1. de pact. & illo deficiente poterit qui ex parte sua impleuit, si pæniteat illum adimpleuisse, rem
50 quam dedit condicere, † non quia causa sequuta non fuit, cum noluisset perfectionem contractus attingere; sed quia pænitentia motus deflectit ab illo, l. si pecuniam 5. in princ. ff. de condict. causa data, caus. non sequut. qui textus aperte probat arridere locū repetitioni eius, quod datum est ex hoc capite, antequam alter ex latere suo impleat docet Parlador, lib. 2. resol. quotidiā. cap. 3. num. 32. Sarmiento select. lib. 2. cap. 3, num. 13. Gutierr. de iuram. confirm. 1. part. cap. 35. Donell. lib. 14. cap. 22. vbi Osuald. Fachin. lib. 11. controu. cap. 8. menchaca vsufrequent cap. 59. nu. 12. Hyeroni. Treutlerus selectarum vol. 1. dis. 22. thesi. 2. lit. B. & C. huic iuri quod in cōtractu innominato arridet, posse pæniteri, & ab illo desisti, non sequuto vtriusque contrahentis adimplemento, par-
51 tes ipsæ, † non possunt cedere, seu renuntiare, iuxta text. in l. si quis conscribendo, cod. de pact. quem ad hunc effectum expendit Alciat. penes Carleual. de iudic. tom. 1. disp. 2. num. 1038. ratio in promptu obijcitur; quia ius pænitendi est forma, & natura intrinseca contractus, quæ ex emologato partium consensu nequit renunciari. Rubeus decis. 542. in
52 annot. nu. 58. † qui loquitur de interpositione decreti adhibenda in contractibus minorum, resoluitque ex partium accord i voto, non posse præteriri per text. in l. cum hi. §. si prætor ff. de transact. rationem adsignans; quia decreti interpositio in contrariū minoris habetur pro forma, quæ per partes, nequit varia-
53 ri, mutari, † vel prætermitti. Berlinch. pratic. conclus. tom. 3. conconclus. 16. num. 18. qui loquitur de forma intrinseca testamenti non ancillanda voluntati partiū. Hodiern. controu. iuri cap. 44. nu. 9. qui etiam loquitur de forma testa

testamenti, quam non, constitui in potestate partium ad illam delendam, vel prætermittendam docet. per tex. in l. nemo potest, ff. de leg. 1. dicam inferius cap. 42. num. 12. Barri. de succes. lib. 1. tit. 1. sub num. 14. Cyriac. Niger. controu. 444. tom. 3.

Contractu perfecto, vel approbato, qui tamquam indiuiduus debet in totum approbari, vel in totũ reprobari, l. cum quærere-
54 tur, † ff. de administror. l. Aurelius §. idem quæsit. ff. de liber. legat. cũ alijs adductis per Gratian. discept. Forens. cap. 301. num. 57. volu. 2. text. elegans in l. cum proponas 21. cod. de pact. docent Barbos. in prax. exig. pension. q. 1. num. 22. Franc. Mar. de Prat. Forens. discept. tom. 2. cap. 14. n. 36. Salgad. in Laberint. credit. part. 1. cap. 34. num. 14. Cæsar. de Afflict. contruu. 15. num. 10. taliter vt contractu principali re-
55 probato, † nec pacta, nec clausulæ in eo affixæ, nec confessiones inibi contentæ aliquid prosint l. 1. cod. de condict. ob. caus. dat. Velasc. consult. 85. num. 3. Reinoso obseruat. 45. num. 15. tum quia pacta adiecta in contractu sunt pars ipsius met contractus l. lecta vers. dicebam, ff. si cert. petat. l. 1. §. deinde. ff. de edend. l. iuris gentium §. quinimo. ff. de pact. tum etiam quia in pactis consideratur indiuiduum volun-
56 tatis iuxta tradita per Barthol. † in l. grecæ §. illud n. 4. ff. de fidei iussorib. l. fin. de condit. ob cau. Surd. decis. 33. num. 4. Salgad. num. 14. & sic cum sponte soluens videatur contractum approbare, recipiẽs vero nõ, sed vt minus perdat, præcipuè si in omnẽ casum, & euentum, qui percipit, esset percepturus sic. Noguerol. allegat. 29. num. 43. Franc. Mar. de Prat. loc. cit. cap. 12. per tot. Reg. Galeot. Illustr. cap. 46. n. 47. lib. 2. & recipiens partem debiti non sibi preiudicat, quo ad reliquam, licet non fuerit protestatus, Thoro voto 43. nu. 4. approbat tamen cõtractum in omnibus, & cum vniuersis circumstantijs, Salgad. in labor. part. 1. cap. 36. num. 17. & 2. pa. cap. 6. num. 16.

Contractu igitur approbato, vel perfecto, non superest locus pœnitentiæ, l. 3. §. 1. l. si pecu-
57 niam 5. de condic. caus. data, † causa non sequuta, l. sicut ab initio. cod. de obligat. & actionibus, l. ab emptione cod. de pact. qui loquuntur de contractibus nominatis, qui statim ac perfecti sunt, producunt iuris vinculum, id est, obligationem, qua vterque ex cõtrahentibus, reciproco nexu, illaqueatur, Couar. Var. lib. 1. cap. 14. num. 1. vbi in contractibus nominatis non admittit pœnitentiam, etiam accedentem incontinenti, Cẽsal. ad Peregrin. articul. 6. fol. 3. versic. secundo, quo innominati vacant, nisi accedat adimplementum ex parte vtriusque, l. iuris gentium 2. §. 1. de pactis: à quibus contractibus, dum perfecti constituuntur, reijcitur pœnitentia, cum hæc

hæc in actu consumato non obtineat locum. Menchac. vbi proxime Rettes. opusc. lib. 2, sect. 3. cap. 1. num. 3. Paulo Reubeus pratic. de testam. cap. 66. num. 73. vbi limitat, nisi accedat iuramentum, & fauore piæ causæ Laurent. Vrsell. legal. concl. cap. 84. num. 283. & conclus. 85. num. 19.

In materia delictorum, quod non arrideat, re non integra, locus pœnitentiæ, est vulgare dicteriũ indigens tenui cõprobatione: ad longũ comprobat Narbona: ad leges recopilat. in l. 29. tit. 7. lib.
58 8. glos. 3. num. 53. illum repete, † cum occasio anget tamquam ex professo punctum hunc expendentem. Olea decision. iuri. tit. 7. q. 2. num. 27. præcipue quando pœna ipso iure imponitur, qua hypothesi, nec pænitentiæ
59 locus superest, † nec licet interueniat, excusationem adhibet ad incursum pænæ Clement. in agro §. quia vero. Versic. ipso facto de stat. monachor. & ibi glos. Marsilli. singul. 326. Decian. lib. 7. cap. 40. num. 3. & 7. Donadæus de renuntiat. cap. 6. num. 221. Carleual. de iudic. tom. 2. disp. 3. disp. 3. num. 4. q. vbi tenet, non dari locum pœnitentię, quando pæna ponitur ipso facto; est textus expressus in authentic. habita. cod. ne filij pro patr. & ibi Bald. n. 93. Prẹmunt sanè hæc, & per plurimos dies ingenium anxie retorserunt,
60 † sed cum hominum genium sit varium. Persius satyr. 5.

Mille hominum species, & rerũ discolor vsus.
Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.

Laur. Matheu de regim Regni Valent. cap. 1. §. 2. num. 19. quibus innatum est, *nulli cedere* teste Martial. & grauiori pondere si opprimantur, prodire in lucem, altiusquę subleuari *humanus animus*, dixit Senec. 1. de Clement. cap. 24. *natura contumax in arduum, contrariumque nitens, & vinci nesciens, alteri, tamquam victus adhæret raro.* Dum fortius dubietas angit gordiano inuolucro veluti constipata, tunc ceruix in crestam dissoluitur, tunc animus si intra nobilia præcordia depascitur, in vires erumpit: insudandum venit, prout tamquã patronus causę insudaui pro horũ religiosorum tutamine, in quo, meo muneri studui obstringitur aduocatus totis viribus pro clien-
61 tuli iure, † *labori haud parcens contendere, super vacua deponere, necessaria conferre*, prout consuluit Quintilian. penes Cæsar. de Afflict. controuers. iur cap. 27. num. 1. vt à faucibus Orci penes mortua reuocetur ouis, labori adscribendum, *cum sit horrendum incidere in manus Dei viuentis*, Apo-
62 stol. testatur, † ad Hæbreos 10. 31. nullam in præsenti causa excommunicationem fuisse contractã, & causam illi præstitam, nostri conatus reponitur, hunc scopum attingam.

Supponebatur in facto † recessus à pretenso recursu ante citatio-

tionem declarationis excommu-
63 nicationis interpoſitus; † Aſſeſſor cauſæ fidem præbebat de hoc receſſu, in actis non inſerto, ob ſchedulæ ammiſſionem illum comprahendentem ex notarij incuria, vel malitia negotium gerentium, cui attentioni plena fides iniuncta extitit; licet enim non non poſſit iudex, tum propter præſumptam affectionem, tum quia abſurdum conſtituitur duplici fungi officio, teſtis nempè, & iudicis, teſtimonium ferre, vel fidem præbere de actitatis coram eo, argum. ex cap. 14. quæſt. 4. l. quis quis cod. de poſtul. Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 124. n. 2. & 10. & lib. 2. concluſ. 950. n. 1. & 2. & lib. 3. concluſ. 1357. Mantic. in repertor. teſt. fol. 46. num. 10. verſic. 2. Puteus deciſ. 185. poſt num. 2. lib. 1. pręcipuè ſi attingeret punctum iuſtitiæ ori-
64 ginalis, † vel ordinationem iudicij res, quæ in controuerſiam appellatur, qua hypotheſi, duplex inconueniens perpenſum, affectionis præſumptæ, & functionis duplicis muneris, tangeret; ſicque omnimodo repelleretur à teſtimonio interponendo: ſecus ſi concerneret ordinationem proceſſus, in qua tamquam ad cauſam haud eſſentialē defficeret affectio præſumptiua; & ſic poterit cauſæ moderator fidem præbere de concernentibus proceſſus directionem, ſic Bartol. l. ne in arbitris, Maſcard. de probat. concluſ. 124. num. 15. lib. 1. Hæctor. Hemili. tract. de teſtibus. Verbo arbiter. num. 37. fol. 216. Farinac. de teſtib. quęſt. 60. num. 93 & n. 111. procedit hæc reſolutio pręcipuè finito officio; † non cre-
65 ditur officiali, † ſi fidem faciat de actis coram eo, cōſtante munere, ſi hoc peracto, deponat tamquam Iudex. Anna Singul. 522. Franch. deciſ. 185. num. 3. ſi vero in forma teſtis deponat, tunc fidem meretur de his, quæ atteſtat; & quæ tempore ſui officij fuere geſta, quæ fides tribuitur illi, tamquam teſti, non tamquam iudici, & ſic debet accedere iuramentū illius, Franch. deciſ. 398. num. 7. Franc. Rocco reſponſ. 17. n. 7. tom. 2. fallit ſuperior doctrina, quando Iudex, vel arbiter deponeret circa ea, quibus ſua ſententia, vel laudum poterit impugnari. Teſtimonium arbitri, prout & Iudicis admittitur, probat, & plenam fidem ſibi adſcribit, verſans ad ſententiæ iniuſtitiam detegendam, quo caſu vacat duplici abſurdo cunctato; prout admirabiliter limitat cum alijs, Farinac.
66 de teſtib. q. 60. n. 122. ibi, † *Secus ſi veniret ad illius impugnationem, & ſic ad illius iniuſtitiam detegendam, tunc enim admittitur tale teſtimonium.* Receſſus à prætenſo recurſu pugnabat contra ſententiā declaratoriam cenſuræ, ad illius iuſtitiam detegendam tendebat, atteſtabat de hoc Iudex ipſe, qui ſententiam protulit, inde plena fides ex hoc capite fuit iniuncta, & habita.

Suppoſito in facto receſſu illico adhibito à recurſu præſumpto, ſequi-

sequitur, vt nec Religiosi Societatis rei excommunicationis bullaris fuere constituti, nec Vicarius Sede Vacante potuit illos hac effectos pronuntiare ex defectu recursus suppositi, qui haud queit concipi vacans persistentia; fa-
67 ctum non dicitur, † si deficit perseuerantia, per quam actus ipse in suo esse conseruatur ex Paul. lib. 35. ad edict. in l. diuortium non est verum 3. ff. de diuortijs *ibi. quicquid in calore iracundiæ, vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseuerantia apparuerit, iudicium animi fuisse*. Sequutus fuit Sceuola lib. 2. digestorum in l. inter Castellanium, & Seium ff. de recept. arbitr. cap. nam & ego. 3. de verb. significat vbi Summus Pontifex vnigenitum dicit illum, qui post alium natus est, cum hic statim periret, rationem reddit: *quia ille mox natus sine nomine, quasi vnquam esset, de vita decessit*; quę iura euincunt apertè, & inculcant dicterium iactum, non intelligi actum confectum, deficiente perseuerantia, exornāt Franch. decis. 50. num 8. Rotta apud Cardin. Mantic. decis. 2. n. 5. Franc. Maria de Prato discep. Forens. tom. 2. cap. 24. n. 8.

Suffragatur; quia reus pœnæ
68 quis non constituitur, † si ab agendo desistat; offert exemplū notabile, hoc comprobans, iurisconsultus Paulus lib. 14. ad Plautium, relatus in l. amplius 15. ff. rem ratam habet. Vbi stipulatio non committitur, licet in iudicium aduersarius citetur, si actor ab agendo recedat; *ibi. amplius non peti verbum Labeo ita accipiebat, si iudicium petitum esset, si autem in ius eum vocauerit, & satis iudicio sistendi causa acceperit, iudicium tamen ceptum non fuerit, ego puto non comitti stipulationem*; quē textum expendentes Bart. Bald. & Cynus induxere regulam iactam, *pœnam non deberi seclusa insistentia facti criminosi*, quæ haud ex initiante voluntate, sed consumata contrahitur: possem illam vtique pluribus exemplis exor-
69 nare, † aliqua degustabo.

Si quis vendere promittat, vēditionem tamen non perficiat, traditione rei venditioni suppositę, haud pœnam statuto præscriptam contra vendentes contrahit; afficit hęc actu vendentes, non votos; percutit voluntatem actui mandatam, non præparatam, ante operationem pœnitentia ductam ab agendo desistentem. Sic Capic. decis. 155. n. 7. ex Tyraquell. Franch. Ponte, & alijs Castillo tom. 2. cap. 3. n. fin. Olea de cession iur. tit. 1. quæst. 6 num. 42. Sunt inter se distincta præparatio ad actum conficiendum, & confectio ipsius actus; sicut sunt diuersa promissio de actum celebrando, & ipsa met celebratio: prima tempus futurū percutit, posterior de præsenti, est text. in l. cum lex. cod. de legib. Paul. Gallerat. de renuntiat. c. 7. à num. 7. hinc condemnatus ad cedendum præcisè cedere compellitur, Salgad. de Reg. proct.
70 part. 4. cap. 5. nu. 59. † licet promisi-

miſiſſet præuiè cedere, cum diſtinguantur tamquam diuerſa, ceſſio ipſa, & promiſſio de cedendo. text. in l. Modeſtinus, ff. de ſolutionibus vbi agitur de ceſſione facta virtute pacti de cedendo, quæ neceſſaria non eſſet, ſi promiſſio eiuſdem eſſectus, ac ceſſio ipſa eſſet, Coſta de ration. & rata quæſt. 82. Mier. de Maior. 1. p. queſt. 40. num. 20. Guſman. de euict. quæſt. 35. nu. 83. non inde pœnæ alligatæ actui perfecto debent adſcribi conſumato, & affixè voluntati conſumatæ debent cohærere initiatæ, prout exemplum allatum de pęna ſtatuta contra vendentes appoſita vacante poteſtate ad compræhendendum ſub ſe promittentes vendere, exhibet: quæ reſolutio in cauſa reponitur, vt gabella in vēditione debita ex promiſſione de vendendo, nec poſſit
71 peti, ✝ nec debeatur, Suares conſ. 7. num. 9. Bertayol. conſ. Clauſ. 30. Gloſ. 12. num. 3. Gutier. cum pluribus de gabell. cap. 47. n. 19 Olea loc. citat. Similiter ex promiſſione de vendendo Laudemium non deberi, probat latè Petrus Tondut. queſt. ciuil. cap. 37.
72 num. 1. ✝ etiam ſi accedat ficta traditio per clauſulam conſtituti, Giurb. deciſ. 80. num. 20. & 15 Loter. de re beneficiar. lib. 3. q. 25 à num. 8. vbi etiam tenent poſſe pæniteri, licet hæc clauſula adſit in contractu. Tondut. ſupra n. 16 Acoſta de priuileg. credit. regul. 1. ampliat. 11. à num. 34.

Producens apocham, ſiuè inſtrumentum, poſtquam decla-
73 rauerit eis velle vti pro bonis, ✝ & fide dignis, poterit nihilominus, illis renuntiare, iuxta text. in l. ſi falſos cod. de falſis, & non ſolum ante ſententiam, vt voluit Honded. in conſ. 109. lib. 1. ſed etiam poſt ſententiam, vt docet Alex. in ſuo conſ. 168. incip. viſo proceſſu. num. 7. & 8. lib. 6. Gratian. diſcept. forenſ. lib. 1. diſcept. 109. num. 8. & tunc pœnam falſi euitabit Anchar. conſ. 123. num. 3. Laurent Vrſell. legal. concluſ. tomo 2. verbo apocha. concl. 132. n. 160. ratione affligit, *quia non videtur deliquiſſe non perſeuerando in actu prohibito:* verba ſunt huius Authoris, & ratio eſt, quia nemo punitur, niſi perſeuerauerit in vtendo.

Quę doctrina docens poſt productionem falſorum inſtrumen-
74 torum, ✝ & declarationem habitam de velle illis vtendi, poſſe pæniteri, & pœnam falſi elidi, non indiſtinctè amplexanda venit, pro vt reperitur penes Laurentium Vrſell. mihi conſtituitur ſub intelligenda, dummodo non adſit acceptatio partis aduerſæ, per quam contrahi videtur in iudicijs, & res integra deſinit eſſe: ſi poſt productionem falſæ ſcripturæ, & declarationem producentis interpoſitam ad petitionē aduerſarij ſe illis velle vti, & ſubſequutam acceptationem vellit producens pœnitere, & vacare pœna falſi, haud conatus ſcopum lucrabitur, iuxta textus expreſſos in l. 3. cod. de fide inſtrument. l.

Ccc pen.

pen. vbi Bart. ff. de fals. Afflict. decis. 189. num. 2. & 4. optime Rouit. sup. pracmatic. 1. de falsis fol. 229: num. 5. & seq. contra

75† quam declarationem non arridere restitutionem in integrum minori viginti quinque annorū voluit Prosp. Pasetti cons. 97. Rouit. num. 11. & 23. cum Surd. decis. 282. Bursat. cons. 232. vol. 3

76† voluit pœnam falsi non deberi, si non est nocibilis falsitas.

Prohibitus alienare sub aliqua

77 poena, † eam non incurrit, & si alienauerit, nisi traditio fuerit sequuta, ante quam dicitur actus inchoatus, non perfectus, patiens locum ad poenitendum, & resiliendum ab inceptis per tex. in l. *alienatum non propriè dicitur, quod aliud in dominio venditoris manet* de verb. signific. tenet Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 28. à num. 45. ex alijs Mier. 4. part. quæst. 1. num. 29. & quæst. 18. num. 2: Gratian. discept. forens. cap. 256. à num. 45. adeo vt nec ficta traditio ad incursum poenę sufficiat, Sesse. decis. 234. tom. 3. vbi desiderari actualem, & realem traditionem, fuisse decisum refert Olea, alijs laudatis, de ces. iur. tit. 1: quæst. 6. nu. 44. & 45.

Passim innumerabilia exempla obijciuntur, quæ veritatem hanc explanant; respectu delictorum currit de plano, pręcipuè

78 quando, iuxta distinctionem † cunctatam per. Giurb. cons. 64. num. 7. actus ad quem decurrit tentans *est facti consumatione, seu exequutione remotus*. actu non cōsumato dari locum poenitentiæ, & penam non contrahit, saltim ordinariam, vt videbimus per textum apertum in l. qui ea mēte ff. de furt. vbi dicit iuris consultus *delictum omne per pœnitentiam in pristinum statum reduci posse*, quod est idem ac dicere actu non consumato esse locum poenitentiæ, & pænam venire elidēdam text in l. si quis non dicam rapere cod. de Episcop. & Cleric. & ibi Bartol. docent communi calculo Farinacc. in prax. q. 116. tom. 4. part. 4. inspect. 2. num. 155. & quęst. 123. num. 92 cons. 125. num. 20. vbi etiam dari poenitentiam in delictis atrocissimis actu non consumato tenet, & cons. 114. num. 16. & 44.

79 vbi † loquitur de veneno præparato, Guain. ad defens. Reor. 28. cap. 18 num. 8. Laderch. cons. 209 num. 2. Mastrill. decis. 231. nu. 28. Rouit. super pragmatic. tit. de falsis, pragmatic. 4. num. 32. infinitis laudatis Narbon. ad l. recopilat, l. 29. tit. 7. lib. 1. Glos. 3. num. 53. Giurb. dicto cons. 64. ex num. 3. vbi adhibet distinctionem relatam, & cumulat infinitos, sub varijs distinctionibus, rem hanc per agētibus, quas hic affigere absque fruge diiudico, habet sat iuraiacta ad conatum, per quę conclusionem propositam, pęnam ordinariam euadi, euinci videtur constans textus expressus in l. 1. in princip. cod. de crimin. Stellionat. Olea de cession. iur. tit. 7.

q. 2.

q. 2. num. 27. & plus dicit nouiſ. ſime Paulus Chriſtianæi ad leg. municip. tit. 1. articul. 9. num. 8. nempè eſſe in pœnis legalibus locum pœnitentiæ, vſque ad ſententiam.

Pars aduerſa haud pugnabat contra allata, illis tamen non acquieſcebat; dicebat pœnam excommunicationis inflictæ in Bulla Cœnæ, ipſo iure contrahi,
80† abſque ſeparatione à ſua cauſa, ex ſimplici recurſu à tribunali eccleſiaſtico ad ſæculare interpoſito in caſu vetito, ſicque non poſſe dari locum pœnitentiæ, nec inſpectionem initiatæ voluntatis, & perfectæ, Pondus totius dubij videtur obiectio hæc; facili tamen repulſa euacuatur, non ſolum in figurata hypotheſi, recurſum prætenſum haud fuiſſe conſumatum, dignum ſicque non pœna ordinaria; ſed & adfuiſſe locum pœnitentię videbimus; Stabilitur conatus communi Doctorum calculo docentium, recurſum nõ trahere ſecum excommunicationem, pœnaſque alias in iure adhibitas, niſi effectus ſequatur, & inhibeatur iudex ſæcularis; ſi quis prætextu cuiuſlibet grauaminis à tribunali eccleſiaſtico ad curias Regias recurſum interponat, inhibitionem obtineat, & alias diligentias adhibeat, pro illius notificatione, non tamen hęc in effectu iudici eccleſiaſtico notificetur, pœnam excommunicationis in Bulla Cœnæ Domini inflictã haud contrahit; tria hæc capita ſymultaneo cõcurſu debent coaleſcere ad operationem effectus, nempè recurſus, inhibitio iudicis ſæcularis, & huius præſentatio, quolibet deficiente, cauſa excommunicationis infligendæ haud in ſuo eſſe perfecto reponitur, dicitur res integra, voluntas ſolum initiata conſtituitur, recurſum formalem interponendi votum intelligitur ad eſſe, non cauſa perfecta, effectus conſumatus, voluntas actui mandata, & delictum patratum completè; ratio eſt, quia ex ſimplici recurſu non ſequuta inhibitione iudicis eccleſiaſti, cum effectu nulla ſit iniuria Eccleſiæ, læſa haud conſtituitur eccleſiaſtica iuriſditio; & cum mens Pontificis in prohibitione recurſus extiterit, ne lęſio iu-
81 riſdictioni Eccleſiæ ſequeretur, † inde effectus fuit habitus in cõſideratione, ac perconſequens ex actu, ex quo effectus non eſt ſequutus, pœna non committitur, ſic argumentatur Alexand. Sperel. deciſ. 19. num. 41. tom. 1. Corrobatatur ratio hæc, quia verbum illud, *procurent* in bulla ad hibitũ, circa in hibitiones regias debet cũ effectu ſummi: tum quia verba cum effectu debent intelligi l. 1. ſ. hæc verba ff. quod quiſque curię l. quoties ff. qui ſatiſdar. cogantur tum quia in materia pænali ver-
82 bum ly. † *procutrent* debet aſſumère ſignificationem perfectam, non actus initiati, ex poſteriori ſignificatu grauantis tam grauiori pęna, prout habetur excommunicatio, quæ intellectio repugnaret principijs iuris, quæ in pænalibus

benignorem interpretationem
83 sumendam esse præscribunt † l. semper indubijs 56. l. rapienda 168. l. ea quæ 192. alias 153. de regul. iur. l. p. benignius de legib. Paul. Rubeus pratic. de testam. cap. 18. num. 550. Mathias Berlinch. praticar. conclus. tom. 4. cap. 11. nu. 36. & seq. & tandem, quia illa tria capita, clausulæ, dictiones, seu prohibitiones, scilicet *recurrere, procurare, decerni in hibitiones, & exequtioni mandare decreta in hibitoria, contra tribunalia Ecclesiastica*; exprimuntur in canone bullę addita inter illa coniunctione, (&) sic que videntur ad modũ vnius interdicta, & nõ separatim; alias essent tres excommunicationes inflictæ, & non vnica, quod videtur ab surdum, & nimis graue. copula *ly*, *&* versans coniunctiue inter capita sub dicta, potens est ad illa germananda, confricãda, & ad vnum quid reducenda, taliter vt, quolibet illorum defficiente, non dicatur mens legislatoris ad impleta, causa consumata, & effectus per consequens secutus, quæ operationes adscribuntur copulæ, (&) per text in. l. siquis ita stipulatus ff. de verbor. obligat. l. si quis ducenta ff. de reb. dubijs cap. 1. de rescript.

Hinc conditiones coniuntim sub dictione, & heredi, fideij cõmissario, vel legatario ad scriptæ, ad consequtionem hæreditatis, legati, & fidei commissi, coniuntim
84 debent ad impleri, † & qualibet defficiente, dititur totum edificiũ labi, & omnis res perire per deffectum adimplementi conditionis per text. in l. si hæredi 5. ff. de condit. instit. l. si quis ita 129. de verb. oblig. l. si. is qui 14. §. item si de reb. dub. §. si plures 11. inst. de hæred. inst. quæ iura inculcant conclusionem iactam conditiones plures copula, (&) illa que actas haberi ad modũ vnius, & omnes impleri debere ad productionem effectus, vt longa manu dicam cap. 46. inferius, docent Peregrin. cons. 119. n. 1. lib. 5. Cancer. var. part. 1. cap. 1. num. 158. Sesse decis. 50. num. 38. & 39. & decis. 66. tom. 1. Ramon. cons. 28. & cons. 31. num. 4. in fin. & cons. 100 num. 55. Leon. decis. 44. part. 2. Larrea decis. 61. nu. 1. & 10. part. 2. Fontan. decis. 45. ex num. 13. Casanat. cons. 1. ex num. 1. Donel. 8. coment. cap. 32. & 161. Osuald. lit. q. Duaren. de condit. inst. cap. 5. Matheat. 3. Epitom. de legat. cap. 12. Forner. 6. rerum quotidian. cap. 18. Peregrin de fid. com. artic. 15. & 161. Censal. Dequer. decis. 3. num. 15. & decis. 4. num. 39. lib. 1. Ioachim. Scayn decis. 2. à num. 37.

Opinionem hanc, maiori calculo asseclarum sufultam, beni-
85 gniorem, & saniorem, † quod ex simplici recursu de tribunali Ecclesiastico ad sęculare, non contrahatur excommunicatio, nisi cum effectu obtineatur in hibitio, & hæc iudici Ecclesiastico notificetur, tenẽt contra Bonacinã contrarium docentem in tom. 3. disp. 1. q. 17. punct. 1. num. 29. versic. secundo, nempè Filiuciustract. 16. cap. 10.

cap. 10. quæſit. 12. num. 284. Vgolin. de cenſur. Pontific. reſeruat. part. 2. verſic. eos, fol. 369. num. 2. vbi hanc opinionem vocat communiſſimam in conſulendo, & iudicando inſequendã; ſequũtur, pluribus alijs laudatis, Duard. ad bull. Cœnæ Domini canon. 16. quæſt. 6. num. 3. Vinald. ad cap. 16. dictæ bullæ, vbi ad hanc opinionem inſequendã mouetur hoc argumento, quia ſi dicta capita per modum vnius non interdicuntur, ſequi debet, quod triplex excommunicatio inflicta reperiatur in vnius capitis prohibitione, ſequẽda ex qualibet contrauentione dictionum inibi prohibitarum, quod abſurdum eſſe diiudicat; ſequitur Fragoſo de Regimin. Reipublic. Chriſtian. tom. 2. diſp. 3. §. 16. nu. 298.

Virtute ſupplicationis per Patrem Ioannem Baptiſtam Oly-
86 ues, † & fratrem Matthæum Piſoni Societatis Ieſus Excellentiſſimo Proregi Marchioni de Caſtel Rodrigo porrectæ, grauaminis prætextu in mẽſa Turritana metus adhibendi in bona Vniuerſitatis inhibitio directa Vicario Sede vacãte fuit obtemp. ta, impetrata, & procurata, in quo actu illa duo capita bullæ, nempe *recurrere*, *& procurari, detinere inhibitiones*, fuere exequutioni mandata, tertium verò nẽpe notificatio inhibitionis iudici Eccleſiaſtico, haud fuit ſequuta; hinc omnes conditiones in canone per modum vnius cum copula *&* adhibitæ, non inpletæ, hinc cauſa non conſumata, hinc res integra, locus pœnitentię, recurſus ſolum attentatus, non perfectus, & conſumatus; voluntas delinquentium actum, proxima ad delictum, non verò hoc conſumatum, quæ euincunt, extorquent, & inculcant pœna ordinaria, ob delictum attẽtatum, non potuiſſe Religioſos iſtos pœna excommunicationis affici, iniuria aliqua Eccleſiam ex ſimplici recurſu abſque inhibitione ſubſequuta in effectu haud percuſſit, Eccleſiaſtica iuriſdictio illæſa remanſit: qui ſcopus mens fuit Pontificis: hæc eſt perſpicienda; hæc ſectanda; hæc, nõ verba complexanda, iuxta vulgare axioma, legiſlatoris mentẽ,
87 † non verba eſſe ſequendam, cap. in his de verb. ſignificat. Moron. reſponſ. 26. num. 56. quod exornant. Leon. deciſ. 199. ex nu. 10. part. 2. Marant. reſp. 12. tom. 1. Marin. quotidian. reſol. tom. 2. cap. 100. num. 8. Lelio Altograd. conſ. 58. num. 18. part. 1. quæ ſemper debet anteponi ipſis
88 net verbis, † ſic reſpondit Modeſtinus in l. iure opportet §. aliud etiam ff. de excuſat. tutor. l. Labeo ait §. fin. in fin. ff. de ſupellect. legat. Ganauer. deciſ. 57. nu. 15. fol. 447. & verba ipſa flecti debent, vt menti deſeruiant, & ancillentur. l. in ambiguis 96. de regul. iur. Arias de Meſa var. lib. 3. cap. 15. num. 6. illumin. Moron. reſponſ. 26. n. 58. in fin. Salgad. de ret. bullar. 2. p. c. 10. n. 24.

Re-

Recursus itaque, per quem Bullaris excommunicatio inflicta apparet, dicitur consumatus ex vltimo actu intimationis iu-
89 dicis sæcularis, † hac non interposita, constituitur in fieri, in actu signato, secum inuoluens locum pœnitentiæ, quæ denegatur in delicto consumato, & in pœnis, quæ ipso iure contrahuntur post consumationem vltimi actus; pœnæ recursui alligatæ ipso facto subsequuntur, sed non primum actum recursus, vel secundum obtentionis inhibitionis, sed posteriorem notificationis commitatur, à qua, & in qua esse cõstitutiuum formale recursus, reponitur; bene verum est quod optans recursum, & procurans inhibitionem, dicatur delictum initiare deueniens ad actũ proximum delicti; sicque adnimaduertendus pœna extraordinaria, vt dicit plenè Iurba, innumerabilibus congestis, in conb. 64. num. 6. Narbon. ad leg. recopil. loc. cit. num. 59. non tamen ordinaria, quæ in hoc casu est excommunicatio.

Nec religiosis istis constituatur durum, potuisse affici pœna aliqua extraordinaria, propter recursum attentatum si hic facto
90 cohereret, † fixis suis priuilegijs, & præscripto Cõcilij Tridentini circa exemptionem à potestate Ordinarij, quæ videretur frangi prima inspectione contra præceptum Domini statutum apud Deutheren. 27. 17. ibi *ne transgrediaris imperando terminos antiquos, quos posuerũt patres tui. & rursus nõ assumes, & trasferas terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua*, Deut. 19. 14. quorum trãsgressio interdicitur sub anathematis pœna cap. in legibus
91 sæculi 12. q. 2. & parturit bella, † diffidia, & rixas inter homines, vt dicebat diuus Iacob. in Epist. cap. 41. c. 1. de priuileg. in 6. Duritiès perpensa augetur ex Bulla Pauli 3. quę incipit. licet debitum pastoralis officij promulgata anno 1549. cuius memores cõstituuntur Cherubin. incompend. bullar. in Bulla Pauli 3. bull. 48. Emanuel. Rodrig. q. q. regular. tom. 2. q. 58. articul. 1.
92 † Sanches tom. 2. Concil. Moral. lib. 6. cap. 9. dubio 1. num. 28. cuius Pontificij diplomatis verba sunt sequentia: *nec illis Prælatis contra aliquem de Societate, vel contra alios eorum causa aliquem excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententiam ferre liceat; et si tulerint, eo ipso irrita, & nullius roboris sit*; ex quo (concludit Sanches, & cæteri, locis citatis, quamlibet excommunicationem latã contra Religiosos Societatis esse irritam & nullam ex deffectu iurisdictionis, sequuntur Dian. Mor. 3. p. tract. 2. de dub. regul. resol. 35. Lezana 1. part. cap. 11. num. 15. neruosè Alphons. de Leon. de censur. recollect. 2. num. 491. acerrimè Carol. Marant. Episcop. respons. 52. tom. 5. vbi loquitur de excommunicatione à iure lata; quorum priuilegia nec ammittuntur contrario vsu,

etiam

etiã ſi preſcriptio fuerit per Ordinarium arrepta ex vi cuiuſdã bullæ, quam reffert Dian. moral.
93 3. part. tract. 2. reſol. 88. † & Larrea deciſ. 97. num. 1. nec ſubgiciuntur ſpontaneę ceſſioni: interdicitur Religioſis, tamquam exempitis, iuriſdictioni ordinariæ ſe ſubmittere, & propijs priuilegijs renunciare, abſque aſsenſu Sedis Apoſtolicæ, probat text. in cap. de tempore de arbitr. *ibi: cum*
94 *& ſi ſponte volueris, † iure tamẽ nequieris, ſine licentia Romani Pontificis, renuntiare priuilegijs, & indulgentijs libertatis.* cap. cum olim, & ſecundo de priuilegio *ibi: ius noſtrum, & Eccleſia Romanæ turbatur* docente Mantic. deciſ. 237. nu. 4. ſeraphin. deciſ. 595. num. 7. vbi Religioſos nõ poſſe ſuis priuilegis, & exemptionibus renuntiare, abſque aſsenſu Apoſtolico tenet. Oliuer. Beltramin. in addit. ad Lodouiſ. deciſ. 325. n. 29. Eman. Rodrig. qq. regular. tom. 2. q. 63. artic. 10. Cochier. de iuris dict. Odrin. in exempt. 3. part. q. fin. Sanchez, qui loquitur de religioſis Societatis tom. 2. Concil. moral. cap. 9. dubi. 1. nu. 22. Galerat. de renunciat. tom. 2. Centur. 2. renuntiat. 140. Salgad. de retent. bullar. 2. part. cap. 11. num. 15. & hoc etiam poſt Concilium Tridentinum in prima inſtantia, non obſtante cap. cauſæ omnes, de reformat. ſeſ. 24 decernente, cauſas omnes in prima inſtãtia ab Ordinario debere cognoſci, ſub quo haud comprænenduntur Religioſi, cæterique
95 exempti, † quorum cauſæ ſub illorum conſeruationibus in prima inſtantia debent cognoſci, & terminari, docent latè Ceuall. per viam violent. 2. part. q. 157. Narbon. in l. 59. gloſ. 1. à num. 206. lib. 2. tit. 4. tom. 3. recop. fol. 187. Salgad. loc. cit. Ioan. Mar. Nouar. in noui. Iur. Pontific. practic. concluſ. cap. de cauſ. primæ inſtant. concluſ. 1. alias 54. nu. 11. fol. 142.

Quia reſpondetur duppliciter: primo, quod exemptio religioſis
96 arridens, † vt nequeant excommunicari ab Ordinarijs, intelligitur quoad ſententiam excommunicationis ferendam (quidquid ſit dubium, quod ordinario reuolui ſolet: vtrum in caſibus in quibus Epiſcopo ſubgiciuntur, poſſint per eũ excommunicari, quem lapidem ſuprimo, tamquã maiori ſtudio indigentem) non vero latam; poſſunt religioſi iuxta veriorem opinionem in concuſsè in Regno Sardiniæ praxi mandatam; pro vt poſſem plurima exempla conferre, ſi contingat incurrere in cenſuram à iure latam, declarari incurſi, non obſtante prædicta bulla, & alijs eiuſdem tenoris, quæ cenſuram ab homine ferendam non à iure latam terminant, docent Genuens. in prax. cap. 57. Piaſec. in prax. nouiſſima part. 2. cap. 3. §. 6. num. 59. Ricc. in prax. aurea reſolut. 210. num. 4. Triuiſan. deciſ. 36. num. 2. verſic. 5. lib. 2. qui omnes indiſtincte adſcribunt Epiſcopo facultatem,

poſſe

posse religiosos, excommunicationis à iure inflictæ pœna affectos denunciare, vt ab omnibus euitentur. Alter. de censur. tom. 1. disp. 10. lib. 3. cap. 5. circa finē Rodriq. quæstion. regular. tom. 2. q. 63. artic. 11 Marin. quotidiā. resol. lib. 2. cap. 181 num. 1. Ioan. Baptist. Ventriglia in sua prax. annotat. 48. §. vnic. num. 134.

Ratio constituitur, quia denunciatio prout diximus capite
97 superiori, † non proprie percutit iam in censuram incursos, cœteros terminat, vt ab incursi commertio declinent, quam denuntiationem posse Episcopū contra religiosos adhibere, sacra Congregatio, decreuit, prout habetur penes Barbos. in collect. bullar verbo regulares. Verba sunt. *Episcopi possunt declarare excōmunicatos, ob delictum notoriè extra claustra commissum, vt ab omnibus euitentur.* resecandæ sunt putridæ carnes, & morbosa ouis e caulis repellenda, ne tota domus massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intere-
98 ant, † vt Hieronymi loquamur verbis in can. resecandę 16. 24. q. 3. ex Vrbano 4. in extrauagāti sanc. 1. §. nos igitur de Simon. *inter communes*, modo alio ocurri quando haud poterit, nisi abscisione, ne reliquæ carnis salutem, putredinis suę contagione, corrumpat, ex Prospero de vita contemplatiua cap. 7. in Canon. ecce autem 18. circa finem 24. q. 3. Reffert Carol. Marant. Episcop. tom. 5. cap. 105. num. 23. Studiū hoc Episcopo tamquam pastori adscribitur, commendatur, & tribuitur, illum tangit pro pastorali munere Ecclesiam suā
99 purgare, † & purgatam retinere. Clementin. 1. de offic. ordin. Orig. Homil. 7. in Iosue & tract. 35. in Mattheum; verba sunt: *eijciantur ab oratione, ne modicum fermenti, non ex corde mundo orātium totam vnitatis consperssionem, & concensum corrumpant*. tenet Salced. de lege politica lib. 1. cap. 10. num. 22. sicut & conuenit cuilibet reipublicæ moderatori, prouinciam custodire vacantem
100 omni vitio, † & malis hominibus l. congruit. 13. de offic. pręsid. Rici. decis. 283. num. 2. post 4. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 7. sect. 1 num. 379. *Episcopi munus est vigilare super gregē suam, ne veniat lupus circuens quē*
101 *deuoret* † *& rapiat, ac dispergat oues de manu pastoris* ex Ioan. 10. 12. cuius iacturę ipse reus constituetur, & sanguinem ouium de manu illius exquiret iustissimus iudex pastor æternus. cap. cognouimus in fin. 18. q. 2. Maranta respons. 98. num. 48. part. 4. Vt bonus pastor tenetur Episcopus gregem custodire, cuius custodia illi mandata fuit ab altissimo per susceptionem muneris, quæ nititur in obuiando aduersis, & alliciendo æqua; quo respicit vigilantia summopere commendata apud Lucam 2. 8. & per diuum Ambrosium ibi exarata; cui studens excommunicatos, tamquam membrum putri-

putridum à corpore fidelium debet ſegregare, ne vnius contagione totum corrumpatur; huic muneri vacari debet, non arceri,
102 † quidquid queruli exempti exclament; non debent hi, ſi forte incurrere contingat in cenſuram canonis, propter delictum extra clauſtra commiſſum, iuxta præſcriptum ſacræ Cõgregationis dolere, cur declarentur incurſi, dolere debent cur meruerint declarari, vt loquitur diuus Hieronymus quem reffero tom. 1. diſſert. 16.

Secundo reſpondetur regularem recurrentem in caſu vetito de tribunali Eccleſiaſtico ad ſæculare, delinquere in illo tribunali, cuius iuriſdictio turbatur, iudicis aures offenduntur, & læditur recta moderandi norma, præſcripta per recurſum indebito, & peruerſo ordine interpoſitum; certiſſimum autem eſt, iudicem poſſe animaduertere, & pœna afficere extraordinaria iuriſdictionem ſuam turbantes, cuius qualitatis intuitu fit turbãs de iuriſdictione, iuriſdictionis turbatæ cap. 1. de offic. delegat. innocent. in cap. olim de reſtit. ſpo-
103 liat. † & in cap. dilectus, de pœn. Farinac. de pœn. in prax. q. 114. num. 67. & conſ. 134. nu. 5. vbi addit, quod poteſt cuius iuriſdictio turbatur, punire non ſolum priuatas, ſed & publicas perſonas, dignitate munitas. Marta de iuriſdict. part. 3. cap. 1. num. 2. vbi dicit, poſſe iudicem eccleſiaſticum procedere per cẽſuras contra turbantes ſuam iuriſdictionem. Berbon. de public. concubin. in verbo ne vllum qualemcũq; fol. 389. Iulius Chartar. deciſ. crimin. 96. n. 20. Ioan. Baptiſt. Spada conſ. 128. num. 5. tom. 1. idẽ procedit in Inquiſitoribus, quos quotidie videmus procedere per cenſuras contra ſuam iuriſdictionem turbantes,
104 † imunitates, & priuilegia ſibi, & ſuis miniſtris elargita, prout de iure poſſunt. Sic Seile de inhibit. cap. 30. §. 1. num. 158. Farinac. de heretic. q. 182. num. 74. & 81. Barbos in cap. vt officium num. 14. & in cap. vt inquiſitionis num. 10. de hæretic. Fermoſin. in cap. cum veniſſent quæſt. 10. à num. 5. de iudic. Narbon. l. 20. Gloſ. 22. tit. 1. lib. 4. recopilat. Solorzan. de iur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 24. num. 14.

Idem in teſte falſum depo-
105 nente, † qui poteſt, à iudice, coram quo falſum deponit, extraordinaria pœna offici; licet à ſua iuriſdictione reperiatur exẽptus; cum per delictum in ſuo tribunali patratum iuriſdictio ex parte delinquentis prorogetur, & ex parte iudicis acquiratur per text. expreſſum in l. nullum cod. de teſtib. docent communi calculo Ricc. in prax. reſol. 140. à num. 1. Farinac. in prax. part. 1. quæſt. 1. num. 59. & part. 2. quæſt. 67. §. 2. Guazin ad defenſ. reor. defenſ. 1. cap. 13. num. 4. Caball. reſol. criminal. caſu 261. Peguer. in pratic. criminal. c. 26.

versic. preterea. posset dubitari, & decis. 60. num. 1. Giurb. cons. 59. num. 92. Iulius Chartarius decis. 96. num. 5. Xamar. de offic. iudic. part. 1. q. 2. num. 79. Merlin. controu. forens. tom. 2. cap. 71. galeota respons. fiscal. 1. à num.
106 † 1. licet testis contra veritatem attestans inueniatur ex speciali priuilegio exemptus à tribunali iudicis, cuius aures per depositionem falsam offendit. Xamar. de offic. iudic. 1. p. q. 2. n. 84. & q. 9. num. 60. Peguer. decis. 60. num. 2. & decis. 29. num. 4. Merlin. lib. 2. controu. cap. 79. num. 4.

Et procedit in laico coram Iudice Ecclesiastico Falsum de-
107 ponente, † à quo poterit indistincte puniri, tamquam in suo tribunali delinquens. Xamar. dict. q. 2. num. 82. Caball. resol. 261. num. 5. Iulij Chartar. decis. 57. num. 13. & decis. 96. num. 7. & 8. Ric. in prax. var. resol. 140. num. 7. Giurba cons. 59. num. 92. & 120. Fermosin. in cap. & si Clerici q. 4. num. 1. de Iudic. Bouadill. in politic. lib. 2. cap. 17. num. 47. Merlin. dict. lib. 2. cap. 71. num. 9. Thomæ del bene de immunit. ecclesiar. tom. 2. cap. 9. dub. 19. à num. 7. & de parlamento dub. 4. sect. 19. subsect. 13. num. 5. Tondut. de præuent. part. 2. cap. 47. num. 5. quod procedere respectu Ordinarij, & Iudicis delegati à Principe dicunt
108 Galeot. † resp. fiscal. 1. num. 10. Cortiada infinitis decis. 21. n. 52.

Potest Episcopus poena extraordinaria punire laicos fractores
109 carceris ecclesiastici. † Iulius Chartar. decis. 80. num. 1. potest Chancellarius procuratores, aduocatos, & litigantes coram eo, si contingat delinquere, animaduertere: cum Paulo Xamar. Bouadill. & alijs, Cortiada dict. decis. 21. num. 59. vbi ad longum hanc materiā explanat,
110 † & exemplum, quod in hoc Regno Sardiniæ successit, refert. Valet Episcopus Æquites de Alcantarà turbantes eius iurisdictionem, excommunicare, Caualcan. decis. 33. de contractib. alias 77. & in specie casus controuersi potest per specialem Bullam Clementis 8. quam refert Nouar. in summ. bull. tit. de regularib. delinquentib. super Bullam Clement. 8. fol. 527. nu. 18. regulares Episcopo in iuriam inferentes, vel Vicario iurisdictionem exercenti, eius Iurisdictionem turbantes, vel aures offendentes, punire poena extra-
111 ordinaria carceris, † pecuniariā, vel aliàs; sunt verba huius authoris. *declaratur modo tenor dictæ constitutionis, vt Regularis inferens iniuriam Episcopo, vel Vicario iurisdictionē exercēti, & eius aures offēdat in illo actu iurisdictionis, eam turbādo, possit ab eodem Episcopo, vel Vicario, puniri sine remissione ad suū superiorē*, iuxta terminos textus in l. nullum. cod. de iudic. sic Rici. resolut. 140. part. 2. & decis. 81. part. 4. Genuens. in prax. c. 7. nu. 8. Vidimus recurrentem de tribunali Ecclesiastico ad sæculare in casu vetito, delinquere contra

traſcriptos canones, recurſus prohibitorios, vidimus recurrentem aures Iudicis, à quo recurſus interponitur, offendere, tribunal lædere, iuriſdictionem turbare; hinc prorogatio fori, iuriſdictionis diffuſio, poteſtas in Iudice ad puniendum recurrētem pœna extraordinaria, quando delictum non eſt conſumatum; deuentum fuit vero ad actus proximos, quę contra quemlibet exemptum poterit expediri, cū ratione delicti iuriſdictionis offenſæ ſubminiſtretur hæc in iure ad offendentis animaduerſionē.

Si remoto omni extrinſeco motu, negotium trituremus; recurſum aliquem haud fuiſſe interpoſitum, palpabimus; recurſus in bulla Cœnæ Domini interdictus, per neceſſarium antecedens præſupponit ex parte Iudicis Eccleſiaſtici ordinarij, vel delegati, grauamen fuiſſe adhibitum per ſententiam diffiniti-
113 uam, † vel incidens interloquutorium; veritas hæc incumbit verbis ipſius met canonis, quæ cum aperta ſint, tergiuerſatione, & dubietate debent vacare l. ille, aut ille 25. *ſſ. cum in verbis nulla ambiguitas eſt, non debet admitti voluntatis quęſtio* ff. de legal. 3. Nyger. Cyriac. controu. 522. n. 53. Franc. Rocc. reſponſ. 43. tom. 2. num. 15. verba ſunt canonis, *qui poſt ipſorum Ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcumque ſententias, & decreta*; quę in aperto inculcant, ad eſſentiam conſtitutiuā recurſus, prçcedentiam grauaminis per ſententiam, vel decretū illati deſiderari, quod debet eſſe de præſenti, non de futuro, taliter quod recurrens à grauamine futuro de tribunali Eccleſiaſtico ad ſęculare nulla ſententia, vel decreto in illo adhibito, non diceretur recurrere, deficiente fundamento, in quo nititur recurſus, nempe grauamine de præſenti; ſed proprie atrahere cauſam de vno tribunali ad aliud, vt inferius di-
114 cam. † docent Duardus in canon. num. 16. Bull. in Cœna Domini. quęſt. 1. verſic. nam in primis. Rici. deciſ. 189. num. 6. tom. 4. Alter. de cenſur. in eod. canon. cap. 2. col. 1. verſic. 4. Vgolin. eod. loco verſ. ac etiam nu. 1.

Deficiente recurſu formali, prout realiter defecit in hoc caſu, ex defectu grauaminis illati de præſenti in tribunali Eccleſiaſtico Turritano; ſequitur, vt ſententia declaratoria incurſus cenſurarum contra hos religioſos adhibita, nullitatis vitio ſubiaceat, & vacet; ratio, quia fuit ex falſa cauſa interpoſita iuxta com-
115 mune Doctorum placitum, † docentium ſententiam excommunicationis ex erronea, vel falſa cauſa interpoſitam, eſſe, ac remanere nullam, irritam, & nullius roboris, ſic Alphonſ. de Leon. de cenſur. recollect. 2. num. 184. Carol. Marant. reſponſ. 53. num. 25. Alexand. Sperel. deciſ. 48. num. 26. tom. 1. Olea de ceſſion. iur. tit. 8. q. 1. num. 1. vbi omnes indiſtinctè tenent, falſam

causam irritare sententiam excommunicationis.

Nec hæc potuit ex alio capite bullæ, prout fuit prętensum per promotorem fiscalem, sanari, saltim contractam fuisse excommunicationem decimam quartam in Bulla Cœnæ cōtra attrahentes causas ecclesiasticas de tribunal i ecclesiastico ad curias
116 regias, inflictam deducētem, † cum sit sententia stricti iuris; l. Paulus 47. de re iudicat l. 1. cod. si plures vna sentent. Monter. de cession. 36. num. 49. Arias de Mesa var. lib. 2. cap. 31. num. 3. strictè intelligendi prout verba sonant. cap. dilectus 18. de offic. Ordin. Amat. var. resol. lib. 1. resol. 14. nu. 43. Giurb. cons. 44. num. 2. Cancer. var. 3. p. cap. 17. num. 349. restringenda intra ambitum rei contentæ. Valençuel. cons. 166. num. 79. tom. 2. & lata contra regulam iuris, cuius plures limitationes possūt ad-
117 duci, † in quibus possit saluari; his tamen non expressis, nulla constituitur. Couar. pract. q. 15. num. 1. & cap. 23. nu. 5. Gratian. decis. 118 num. 5. Carroc. de remed contra præiudicial. sentent. except. 41. num. 7. vnde interposita in vnius consortis, vel co-
118 hæredis odium, † licet alijs prosit, non tamē nocet l. Titio centū §. Titio genero in fin. ff. de cōdit. & demonstrat. l. denunciasse §. fin. cum leg. seq. ff. ad leg. Iuli de adulter. docet Trentacin. var. lib. 2. tit. de procurat. resol. 7. nu. 2. Fabi. de Anna. cons. 89. Valençuel. cons. 152. à num. 6. Ottero de Pascuis & iur. pascend. cap. 16. num. 29. Respectu hæredum probat Escobar à Corro de purit. san. q. 13. §. 1. num. 20. per text. in l. sæpe 63. ff. de re iudicat. & q. 17. §. 2. per tot. reffert decisum, sententiam latam contra vnum ex fideicommissarijs,
119 † ei, qui litigauit, non nocere agenti contra alios confideicommissarios. plenè Gaito de credit. cap. 2. tit. 3. à num. 385. & 407. Hermosill. in l. 32. glos. 3. num. 41. tit. 5. part. 5. Valentia illustri. lib. 2. tract. 2. cap. 10. à num. 22. Salgad. de reg protect. 4. part. cap. 18. à num. 357. Olea de cession. iur. tit. 3. q. 12. num. 14. quæ, & alia consulto omissa, euincunt, sententiam esse stricti iuris, incapacem extensionis, & ex contentis in ea approbandam, vel reprobandam.

Negotio igitur hoc adamussim cunctato, recursum non fuisse optatum, sed euocationem causæ de Tribunali Turritano ad Curiā domini Proregis fuisse intentatā, inuenie mus, per quam, nullam fuisse excommunicationem contractam, per pœnitentiam subsequutam ante intimationē inhibitionis, apparet constans; inhęret conatus hic tuto Doctorum placito, in materia auuocationis causę in Canone 14. Bullæ in Cœna Domini interdictæ, perfectam hanc esse, & vsque ad extremum actum intimationis
120 inhibitionis consumatam, † esse requirentium, & docentium non

non ſufficere ſimplicem euocationem cauſæ per viam recurſus, ad incurſum cenſuræ, dummodo non ſubſequatur inhibitio in effectua tribunali Eccleſiaſtico, ea ratione, quam calamo mandauimus, & in memoriam iterum reducimus: quia illa non ſequuta, non videtur iniuria aliqua Eccleſiæ adhiberi, & perturbatio tribunali Eccleſiaſtico, quæ fuit mens Summi Pontificis in hac prohibitione. Thome del Bene de immunit. Eccleſiar. tom. 1. cap. 3. dub. 5. ſect. 2. num. 10. fol. 253. opinionem hanc, quod ad incurſum bullaris cenſuræ, ratione attractionis in cauſis Eccleſiaſticis ad forum ſæculare, & euocationis illarũ de vno tribunali ad aliũ, in caſu vetito requiratur ſubſequuta inhibitio, & huius notificatio Iudici Eccleſiaſtico, magis communiter tenēt Bonacin.tõ.3. cum alijs diſp. 1. q. 15. puncto 1. nu.3. & in verſic. 2. voluit auocationem eſſe de cauſis radicatis in tribunali Eccleſiaſtico; & hac notificatione non intercedente, poſſe pœniteri, tamquam delicto non conſumato, tenet Thome
121 del Bene de immunit. Eccleſiar. tom. 1. cap. 5. dub. 2. fol. 283. num. 15. vbi probabilem hanc opiniouem vocat. Et hæc ſicque amplexanda veniebat, tamquã animabus fauorabilior, ad excluſionem peccati, & incurſus cen-
122 ſuræ, † vt ratio cinantur Ianuar. in reſolut. moralib. part. 1. reſol. 44. num. 13. Spinul. in opuſcul. de elect. opinion. diſp. vltim. ſect. 4. præcipuè in materia pœnali; in qua iudex ad fauorẽ rei debet ſequi benignorem opinionem, vt mitior pœna ſequatur. Bald. in l. quicumque col. antepen. verſic. ſcias etiam. cod. de ſeruis fugitiuis. Carol. Marãt. reſponſ. 43. num. 41. tom. 2 Paul. Rub. practic. de teſtam. cap. 18. num. 551.

Cunctabam in hoc caſu nulla fuiſſe Religioſos Societatis excommunicationis ſententia ligatos, ſuppoſito in facto nullum recurſum fuiſſe formaliter inter-
123 poſitum, † prout ſupponi opportet cum non præceſſerit, neç ſententia diffinitiua, decretum, vel grauamen ex parte curiæ Eccleſiaſticæ; ſed ſolũ adfuiſſe euocationem cauſæ de tribunali ad tribunal attentatam, non conſummatã ex defectu inhibitionis, cui iuditio, etiam facta hypotheſi inhibitionem in effectu fuiſſe ſequutam, ad hærebam; fundamentũ in quo nitor; haud alienigena cõſtituitur à iuris prudentiæ, aulis, his adſcribitur ſatis rationabili anchora ſtabilitum,
124 eſt que, † quod atrahentes cauſas, ſeu euocantes de curijs Eccleſiaſticis ad ſæculares, non comprædendantur ſub canone 14. Bullæ Cenæ contrahentes excõmunicationem inibi inflictam, niſi auctoritatiuè fiat auuocatio, & attractio; debet tamquam Iudex auocationem intendere ad hoc, vt fiat bullaris cenſuræ reus, ſub qua partes auocantes

au-

authoritate particulari haud cōpręhenduntur, iuxta magis receptam opinionem, quam in ijs præcisis terminis tenent, Suar. de censur. disp. 22. sect. 1. num. 75 Alter. eod. tract. disp. 14. cap. 1. & patet ex contextu dicti canonis 14. ibi: *ac se ad illorum cognitionem, tamquam Iudicem interponit* Alter. rursus eod. tract. lib. 5. disput. 16. cap. 1. versic. hinc sequitur. tom. 1. Vgolin. eod. tract. part. 21. num. 11. Sair. in explicat. dict. canon. Thome del Bene de immunitat. Ecclesiar. tom. 1. dub. 8. sect. 1. cap. 3. fol. 253. num. 2. ibi: *quapropter ad excommunicationem bullarem citati canonis* 14. *contrahendam requiritur, ut quis tamquam Iudex prędictas causas à Iudicibus à Sede Apostolica constitutis, ad se auocet*. Hanc eamdem conclusionem sectatur. Fragos. de Regimin. Reipublic. tom. 1. part. 1. disput. 3. num. 279. versic. sextus.

Fortiter Promotor fiscalis respondebat, doctrinam hanc limitandam esse respectu laicorū, non Ecclesiasticorum, quos ex auocatione, & attractione causæ Ecclesiasticæ ad tribunal Regiū,
125 licet aucthoritatiuè nō interpositam, remanere ligatos bullari excommunicatione. Dicebat: responsio nititur in constitutione Martini V. specialiter Ecclesiasticis, & Religiosis hanc euocationem interdicentis sub pæna excommunicationis maioris, prout referunt Ric. part. 4. decis. 189. Theophil. Alarius in canon. conscientiæ lib. 6. in explicat. Bullæ Cenę num. 37. qui prædictam doctrinam superius allatam, atrahentes, & euocantes causas Ecclesiasticas ad parlamenta Regia, non ligari bullari excommunicatione, nisi authoritatiuè concipiatur euocatio, limitant respectu Ecclesiasticorum, regularium, & irregularium, quos incidere virtute constitutionis Martini Quinti in excommunicationem Sedi Apostolicæ reseruatam, docent.

Respondebam constitutionē Pontificiam intelligendam esse de perfecta, & consumata euo-
126 catione, ✝ non de attentata, & actui vltimo, nempè notificatiotionis, inhibitionis haud reposita: intellectus hic proprio Marte non elaboratur; fuit eiusdem Ric. loc. cit. decis. 189. num. 6. vbi limitat doctrinam in bulla Martini V. nixam circa euocationem causæ Ecclesiasticæ interpositam à tribunali Ecclesiastico per Religiosum ad curiam sęcularem in casu, quo Religiosus desistit à iuditio cepto, pœnitentia subsequuta, ob quam ab incursu censuræ liberari concludit. Verba sunt huius authoris: *vltimo quando trahens desistit ante litem contestatam, cum in tali casu trahens potius dicatur voluisse trahere*. Pœnitentia à recursu prætenso, & attentata euocatione fuit adhibita, prout vidimus, ob quā non potuisse postea pæna ordina-

naria, ſaltim excommunicatio-
nis maioris affici Religioſos iſtos
conſtans apparet, hoc repeto,
hoc inculco, & in caſu dubie-
tatis benignior pars amplexari
opportebat, non in duriorem diſ-
ſolui, cum in dubijs clementia
debeat ſeueritati preferri per tex.
in l. fin. in fin. cod. de donat. in-
127 ter Vir. † & Vxor, Cicer. lib. 1.
officior. quia iuxta aurea verba
capit. alligant. 12. 26. quæſt. 7.
*Melius eſt propter miſericordiam ra-
tionem reddere, quam propter cru-
delitatem*: Iudex procliuior de-
bet conſtitui ad clementiam, quã
ad vindictam cap. licet plerum-
que. cap. licet non nunquam cap.
diſciplina 45. diſtinct. l. reſpi-
ciendum 11. de pœnis, l. Beni-
gnius 12. de legib. hoc exemplo
128 in typũ manſuetudis, † quam
Princeps in ſubditos debet præ-
bere, in brachio oleo inungun-
tur. cap. vnic. §. vndè de ſanct.
vnction. explicat Homo bon. de
human. vitæ Statibus part. 2. c. 1.
num. 3.

Vtique pietas hęc, quando,
res dubietati vacaſſet, ample-
xanda erat: non ſolum, quia in
pœnalibus, in quibus benignio-
rem in partem flecti debemus,
& quia in materia conſcientiæ,
in qua non rigidior, ſed beni-
gnior trames debet arripi, verſa-
retur anxius ſcopus aduerſariæ
partis; ſed etiam cum vibrare
arcum in ſubmiſſos, herbam-
que porrigentes, non ſit genero-
ſæ indolis, animique nobilis,
129 † contra normam præſtitam
apud Poetam.

*Hæ tibi erunt artes, paciſque impo-
nere morem;*
*Parcere ſubiectis, & debellare
ſuperbos.*

Eſtote miſericordes; exclamat
Chriſtus Dominus apud Matth.
5. 45. *ſicut pater veſter cæleſtis
miſericors eſt, qui ſolem ſuum oriri
facit ſuper bonos, & malos; &
pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos*; &
nulla in re alia, iuxta Senecę ſēten-
tiam trac. de Clement. *magis ho-
mines Deum immitantur, quam
130 clementiam exercentes*. † Carol.
Marant. reſponſ. 43. num. 54.
tom. 2. cui vt maiori nobilitati
quis ditatur, maiori pondere ſe
ſubſcribit: exhibet ſymbolum
Aureliani Imperatoris, quod fuit:
quo maior, eo placabilior, *Ouid.* lib. 3.
triſtium eleg. 5.

*Quo quiſque eſt maior; magis eſt
placabilis ira,*
*Et facilen motus mens generoſa
capit.*
*Corpora magnanimo ſatis eſt pro-
ſtraſſe Leoni:*
*Pugna ſuum finem, cum iacet ho-
ſtis habet:*
*At lupus, & turpes inſtant morien-
tibus vrſi,*
*Et quæcumque minor nobilitate
fera.*

Plinius lib. 7. hiſtoriar. natu-
ral. cap. 16. *Leoni*, ait, *tantum ex
feris clementia in ſupplices proſtratis
parcit, & vbi, ſæuit, in viros potius,
quã in fœminas fremit, in infantes
non niſi magna fame*. Sigiſmun-
dus Imperator Laurentio Hun-
gariæ Palatino ſibi ex probanti

quod

quod victis hostibus nõ tantum
131 vitam, † & opes relinqueret; sed eos etiam inter amicos reciperet, respondit: *tibi, inquit, videtur vtile inimicum occidere; neque enim mortuus bellum excitat: at ego inimicum occidere ... parco, & amicum facio dum extollo*, 1. Agesylaus Rex Spartanorum solebat suos milites in concione admonere, ne captiuos, vt facinorosos trucidarent; sed vt homines seruarent; rationem optimus Rex afferebat: *maior quippe*
132 *gloria est seruati, † quam occisi hostis*. Verba sane aurea, & corde insculpenda, iuxta Ouidij mentẽ 2. de ponto ad cotiũ prolata.

Conueniens homini est, hominem
seruare voluptas
Et melior nulla quaeritur arte fauor.

Nectit sibi generositatis lau-
133 ream, qui subiecto parcit, † non in illum grassatur contra humana & diuina dogmata, prout ad longum per plurima exempla tenet Nycol. Vernul. instit. politicar. lib. ... cap. 11. adscribit virtutem sibi Diuinae omnipotentiae germanam, & emulã, per quam quodam modo Deo adaequari videmur, dixit Claudianus.

Sis pius imprimis: nam cum vincamur ab omni
Munere; sola Deos aequat clementia nobis.
Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit
Occurrat, mentem que domet respectus honesti.

Hac laurea, hac gloria vacauit iudex nostrae speculationis in iam subiectos grassans, illis haud condonans, non solum generosi, sed & recti moderatoris; cum sententia declaratoria incursus censurae in Bullam Coenę ob praetensum recursum, & attentatam euocationem fuerit intra duplicis mensis ambitum pro nulla habita, in eodem tribunali prolata, prout est videre penes Angelum Martinez Puliga secretarium mensae Turritanae, ex motiuis huic chartae commendatis, & per me causae patronum congestis.

En habes anteambulones huius conflictus vento sparsos, qui haud sententia adhibita acquiescentes, subrepticiè absque inspectione actorum ad Curiam Romanam illos protrahere tentarunt; parcant mihi illorum ministri, praecipuè Theologiae sacra laurea decorati, manum in alienam messem mittentes, & iuris prudentiae semitas theologicis sylogismis percurrere tentantes; audiant Fernand. de Castro en Portugal conuencido p. 4. cap. 2. sect. 9. quem reffert Dian. Moral. tract. 6. resol. 1. circa fin. tom. 10. *achaque ordinario de los Theologos, que non son de la primera Hierarchia, que sin estudios solidos de la iuris prudencia pucan en fuerças de subtilezas methaphisicas aptar las difficultades del derecho con los principios desnudos de la ethica y sophismas de la logica, creyendo que todo es razon natural*.

A-R

ARGVMENTVM.

Si per ſtatutum libris Eccleſiæ fides iniungatur, & decemnali cẽſus exactioni titulus attribuatur: vtrum debeant probare contra tertium, qui numquam ſoluit; & vtrũ penſiones, quas exigi opportet ad preſcribendum titulum, debeant ſolui ſeparatim, non vnico contextu, & ſucceſſiuè diſtinctè per ſpatium decem annorum: & ſi libri ſint male tenti, vel in aliqua partita erronei, vtrum probent in cæteris.

SVMMARIVM.

1 *Dubium preſentis queſitionis proponitur.*

2 *Liber Eccleſia plene probat contra cenſualem debitorum, ſic fuiſſe deciſum in Rota Romana refertur* 3. *ſic fuit declaratum ſepius in Regia Gubernatione, & deciſum in Regia Audientia* 4. *concluſio probatur iure Pontificio* 5. *& aſſeritur procedere precipuè in poſſeſſorio* 6. *atribuitur fides libris Eccleſia ex ui Regiæ pracmatica* 7.

8 *Capitula curię probant ad fauorẽ, & odium Eccleſiaſticorum, cum celebratur ex cõſenſu ſummi Pontifici cum aſſiſtentia brachij Eccleſiaſtici.*

9 *Edi debet liber Eccleſię integer, non truncatus, vel diminutus, nec ſufficit eius ſimplex fides, parte altera inſtante* 10. *& hoc non obſtante prima editione, & copia dimiſſa in actis* 11. *cuius editionis Articulus tamquam praiudicialis debet prius terminari* 12.

13 *Liber Eccleſia, ad hoc vt probet, debet eſſe bene tentus, non defectuosus, nec erroneus, & in vno capite errorem continens, vel duplicatas partitas, in omnibus etiam præſumitur vt talis, nec probat* 14 *fuit ſic declaratum in Regia Gubernatione* 15.

16 *Penſiones debent ſolui diſtinctè non vnico contextu per ſpatium decẽ annorum, ad hoc vt ex decemnali exactione reſultet titulus ad fauorem libri Eccleſia, rationes afferuntur* 17. *& doctores reſſeruntur, qui huic oppinioni adherent* 20. *& hoc procedit etiam in priuilegio arridenti ex tribus penſionibus ſolutis, per text. in l. qui cumque cod. de apoch. public. lib.*10. *per quas præſumuntur alia retro debitę ſoluta* 18. 19.

21 *Eccleſiæ vt arrideat titulus ex decemnali exactione cenſus, debet fieri ſolutio nomine proprio, non alieno.*

22 *Soluens tutori, vel adminiſtratori tres penſiones cẽſus, non inde eximitur producere apocham aliarũ penſionum.*

23 *Preſcriptio, quam fuit paſſus debitor circa hypothecham, nõ praiudicat creditori circa iura ſua.*

24 *Liber Eccleſię non probat de iure communi contra tertium, niſi concurrat legitima praſcriptio triginta annorum* 25. 26. *in Regno Sardinię probat iuxta deciſionem Regię Audientia, quę refertur* 27.

quis quando per statutum libris Ecclesiæ, vel mercatoris fides iniungitur, tunc indistinte contra omnes probat 28. & tunc habētur tamquam instrumentum publicum, & uti tale sortitur suam antelationem in concursu aliorum creditorum 31.

30 *Præscriptio de sui natura rei cohæret & sequitur rem, & sic incepta contra cedentem prosequitur, contra cessionarium 31.*

CAPUT XXXVI.

DUPLEX dubiū excutiendum extitit propositum in lite inter Gauinum Pilia Ciuitatis Sasseris, † & Oeconomū Conuentus Deiparæ de Bethlem eiusdem Ciuitatis in tribunali Regiæ Gubernationis, & ad Regiam Audientiam in gradu appellationis transportata, vertente, quod in distinctum caput dissmoluā: primum: vtrum titulus, qui Ecclesijs arridet in Regno Sardiniæ vi Regiæ pracmaticæ in materia census exactione decēnali libris reposita, procedat contra tertium, qui solutioni haud fuit suppositus, sed hypothecæ possessor inuenitur; secundum: vtrum producto instrumento censuali pro fundamento intentionis, possit Ecclesia, illo pro nullo habito, variare ad alium, & se iuuare præscriptione decemnali sub ministante titulum, quo ad exigendum in futurum. Duplex hoc dubium practicabile inhoc regno, in illo à nemine tactum, libenter amplexor paginæ affigendum: cum eius enucleatio decisioni Regiæ Audientiæ inhæreat, quam studui meis elucubrationibus ad hibere, illas meo iuditio solum nixas parui ponderis esse agnoscens.

Conatus Oeconomi Deiparæ de Bethlē tota probatio libro Ecclesiæ in Archiuio publico eiusdem Conuentus reposito, alligabatur: dicebat Ecclesiæ librum probationē possessionis, & exactionis census contra suum censuariarum, inducere, conficere, & non solum ad obtinendum in
2 possessorio; † sed èx diuturnitate temporis ad tribuendum titulum, constituere: conatus hic haud deflectit à tutto tramite cap. ad audientiam 13. de rescript. inhęret, in illis verbis ibi; *considerantes etiam librum censualem, quem non suspectum habuimus*; vbi Summus Pontifex plenam tribuit fidem libro censualio Ecclesiæ contra debitorem ad conplēdum hunc inposterum ad fficstus contributionem. Est etiam text. de iure ciuili in l. cēsus ff. de probat. vbi census solutio, seu exactio melius probatur per monumenta publica, quæ sunt penes aliquam personam, quam per te-
3 stes; † monumentū publicum dicitur liber Ecclesiæ, fidem sibi extorquens circa cōtenta in illo, iuxta comune doctorum placitū prout docent Bursat. cons. 253. n. 44.

n. 44. vbi poſt alios tradit, quod libri Eccleſiæ, vel monaſterij plene probant contra cenſualem debitorẽ Cephal. conſ. 500. Gracian. diſcept. Forenſ. cap. 310 nu. 60. Farin. deciſ. 290. num. 5. par. c. recent. & in deciſ. 325. num. 5. in poſthum. vbi reffert, ſic fuiſſe deciſum in rota Romana ad fauorem Eccleſiæ dicente libro illius, circa probationem cenſus, eſſe iniungendam integram fidem. Cavaller. deciſ. 649. num. 5. Felic. alleg. 16. num. 1. part. 3. Genua de ſcript. priuat. lib. 5.
4 cap. 2. num. 4. † Domin. Reg. Vicco. tit. 32. reg. pracm. cap. 2. Thomat. deciſ. 41. num 8. Carol. Ant. Mocciæ deciſ. 32. Iuſta hanc opinionẽ vidi declarari in Reg. Gubernatione, prout ateſtor his laudatis 1. tom. mear. diſſert. cap. 12. num. 27. & rurſus poſtea vidi declarari ad fauorẽ procuratoris Collegij Societatis S. Ioſephi contra Michaelẽ Serra anno 1660. actuario Franciſco Imponti, & in hac cauſa fuit declaratum ad fauorẽ dicti Oeconomi, & ſententia in gradu appellationis extitit confirmata per Regiam Sardoam Audientiam, actuario Georgio Sequi anno 1657. refferente Don Franciſco Martinez. & in Regia Audientia Don Io: Maria Bonfant. Probatur concluſio hæc ex cap. cum cauſa de probat. vbi ſancitur, & præſcribitur fides hæc ple-
5 na libro Eccleſiæ tribuenda, † quę iniungi opportet, quando aſſeruatur inter alias ſcripturas pub. à viris ad hoc deputatis, voluit Felin. in cap. ad Audientiã de reſcript. Maſcard. in ſua con-
6 cluſ. 544. † nu. 3. & 4. præcipuè in poſſeſſorio iudicio, in quo libros cẽſuales monaſterij probare ſolutionis conſuetudinem dixit Turret. conſ. 33. nu. 8. in primo ſequitur poſt alios Reuſner. conſ. 23. num. 58. Rutger Rulanth. de commiſſionib. lib. 5. cum duob. ſequentib. probat Paul. Rub. deciſ. 152. num. 8. tom. 2. Carol. Marant. reſp. 78. tom. 5. num. 61. per text. in l. iuſtum eſt 6. cod. de edend. ibi: *vt rationibus publicis exhibitis, conſtet quantũ ſub nomine ſuo ſolutũ ſit*. Matthias Berlinch. pract. concluſ. tom. 1. concl. 36. num. 18. Thedoſ. Rub. tom. 1. ſingular. ad deciſ. 1. ſacrati in Bononienſ. iur. patr. 16. Ianuarij 1608. fol. 460. vbi cum Boer, & alijs dicit: Rotam decidiſſe iuriſpatronatũ probari per librum Eccleſiæ, quem probare plenè contrà libellarium debitorem, præcipuè ſi appareat ſubſcriptus à ſacerdotibus iam defunctis, dicit Lelio Altograd. conſ. 14. tom. 2. num. 21. & 22.

Fides Eccleſiæ libris arridens circa probationem cenſus tot iu-
7 ribus, † & Doctoribus ſtabilita, in hoc caſu haud indubium contra cenſualẽ debitorem appellabatur, attento capitulo curiarum, & Regia pracmatica, in vim conſuetudinis transfuſa, illam expreſſe præſcribenti cap. 2. tit. 32. *ibi: Por tanto para reparar ſeme-*

jantes daños que puedē recevir las dichas cosas pias, approbando, y en quāto necessario es cōfirmando el capitulo de corte decretado à peticion del Estamēto Ecclesiastico en el parlamēto del Duque de Gandia, estatuimos, sācimos, y ordenamos, que haziendo constar las dichas casas pias iuridicamente, que estan en possession, y han accostumbrado pagar por termino de diez Anos las pensiones de los censales, luismos, y censos perpetuos, u otros derechos que les son debidos, se les guarde, y cōserue la possession, y sirua de titulo hasta tanto, que los que las pagan, muestren carta de quitamento, o luimento, o hagan constar con otras pruebas, que sus bienes sitios no estan obligados à dichos censales, luismos, o censos perpetuos. Quę sanctio decemnali exactioni censuali tribuit acquisitionem tituli, prout etiam tribuit Summus Pontifex in dict. cap. ad audientiā & DD. num. 1. & 2. congesti docentes, ex diuturna exactione censuali probata ex inspectione libri Ecclesiæ, adipisci legitimū titulum circa dominium, & obtentionē census in perpetuum, præcipuè Gephal. Genua, & Moccize loc. cit. vult tamen exactionē census probandam fore *iuridicamente*, legitimè, idest, per librum Ecclesiæ, cum sit legitimus modus probandi iure introductus, tanquàm monumentū publicum, prout dicebat iuris consultus in l. census ff. de probat. pręferendū testium attestationibus, & cum regnicola sanctio non solum Regię pracmaticæ inhęreat sed

& capitulis Curiarum à tribus
8 brachijs celebratis, † & capitulà Curię ex consensu Summi Pontificis, saltim tacito, cum approbet postea donatiuum in illis ad fauorem Regiæ maiestatis inpartitum, cum assistentia brachij ecclesiastici conficiuntur, inde ecclesiasticos ligant. Morla in por. iur. 1. part. tit. 1. quæst. 16. à num. 9. in fin. Castro Palao in operib. moral. tom. 1. tract. 3. de lege in commun. disp. 1. punct. 23. à num. 4. & punct. 24. §. 6. à num. 6. cum seq. Leon. decis. 65. num. 5. tom. 1. & decis. 148. num. 12. lib. 2. quos sequitur, & laudat Laurent. Matthæu. de regim. Regn. Valent. c. 1. p. 2. n. 30.

Fides igitur hæc haud in dubium appellabatur absolutè arridere contra censualem, qui per spatium decem annorū soluit, non contra tertium hypothecę possessorem, qui nunquam solutioni annuit, dicebatur respectu petitionis, decemnalem possessionem probatam ex libris Ecclesiæ, cum expressione hypothecę, prębere titulum contra soluentem: non verò contra tertiū tractu temporis eiusdem hypothecę possessorē asserebat Gauinus pilia, sub hac limitatione subintelligendam esse Regiam pracmaticam, capitulum curiæ, & ius Pontificium affirmans; hac exceptione nitebatur eius exceptio, huic limitationi adscribebatur eius conatus, quem antequā reuoluam opere prætium duco, aliqua circa fidei libri Ecclesiæ

proba-

probationem præmittere, quę in litiũ diſſidijs memoriç mãdaui.

Primum ſit, librum Eccleſiæ eſſe edendum integrum, non diminutum, † & truncatũ in iudicio, parte altera inſtante, eius editionem petente, præcipuè quando eius fides ex aliquo capite in dubium vocatur, vel de falſo argui prætenditur per text. in l. cum quidam 20. & in l. ſi poſtuletur 21. & l. fin. cod. de fide inſtrum. cap. ieiuniũ quarti 7. §. cogimur igitur, diſtinct. 76. *ibi: cogimur igitur ad hębreos recurrere, & ſcientię veritatem de fonte magis, quam de riuulis quęrere:* cap. qui demẽſa 11. in princ. diſtint. 37. cap. vt veterum librorum 6. diſtint. 9. Cardin. Cualler. dec. 17. n. 3. Rota apud Creſcẽſ. deciſ. 2. num. 1. de reſcript. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 262. num. 45. Lagar. de Monit. Canonic. ſect. 3. q. 1. num. 3. & 8. Parexa de inſtrum. edit. tit. 8. reſult. 3. num. 11. qui loquitur de editione inſtrumentorum. Carol. Marant. reſp. 78. num. 5. & 6. tom. 5. vbi docet, librum Eccleſię eſſe edendum, & non ſufficere fidem ſimplicem ab eo tranſumptam, dummodo editio ab aduerſario petatur, † quæ editio nõ ſolum ſemel, ſed bis eſt adhibenda, dummodo ſuſpitio falſitatis, vel alias deducatur, quo caſu producens iterum obſtringitur producere, non obſtante prima editione, † & copia dimiſſa in actis, per text. in l. cum quidã 20. co. de fide inſtrũ. & ibi Barboſ. in collect. n. 4. Capic. dec. 40. n. 2. Vrſill. ad affict. dec. 330. n. 2. cuius editionis articulus pręiudicialis conſtituitur reſpectu meritorum cauſæ; atque ita prius de illo, quam de cauſa principali iudicare opus eſt, per text. † in l. 1. cod. de ordin. cogn. cap. 1. eod. l. gemma 6. ff. ad exhibend. Parex. de inſtrument. edit. tit. 8. reſol. 2. fol. 343. num. 13. & 14.

9

10

11

12

Secundo liber monaſterij adhoc, vt ſibi adſcribat integrã fidẽ, † debet eſſe vt loquitur Burſat. conſ. 253. num. 44. bene tentus, atque regulatus, nec in aliquo ſuſpectus per text. in cap. ad audientiam, extra, de præſcriptionib. Fachin. conſ. 40. num. 3. tom. 2. Pręteus com. 144. num. 11. vol. 1. Genua loc. cit. nu. 10. cum Surd. Paris Grauet, & alijs Carol. Ant. Mocciæ cap. 34. nu. 6. in ſilua quæſtion. forens. Non debet eſſe defectuoſus; ſi enim in aliquo defectuoſus inueniatur etiam per errorem, non facit fidem in cœteris; fuit dictum in Papiẽſ. bonor. 1. Iunij 1605. coram R. P. D. Ottembergo, & in urbanitens redditionis computorum 19. Nouembris 1602. coram Illuſtriſſimo Lancellotto, Gregorius 15. deciſ. 79. num. 6. & ibi Beltram. in addition. veluti ſi contineret partitas dupplicatas, † fuit deciſum poenes Rotam apud Paul. Rub. tom. 2. deciſ. 1. num. 10. vel ſi eſſet erroneus in aliquo capite, quia tunc pręſumeretur errorem continere in alijs; fuit deciſum iterum coram rota, penès eundẽ Paulum Rub. tom. 2. deciſ. 111. n. 7. ſic fuit declaratum in Regia

13

14

Guber-

Gubernatione 1655. actuario Georgio sequi ad fauorem Don Iosephi Liperi, & Bronda, contra Oeconomũ Seminarij Canopolensis, sententia lata inter illos,
15 † in qua fuit dictum, librum Seminarij non probare solutionem census contra dictum Liperi, nec ex decemnali possessione prætẽsa posse acquiri titulum cẽsuariũ ex defectu fidei, quem liber patiebatur, ratione partitæ cuiusdã erroneę, quæ in illo apparebat, prout probatum extitit.

Tertio nota admirandã limitationẽ circa titulum, quem capi-
16 tulũ Curię, † & Regia pracmatica decemnali possessioni in materia census indulgetur, tanquã odiosũ, pręcipuè cõtra tertium, requirere decẽ pensiones distinctè, non vero vnico, dupplici, vel vlteriori cõtextu solutas, desideratur decemnalis exactio distinctè decẽ solutionibus composita, ad obtẽtionem dominij, nec viginti etiã pensionum vnico actu sub vnica singrapha concepta solutio potens est ad tribuendum titulum censualem Ecclesiæ, pone monasterium confessum fuisse a Petro se recepisse viginti, vel triginta pensiones census, qui asseritur esse oneratus super hypotheca ab illo possessa, huius exactionis Procurator, vel Prior monasterij notam libro affigit: non hinc diceretur adesse decẽnalis exactio à Regia pracmatica optata, potens ad tribuendum monasterio in posterum titulum ad cõpellendum censualem debitorẽ
17 ad solutionem affictus, † quæ coalescere debet per spatium decem annorum, decem pensionibus distinctè solutis; rationem adsigno, quia priuilegium hoc non tribuitur exactioni pensionum, sed præscriptioni decemnali stabilitum optima præsumptione iuris, non esse credibile, per tot annos quem indebitè sol. uisse, & tot Procuratores, vel Cõuentus superiores in propriæ conscientiæ dispendium voluisse in damnum solutioni suppositi eius nomen libro monasterij affigere. Rursus inuerisimile constituitur tot superiores, quòd decèm annorum intercapidine, cursu interpolato, moderati fuere illud, voluisse monipodio voluntatis ligaminis adhibito, ius illud de futuro per notulas libro appositas, circa census exactionem monasterio acquirere, & sibi in computum oneris adscribere, rationem reddere, & in calculo accepti has partitas non solutas apponere: iuxta enim onus exonerationem præbere obstringuntur, hæc non capit humana ratio, hæc haud amplexabilia mens concipit, his pręsumptionibus priuilegium tituli arridẽtis Ecclesiæ ex decemnali possessione inhæret, nititur, & coalescit, prout verba ipsius met Regiæ Sanctionis insinuãt, difficiẽte cursu decem annorum, difficiunt præsumptiones hæ, inde, & priuilegium. Rursus quando plures pensiones vnico actu exiguntur, hic non plures exa-
18 ctiones constituit, † sed vnicam

exem-

exemplo docemur diſpoſitionis textus in l. quicunque cod. de apoch. pub. lib. 12. per quam habetur, tribus ſolutionibus cenſus ſolutis, præſumi retrò decurſas omnes ſolutas eſſe, prout docēt innumerabiles, quos congeſſi 1. tom. differt. cap. 12. num. 34. iſtę vero tres penſiones debent eſſe ſucceſſiuę Thomat. deciſ. 3. num. 13. & per diſtinctas apochas, non vnico contextu ſolutæ, quarum exactio, ſi vnico actu continetur, non plures exactiones, ſed vnicā
19 importaret, † & licet eſſet adhibita apocha viginti penſionum, haberetur pro vnica ſolutione impotenti ad tribuendū priuilegium virtute dictæ l. quicunque arridens, ſic docent, & ſub intelligunt hunc textum Gabliel. de præſumpt. num. 24. Surd de aliment. tit. 8. priuil. 22. num. 28. Gypzius ad Capic. Larto deciſ. 27. nu. 18. Gracian. diſcept. forenſ. cap. 716. num. 12. & deciſ. 152. num. 2. Reg. Conſtant. in dict. l. quicumque poſt num. 12. Expadill. in l. 1. num. 17. cod. de fideicom. Paul. Rub. deciſ. 188. num. 11. tom. 2. coram Merlin.
20 Pari modo † dico ego reſpectu priuilegij Regię pracmaticę circà poſſeſſionem cenſualem decēnalem, hanc diſtinctis ſolutionibus, per curſum decem annorum adhibitis, eſſe conponendam ad illud tribuendum, ſic in terminis cum Franch. Maſcard. & alijs Marin. Quotidian. reſolut. tom. 1. cap. 78. num. 5. verſic. *ſecundo notandum, preſtationem hanc decennalem, tunc habere locum, quando omnes ſolutiones ſingulis annis ſeparatim factę fuerint: quia ſecus, ſi vnica appareret ſolutio pro decem annis pręteritis.*

Rurſus hæc ſolutio debet fieri per dominum hypothecæ proprio iure, non per alium alterius nomine, puta per tutorem, adminiſtratorem, maritū, vel alios, qui intuitu officij, vel adminiſtrationis ſolutionē ad hibent, per quos haud præiuditium domino principali poteſt aſciri per eorum ſolutionem indebitam actiuè, nec paſſiuè, actiuè ſcilicet ſi tutor, adminiſtrator, prælatus, vel alius quilibet ſoluerit nomine pupilli principalis domini Eccleſiæ, vel alterius perſonæ cuius bona gerit, retinet, vel fruitur, non proprio iure, qua ſolutione haud in poſterum etiam ſi eſſet diuturna, pręiuditiū poterit atrahi, præſcriptio acquiri, vel priuilegium virtute regię pracmaticæ, & per text. in l. cum de in rem verſo ff. de vſuriſ. ex decennali poſſeſſione elargitum, obtineri; deſideratur ad preſcriptionem huius priuilegij ſolutio adhibita, proprio, non alterius nomine per text. in l. cum de indebito §. fin. autem 15. de probat. text. in cap. venerabilis de exceptionib. ſic Cardin. Mantic. 1. de
21 tacit. † & ambig. conuent. lib. 3. tit. 15. num. 58. Gracian. diſcept. Forenſ. cap. 441. num. 19. pluribus alijs laudatis. Frāc. Rocco reſponſ. 61. tom. 2. num. 4. qui interminis loquitur de decemnali

nali possessione, &priuilegio, quod propter illã Ecclesijs attribuitur ad obtentionem tituli in materia cẽsus in posteũ,& docet hãc solutionem concipiendã esse proprio,nõ extraneo nomine,& si esset minor, illi arrideret restitutio in integrum aduersus solutiones à tutore ad habitas, vel quia errore affectas, vel indebitas Fab. Capic. Galeota Illustr. tom. 1. cap. 62. num. 32. pro vt vidi declarari in Regia Gubernatione, & decidi in Regia Audientia in gradu appellationis ad fauorem filiorum Don Stephani Pilo, nẽpè contra solutionem conceptam per eorum Matrem, ac tutricem Donna Margaritam Passamar.

Actiuè verò, putà si debitor per spatium trium annorũ soluit tutori, administratori, vel alij alterius nomine exigenti, obtinẽs apochas distinctas & separatas trium pensionum, per quas haud poterit frui priuilegio dictę 22† l. quicumque cod. de Apochis pub. lib. 12. inducentis presumptionem ex tribus pensionibus solutis, retrò omnes alias decursas remanere solutas, quæ vt habeat locũ, debet adhiberi solutio ipsimet domino non alij nomine alieno exigenti. sic Gracian. disc. forens. cap. 363. num. 51. qui loquitur de tutore nomine pupilli solutionem trium pensionum confitenti, resoluitque non posse pupillo preiudicare Caualcan. decis. 29. num. 41. part. 2. Franc. decis. 137. num. 2. qui loquitur respectu cessionarij, & de alijs personis nomine alterius negotium peragentibus; verba faciunt in precisis terminis Thomat. dict. decis. 3. num. 23. Amat. var. resol. cap. 97. tom. 2. Capic. Latro decis. 27. ex num. 12.

His non absque fruge iactis, prætendebatur in hac causa hanc præscriptionem decemnalem, & priuilegium illi impartitum arridere solum contra ipsummet debitorem, qui assueuit soluere, non vero contra tertiũ hypothecæ possessorẽ, præcipuè virtute crediti in possessione repertum, titulum esse personalem, non realem cum quidditarij dominij acquisitione, & prælatione respectu aliorum creditorum expressam hypothecã habentiũ; licèt posteriorem Gauinus Pilia reus Cõuentus per Oeconomum Dei paræ de Bethlem conabatur, cuius conatus duplici inheret fundamento: primum nititur in text in l. 3. §. certa. ff. quæ in fraud. creditor. vbi præscriptionem, quam fuit passus debitor in hypotheca, non preiudicare cre-23 ditori, sancitur; † verba sunt iuris consulti: *verum etiam si fortè data opera ad iuditium non affuerit, vel litem mori patiatur, vel à debitore non petit, vt tempore liberetur, aut vsufructum, vel seruitutem amittit, & omnino qui aliquid fecit, vt desinat habere quod habet*, ad hoc editũ pertinet. Prescribi patiens ius aliquod, videtur illud alienare l. alienationis ff. de verb. signific. Ioan Baptista Spada cons. 139.

num. 6.

num. 6. tom. 1. Salgad.in laber. creditor part.3. cap. 13. num.45.

Alienatio hæc perſonalis videtur in præiudicium patientis concepta non in odium tertij; ideoque licèt vſucapio adimat dominiũ à debitore creditori,non detrahit propterea ius hypothecę:probant text. in l. 1. §.cum prædium ibi. *pignoris etenim cauſam nec vſucapione perimi placuit; quoniam quæſtio pignoris ab intentione Domini ſeparatur* ff. de pignoribus l.iuſto §. non mutat. de vſu capionib. l. miſſo pro emptor. l. 2. ff. pro hæred. l.vſu capio cod. de pignorib. quæ iura inculcant concluſionem iactam, præſcriptionem paſſam per debitorem non derogare iuri hypothecæ creditoris, nec vſu capionem conceptam ad fauorem vſu capientis nocere tertio ius habenti in re vſu capta, ſic Salgad.in Laberint. credit. part. 2. cap.28. num.fin: & 3.part.cap. 13. nu. 48. ratio horum eſt,quia tali hypotheſi præſcriptio perſonalis, non realis videtur conſtituta, & præiudicium circa perſonam patientis pręſcriptionem, non contra teſtium inductum, annuit Acoſta de priuileg. cred. reg.3. limitat.3. num.22.

Fundamentum aliud Doctores in terminis docentes, librum Eccleſiæ probare contra ſoluentẽ,
24† & illi ſoli præiudicium afferre, ſubminiſtrant, qui per text. in l.in ſolemnibus cod. de rei vendicat.vbi habetur per cataſtrum, ſeu ę ſtimũ non probari dominiũ niſi in præiudicium ſoluentis; huic opoinioni ſe ſubſcribunt, ſcilicet Barbat. conſ. ſuo 8. num. 18. vol. 2. vbi ait:ex libro Eccleſiæ non probari dominium contrà tertium, ſed nec poſſeſſionem percipiendi cenſum; ſequuntur Barbat. Villalobos in communib. opinionib.in verbo liber.fol. 398. Reus ner. conſ.23. num. 58. & 59. vbi librum Eccleſiæ defẽdit ſolum probare contra tertiũ in iudicio poſſeſſorio, non petitorio contra quem dominium, vel titulum haud præſcribere docet: tenet. Gracian. lib.4. diſcept.Forenſ. cap. 735. num. 25. & cap. 767. num. 55. vbi docet; tunc librum Eccleſiæ contra tertium plenam inducere probationem, quando inuenitur alijs adminiculis, & probationibus adminiculatus; ſic Paul. Rub. decif. 120. num.25. tom.1. & decif.116.nu. 7. tom.2. fuiſſe ſic deciſum penes rotam Romanam reffert Laurent. Vrſell. legal.concluſ.tom.2. verbo antiquum tempus fol. 145. concluſ. 120. num. 119. ſunt textus, qui pro hac opinione faciunt in l.ſi functionis cod.de donat l. cenſualis cod. eod. qui apertè librum calculi æſtimi, vel aliàs nõ probare contra tertium concludunt. Poſtio. de manut. obſeruat. 35.num.26.

Duplex hæc obiectio videbatur infringere fidem attributam libris Eccleſię per regiam pracmaticam,
25† capitulum curiæ, & conſuetudinem Regni, & retundere dominium reſpectu tertij, recludens adhibitionem fidei, &

 obten

obtentionem dominij ad ambitum personę solutioni suppositæ: non decemnalis exactio, sed triginta annorum desideratur ad acquisitionem dominij in materia census aduersus illum qui haud soluit, vt probata fuit in illa causa, cuius memor fui in prim. tom. mear. dissert. cap. 12. num. 30. vertenti in Regia Gubernatione inter Oeconomum eiusdem conuentus, & creditores, qui se opposuerunt prætio vēditionis domus Dō Ioachimi Andrada per Don Gauinum Fundoni emptæ, in qua Oeconomus Deiparæ de Bethlem probauit possessionem triginta annorum exactionis census per eum prætensi, & illi per sententiam graduatoriam cum prælatione iuxtà antelationem temporis adiudicati; hoc est discrimen versans inter hanc, & illam causam, in illa probata fuit exactio census per annos triginta, in hac per

26 decem, † in illa dominium fuit præscriptum contra tertium, per cursum triginta annorum, per text. in l. si quis emptionis cod. de præscript. 30. annor. vbi spatium hoc requiritur ad præscriptionē dominij contra tertium per imperialem sanctionem, sequitur Bursat. post alios com. 26. num. 29. in 1. Ioan. Baptist. Triarlin. tom. 1. controuers. Forens. cap. 6. nu. 43. Marin. quotid. resol. tom. 1. cap. 78. num. 19. num. 23. vbi desiderat spatium quadraginta annorū, nouissimè Paulus Christianæi ad leges municipales tit. 20. ad rubricam 10. in hac lite, tota probatio Oeconomi in herebat decemnali præscriptioni ex chartophilatio libri Ecclesiæ probatæ, & Regiæ pracmaticę sāctionis priuilegio nitentis quod tanquam odiosum legis communis vulneratiorium procedere contra soluentem, non contra tertium autumabatur.

His non obstantibus, licet vera sint in suo casu, fuit declaratum

27 per Regiam Gubernationē, † & decisum per Regiam Audientiam decemnalem possessionem libris Ecclesiæ in hęretem, successiuo cursu interpositam, per distinctas pensiones, spatio Annorum decem obtentam, titulum in futurum præbentem, probare contra tertium etiam qui numquam soluit, possessorem hypothecę tamen, super qua decemnales affictus fuere contributi; ex alio tamen capite in hac causa vt in sequenti controuersia dicā, Oeconomus succubuit. Motiuū vtriusque Sententię in municipali lege, & consuetudine Regni nitebatur; dixerunt ampissimi iudices fidem adhibitam per legem municipalem libris Ecclesiæ, & titulum scaturientem ex decemnali exactione, procedere contra tertium possessorem. Pondus nititur, in cap. dilectus de fide instrument, vbi habetur, quod

28 quando ex ui consuetudinis, † vel sanctionis particularis fides iniungitur libris Ecclesiæ, mercatoris, vel aliàs, quod tunc talis liber habetur tanquam instrumen-

mentum publicum inducens rē
euidentem, & probationem pro-
batam indiſtinctè contra omnes;
ſic in præciſis terminis Fachin.
conſ. 40. num. 4. cum ſeq. lib. 2.
poſt Grauet Maſcard. de probat.
concluſ. 544. num. 11. Gracian.
in addit. ad deciſ. March. 203.
num. 6. & 7. Triuiſan. in deciſ. 16
num. 2. lib. 1. Barrel. in ſumm.
deciſ. tom. 2. tit. 22. num. 41. qui
omnes fatentur, libris Eccleſiæ,
& mercatorum non eſſe iniugen-
dam fidem contra tertium de iu-
re communi, nec ex illis poſſe ob-
tineri titulum, dominium, &
preſcriptionem, niſi concurrente
legitimo tempore, & alijs admi-
niculis; limitant tamen quando
ſtatuto cauetur, vt fides libris Ec-
cleſiæ, & mercatorum adhibea-
tur, quia tunc hæc aduerſus tertiū
arrideret, procedit, ac militat.
Genua de ſcriptur. priuat. lib. 5.
cap. 1. fol. 269. num. 59. *ibi: ſexto
principaliter coarcta, quando conſue-
tudine receptum eſſet, vel decreto
Principis ſancitum, quod talibus libris
monaſteriorum plena fides adhibere-
tur: tunc enim ipſos indiſtinctè proba-
ret*, poſt alios tenet Crauet. Laurēt.
Vrſell. legal. concl. cap. 120. in
verbo antiquum tempus n. 119.
*ibi: licet id tamen non procederet, ſi re-
periretur cautum vt libro mercatoris
crederetur; quia tunc etiam reſpectu
29 tertij probaret*, † Hodiern. ad Surd.
deciſ. 312. num. 2. vbi cum
Ancaran. queſt. familiar. q. 10.
& Gracian. deciſ. 203. probat, tali
caſu fidem facere contra tertium
librum mercatoris, & preferri
debere inſtrumento poſteriori;
quia vt diximus ſuppoſita hypo-
theſi fidei per conſuetudinem, per
ſtatutum, vel Principis placitum
libris Eccleſię preſtitę, hi repu-
tantur tanquam inſtrumentum
publicum; quapropter debet
probare contra tertium, & obti-
nere iuxta prioritatem temporis,
antelationē inter creditores hy-
pothecarios, prout ampliſſimus
Senatus Sardous in præſenti lite
pronunciauit.

Preſcriptio ex decemnali exa-
ctione reſultans, dicitur, & eſt re-
alis non perſonalis, præiuditium
afferens reſpectu creditorum po-
ſteriorum, non prioritatis tem-
poris obtinentium terminans,
percutiens, & tangens hypothe-
cā ſolutioni, & preſcriptioni ſup-
poſitam, non debitorem ſoluen-
tem; cuius ratio à natura met ipſi-
us preſcriptionis auſpicatur, quæ
rei cohæret, & obligationem
concernit per text. in l. ſi pupil-
lus 45. de adminiſtrat. tutor. vbi
iuris conſultus præſcriptionem
30 rem ſubſequi, † illam termina-
re, & illi cohereri fatetur; do-
cent Cæſar Bergal. de dolo l. 5. 6.
cap. 7. num. 87. Arias de Meſa
var. reſolut. lib. 6. 2. cap. 12. n. 6.
exqua concluſione aliam arripit,
nempè, præſcriptionem incep-
tam contra cedentem, proſequi
contra ceſſionarium, tanquam
rem ipſam, non perſonam inſe-
31 quentem. † Merlin. de pignorib.
lib. 5. q. 21. num. 61. optime
inde arguebat Oeconomus de
Bethlem preſcriptionem ex poſ-

fessione decennali ex libris Ecclesię probatam procedere, titulumque subministrare contra tertium tamquam realem, non personalem, & rei cohęrentem probat. Olea de cession iur. tit. 6. q. 11. fol. 164. num. 15.

ARGVMENTVM.

Vniuersitas licèt non possit iudicem recusare ex capite inimicitiæ stabiliẽdo causas odij in corpore Vniuersitatis: potest tamen si Monachi, quorũ nomine Monasteriũ exprimitur, iudicis inimici reperiantur, vel omnes, vel maior pars illorum. Mandatum simplex cũ promissione ratihabitionis potẽs est ad recusandum Senatorem, ratificatio verò debet accedere in termino pręfixo, aliàs non datur purgatio morę nisi sit minor, qui recusationẽ proponat, cui arridet in materia recusationis restitutio in integrũ. Affinitas initiata in contractu sponsaliorum per verba de futuro causam legitimam præbet ad recusandum iudicem. Recusatio nulliter proposita, & repulsa poterit iterum opponi, sed non iustificari ex nouis causis. Prælatus in causa suæ Ecclesiæ, quando agitur de præeminentia, numquàm poterit recusari.

SVMMARIVM.

1 *Recusari poterant olim absque causa Iudices de iure ciuili, & qua forma adhibebatur, causa suspectionis non requiritur de iure ciuili, sufficit solùm iuramentum recusantis 2. secus est de iure Canonico, quo in hac parte Sardi vtuntur 3.*

4 *Tempus à lege pręscriptum præsumitur continuum, non vtile, & interpolatum, & etiam peremptorium, licèt à lege non exprimatur 5. quod procedit, licèt esset dictum pro prima dillatione probatoria 6. & post effluxum tempus non datur purgatio moræ 7.*

8 *Terminus à lege præfinitus currit de momento ad momentum, & in materia recusationis currit à die propositę recusationis etiam nulliter 9. Terminũ labi permittens videtur probationis iuri renuntiare 10. & præfixo ad probandam recusationem transacto, poterit recusatus iudex ad vlteriora procedere, & quomodo 11.*

12 *Minori competit restitutio in integrum in materia recusationis 13 fuit sic decisum per Regiam Audientiam Sardoam 23.*

14 *Vtilitas publica debet præferri particulari.*

15 *Restitutio nunquàm intelligitur interdicta, nisi expresse prohibeatur, etiamsi lex tolleret omnia remedia.*

16 *Recusatio dicitur materia fauorabilis; exaratur, quam sit durum coram suspecto iudice litigare, recensetur, plures Sanctos Iudices suos recusasse 17. recusationis exceptio per statutum, nec per Principem potest tolli 18. & si de facto recusandi facultas inueniretur prohibita, debet intelligi friuola, non legitima 19. Referuntur Doctores*

ctores, qui huic opinioni adhærent 20. recusatio concernit naturalē deffensionem 21. Refertur decisio Regiæ Audientiæ in qua fuit dictū rescriptum Principis committentis causam, remota omni suspectione, solum excludere friuolam, non legitimam suspectionem 22.

24 *Doctor Don Gauinus Liperi, & Paliachio Senator Regię Audientię fuit recusatus per Procuratorem Don Antonij Sanz.*

25 *Iudex equaliter vtrique parti consanguineus à nemine poterit recusari, secus si esset in distincto gradu; quo casu poterit à minus coniuncto remoueri 26. secus si esset æqualiter inimicus vtrique parti, quia à qualibet poterit recusari 27.*

28 *Tutor non potest recusare Iudicem in causa sui pupilli.*

29 *Friuola suspectio quando dicetur, & quando est notitia friuola potest reijci ab ipsomet Iudice suspecto adducto 30. cui opinioni haud Auctor adhæret 31. recenset dissona, quę sequuntur ex opinione contraria 32.*

33 *Suspectus iudex si pendente causa suspectionis se ingerat in cognitionem causę principalis, constituitur suspectus, licet causa suspectionis esset falsa 34. & causa suspectionis non dicitur causa Iudicis recusantis; & sic iste non poterit appellare; sed ipsarummet partium 35.*

36 *Vincere se ipsum est maior gloria, quæ excogitari quit.*

37 *Laudatur egregius D. D. Gauinus Liperi, & Paliachio.*

38 *Iudices tamquam scopi ad sagittas obnoxij iacent iurgijs litigantium. Deploratur misera cōditio iudicū numquam illæsa à malignantiū nota 39.*

40 *Affinitas etiam disoluta est causa sufficens ad recusandum Iudicem etiam nullis superstitibus reliquijs. Refertur decissio Regię Audientiæ 41. inimicitia contracta cum afine Iudicis est causa sufficiens ad illum recusandum 42. & hoc licet afinitas procederet ex damnato coitu 43. & affines intelliguntur viri duarum sororium consobrinarum 43.*

44 *Affinitas contracta causam præbet Iudicem recusandi: refertur decisio Regiæ Audientię.*

45 *Monasterium potest recusare Iudicem ex persona Monachi cuius nomine in iuditio agit afferuntur exempla 46. Prælatus verò non potest recusari qudoā agitur, nō de interesse pecunario, sed de aliqua preaminentia suę Ecclesiæ 47.*

46 *Vniuersitas licèt non possit Iudicem ex capite inimicitię recusare fundando causas in corpore Vniuersitatis, potest tamen quando Ciues, Monachi, Canonici, vel aliàs reperiuntur inimici respectu Iudicis 49. 53. 54. & 55. vbi probatur posse recusari Iudicem per Vniuersitatem in causa singulari, quando agitur de causa singulari, vnius Monachi, & in totum quando sunt omnes Monachi inimici Iudicis.*

50 *Vniuersitas non potest ex communicari; aliàs est nulla excommunicatio*

nicatio

nicatio 51. fallit quãdo fertur exprimendo nomina illorum. Afferuntur plurima exempla, quę in hoc Regno Sardiniæ circa hanc materiam contingerunt 82.

56 *Iurare tenetur Iudex recusatus recusationis, & respondere dummodo non sint criminosæ 47. procedit in Cancellaria contentiosum, & in alijs Iudicibus 58. terminus ad probandas causas recusationis, non currit nisi à die præstiti iuramenti negatiui 59.*

60 *Speciale mandatum requiritur ad recusandum Iudicem, ad prorogationem iurisdictionis 61. & ad consentiendum in iudicem suspectum 62. præcipuè requiritur speciale mandatum ad recusandum Senatorem Regij Senatus 63. decisio Regiæ Audientiæ refertur, vbi recusationem amissit per Procuratorem oppositam, cum obligatione rationis 64. iuxta opinionẽ docentium non requiri speciale mandatum ad recusationem proponendam 65. & sufficere generale, cum potestate quemlibet Iudicem recusandi 66. Quæ opinio præcipuè procedit, quando Iudex inuenitur suspectus à lege 67.*

68 *Ratificatio principalis circa recusationem debet accedere intra terminum præfixum, aliàs non datur purgatio moræ, & si haberet sufficiens mandatum, licèt ratificationem promisserit, non tenetur ad hibere ratificationem 69.*

70 *Recusatio nulliter opposita, & repulsa poterit intra terminum Pragmaticę iterum proponi, non verè potest iustificari ex nouis causis 71.*

CAPVT XXXVII.

RECVSATIO, cuius materia diffuso calamo apud D.D. passĩ digesta oculis obijcitur, absque causæ probatione olim proponebatur
1 hac formula: *iniquus est*, † vt ex Cic. lib. 2. de orat. pag. 141. & in Philip. pag. 121. dicit Parlador lib. 3. diff. 10. num. 3. fas erat simplici detestatione impunè per partes à iudicando Iudex remoueri refert Plin. in panegiric. ad Traia. *ibi: fors, & Vrna Iudicem assignat, licet reijcere, licet exclamare: hunc nolo*. Et docet Çabre. de metu lib. 2. cap. 5. num. 30. quam absolutam ex partium conniuentium nutu delabentem hodierna ætate, etiam in ordine ad prædaneam iurisdictionem moderantes, procedere facultatẽ, dicunt. Cabed. decis. 45. p. 1. Gail. & ibi Bernard. Græue lib. 1. obseruat. 23. num. 14. quam conclusionem subintelligo ego, vbi quoad hanc partem ius canonicũ haud praxi amplexatur; nam de iure ciuili simplex suspectionis allegatio satis est ad Iudicem remouendũ, nulla licèt causa adiecta sit, secundum text. in l. apertissimi cod. de iudic. in verbo *recusare*, & ibi glossa, vbi etiam Bartol. & Bald. & alij annotarunt. Cortiada decis. 18. num. 46.

dum-

dummodo ſuſpitionem allegans
2 iuſiurandi,religione mediante,† non calumniandi animo illam proponere affirmet, Couar. in pratic. quæſtionib. cap.26. num. 10. Franc. Mar. de Prat. practic. obſeruat. cap. 58. num.6. diuerſum dicunt eſſe de iure canonico cap.cum ſpeciali cap.paſtoralis de appellat. cap. legitima eod. in 6. quo ſardi in hac parte indiſtinctè regimur, per cuius ſanctionum normam diuerſæ perſcriptæ apparent recuſandi Iudicem cauſæ,quas hic affigere eſſet in longum calamū diſſolue-
3 re, † delineantur diffuſo calamo penes Fontan.ex deciſ.1. Sueluef. conſ.23. ſub num.4 lib.1.Caſtil. deciſ. 131. tom.2. Fermoſin.in cap. ſi quis cōtra clericum quæſt. 30. vſque ad 39. de foro comp. Tapia in enucleat.iurium Regni lib.3. tit.de ſuſpect.officiàl.Rouit. ſup. pracmat. eodem tit. Apicell. in tutam .Pauper. tit. de ſuſpect. official. Sanfelic.ex deciſ.85.cum ſeq. Donad. de renuntiat. cap.32. & infinitos, quos congerunt laudati.

Adſunt aliquæ regiæ ſanctiones in primo corpore pracmaticarum tit.1. cap.22. cum ſequen-
4 tibus, † quæ modum remouendi ex capite ſuſpitionis iudicis regiæ Audientiæ perſcribunt, quæ etiam Iudices regiæ Gubernationis, & reliquos totius Regni ex idemptitate rationis, & per comprehenſionem mentis præſumptæ legislatoris comprehendunt, ſuſpitionem intra triduū deducendam, & intra octo probandam inculcant:qui terminus, dicitur,& eſt continuus,ea ratione, quia in dubio omne tempus à lege præſcriptum præſumitur, & conſtituitur continuum, non vtile, nec interpolatum per text. in l.nunquam l.naturaliter, ff. de vſu cap.Ripoll. var. cap.5. num. 24. Fontan. de pact. nuptialib. clauſ.4. gloſ. 18. part. 4. à num. 37. ad 46. & deciſ. 410. tom. 2. num.14. Surd. deciſ.189. num.1. Amat. deciſ. 169. Fermoſin. in cap. 1. q. 10. à num. 9. de dilat. Ramon. conſ.6. num.78. Poſtius obſeruat. 84. num. 36. comprehendens ſub ſe dies feriatos.Cancer. var, p.3. cap.11. à num. 178. Gutier. canonic. qq. cap.12. lib. 1. num. 23. & 24. Cortiada. deciſ.21. num. 41. & etiam perem-
5 ptorium, † licet regia pracmatica in pręfixione termini octo dierum ad probandum,& trium ad proponendum cauſas recuſationis verbo *præcisè* non fuerit vſa;omnis enim dilatio probatoria à lege impartita intelligitur, & eſt peremptoria l.1. cod. de dilat. l. oratione l.fin. ff. de ferijs.Ripoll.ad Peguer. in practic. ciuil. rubric.4. num.44. Paz in prax. part. 1. tom. 1. temp. 8. à num.22. Minſiger.1. obſeruat.71. Fontan. deciſ.161. num.13. part. 1. Fermoſin. in cap.1. q.5. num. 3. de dilat. Matthias Berlinc. practic. concluſ. tom. 1. cap. 10. num.11. qui loquitur de citatione; quod intelligitur licèt eſſet dictum in conceſſione termini,

quod

quod adſignabatur hic pro primà dilatione probatoria: nam inteligitur reſpectu ſecundę, ſi hæc petatur, & adſit impedimētum obſtatiuum probationi intrà primum terminum conficiē-
6 dæ, † niſi ſtatutū plures dilationes præſcribens conditum reperiatur. Scacia de iudic. lib. 2. cap.
7 3. q. 1. num. 34. † quo termino elapſo non poſſe purgari moram tradit cum Fontan. & alijs Cortiada dict. deciſ. 21. num. 12.

Terminus ad recuſationem proponendam cū ſit à lege præfinitus de momento ad momentum currit iuxta ſaniorem ſenſum DD. quidquid praxis à tyronibus iuriſtis inducta aliquādo,
8 † brocardico illo (dies termini nō computantur in termino) nixis, inſecuta appareat, perquam legalis terminus, & ab homine adſignatus inuoluunt ſecum confrimationem germanitatis; ſed perperā cum ſub diuerſo marte reponantur: terminus igitur hic cū per legem præfinitus reperiatur, de momento ad momtuēm currit, vt infinitis laudatis tenent Trentacinc. var. lib. 2. cap. de dilat. Vela. diſſert. 18 tom 1. Ramires de lege regia §. 2. num. 6. Portoleſ. for. 1. num 23. de competent. iuriſdict. Fontanel. deciſ. 409. num. 17. p. 2. Sueluef. conſ. 15. num. 4. & 5. lib. 1. Vrrutigoiti in Paſtoral. regul. part. 3. vot. 8. num. 4. currit à die propoſitę recuſationis, & ſubſcriptionis, etiā
9 nulliter factæ, † vt ad longum tenet Franc. Maria de Prat. pratic. obſeruat. cap. 58. num. 28. 40. & per totum; quod tempus labi permitens recuſans, videtur dila-
10 tioni renunciaſſe. Tyraquel. † de retract. conſang. §. 1 gloſ. 2. à nu. 42. Surd. deciſ. 203. à num. 1. & conſ. 8. à num. 7. Fontan. deciſ. 161. num. 6. & 7. Ramon. conſ. 6. num. 80. & etiam recuſationi propoſitæ, cum idem ſit in iure probationi aptatæ renunciare, ac tempus præfixum ad eam conficiendā labi conſentiens; quinimmo temporis lapſus fortior eſt defectus, quam tacita, vel expreſſa renunciatio. Fontanel. loc. citat. Xamar. de Iudic. & Aduocat p. 1. q. 6. num. 109. Laurent. Mattheu. de regim. Reg. Valent. tom. 2. cap. 7. §. primo ſect. 4. num. 122. ſicque poterit iudex recuſatus, termino effluxo per pracmaticam præſcripto, procedere ad vlteriora, niſi appareat ex certitudine Iudicis ſuſpectionis partē
11 recuſantem in nihilo defeciſſe, † & toto conactu ſtuduiſſe pro finiendo negotio: quod tamen ex aliquo accidenti haud potuit cōcludi, qua hypotheſi, alia breuior dilatio erit impartienda. Fragoſ. de regim. reipub tom. 1. p. 1. lib. 5. diſp. 12. pag. 563. n. 236.

Si fuerit minor, qui recuſationem proponit, & non fuerit de-
12 ciſa cauſa recuſationis, † vel propoſita intra præfactum terminū, de iure Caſtellæ denegatur illi reſtitutio in integrum, vt refert Perez. lib. 1. tit. 5. lib. 3. ordinat. pag. 565. per leg. 16. tit 10. lib. 2. nouæ recop. vbi Azeued. pag. 71.

protu

prout etiam vacat reſtitutione contra pacem adhibitam, & ad iterum accuſandum. Narbon. de atqte ad omn.human.act.requiſit.anno.25. q.19.num.16 de iuretamen communi, vtrum arrideat in materia ſuſpectionis ad probandum poſt terminum cauſa illius minoris, vel ad remouẽdum Iudicem in quem conſenſit, non leuis eſt difficultas: nam minor non reſtituitur ad accuſandū ex leg. Auxilium ꝟ.ſexaginta ff. de minoribus Paul.deCaſt. Bald. Bartolom. & ſpecul. penès Oddo de reſtit. in integrum p.2. q.99. artic. 3. Narbon. loc.citat. recuſatio. verò Iudicis continet in ſe manifeſtam accuſationem corrupti animi, & non integri ergo &c. Rurſus minor non reſtituitur ad obijcienda crimina, vel defectus contra aliquem poſt terminum à lege præfixum, docet Fragoſ. cum alijs num. 237. nec in necem alterius, reſtitutio impartitur, prout dicit iuriſconſultus in l.in cauſæ la primera de minoribus Couar. practic.cap.26.n. 4. quibus rationibus haud pugnantibus in caſu recuſationis
13 minori, † & his qui gaudent priuilegij: minoris ætatis, reſtitutio in integrum venit concedenda, tanquam introducta fauore publicæ vtilitatis tex. in l. 1. ibi *vtilitas huius tituli* vbi Bald. in ſumma adijcit *pertinet ad vtilitatem publicam*. ff. de minoribus Ganauer. conſ. 2 num. 39. quod intereſſe publicū debet anteponi cuilibet intereſſe priuato.Item ſi fortè ff. de rei vindicat. Carol. Marant. reſponſ.4. num.87.tom. 4. Franc.Rocco reſponſ.49.num. 13. part. 1. Valençuel. conſ.167. num. 35. Altamiran. in rubric. cod.de filijs official. qui in bello moriuntur. cap. 4. num.34. Ipſa rei honeſtas, & dignitas longius æſtimari vrget rationis bonum, quam ſenſile, plus diuinum, & commune, quam peculiare ſolū. cap.ſcire 7. q. 1. l.vnic. in fin.cod. de caducis. tollend.l.vtilitas 3.codic. de primipil. lib. 12. Ponte.de poteſt. Proreg. tit. 1. num. 25. Valençuel. conſ. 20. num.11. Vicent. Turt.de nobilit. gent. lib.2. cap.1. Parex.de inſtrum.edit.tit.1. reſolut. 5. num. 25. Paul. Rubi. practic. de teſtam. cap. 53. num. 188. Vtilitas publica quę in materia reſtitutionis erga minorem
14 luſtratur, in cauſa conſtituitur; † vt etiam in materia ſuſpectionis impartiatur ex eodem fonte: præcipuè quod expreſsè in iure prohibita illi non inuenitur, & ſic debet arridere: ratio quia reſtitutio numquàm intelligitur interdicta, niſi expreſsè interdicatur, l.nec non ꝟ. quoties ff. ex quib. cauſis maior confirmant. Giurb. deciſ. 78. num. 11. Hercul. Mareſcot. var. lib.2. cap.98. num.6. & quamuis lex tolleret omnia remedia, non cenſeretur abducere reſtitutionis aſylum, niſi expreſsè
15 diceret. † Ioan.Gutier.practic.qq. lib. 2. q.88. num.3. & q. 91. Carol. de Graſ.de exception.ad Mater. ſtat except. 34. per tot. præcipuè in materia fauorabili, prout eſt recuſatio, punctualis teſt. in cap. quod ſuſpecti 3.q.5.*nam quodam-*

dammodo naturale est ait ibi Nico-
laus Pontifex, *suspectorum iudicum*
insidias declinare, & inimicorum
Iudicum semper velle refugere; nam
quid gratius, & amabilius dare quis
inimico potest, quam si eis ad impe-
tendum commiserit, quem lædere forte
16 *voluerit*; † per quem textum cau-
sam recusationis fauorabilem esse
respectu recusantis tenet Gana-
uer. decis. 57. num. 1. & in dubijs
iudicandum esse semper pro su-
spectione, tamquam pro causa fa-
uorabili dicit Donadeus de renũ-
tiat. cap. 32. num. 37. Rouit. cons.
8. num. 11. cum humana fugiat
ratio, aborreatquè natura affectos
iudiciarijs iurgijs, & inter anfra-
ctuum litium vortices versan-
tes sub sinistro sydere conculcari,
& coram suspecto Iudice litigari,
qua nihil durius. l. apertissimi co-
dic. de Iudic. cap. statutum §. ve-
rò de rescript. in 6. vbi *perborrescẽs*
hoc vocat Bonifacius Pontifex;
exornant Couarr. practic. qq. cap.
26. num. 4. in fin. Scacia de re iu-
iudicat. glos. 1. q. 1. num. 250. cir-
ca finem, vbi exempla referenda
germanat, nempè: *habere lupum*
pro Pastore, homicidam pro medico,
discipatorem pro custode, inimicum
pro Iudice, & Tyrannum pro de-
fensore. Ramon. cons. 3. num.
35.

17 Legimus, † plures sanctos suos
Iudices recusasse confugientes ad
asylum huius clypei ad elidendũ
technas moderatoris, si forte
maligna præcordia nutriat, quo
in amplexando notà aliqua haud
afficiuntur, tanquàm iuri pro-
priæ defensionis inhærentes, refe-
runt Bouadill. in politic. lib. 3 cap.
8. num. 122. Capic. Latro. con-
sultat. 101. num. 3. lib. 2. Expri-
munt duritiem hanc Berart. in
specul. visitat. cap. 6. num. 3. Fon-
tan. decis. 1. num. 1. Reg. Rouit.
ad pracmatic. tit. de suspect. of-
fic. Parex. de instrum. edit. tom.
1. tit. 2. resolut. 6. spetic. 2. num.
199. Franc. Maria de Prato ob-
seruat. 58. n. 1. Cortiada dec. 18. n.
1. Donad. de renũtiat. c. 32. nu. 33.
Sperell. decis. 93. num. 9. tom. 1.
Ganauer. decis. 56. num. 1.

Hinc exceptio recusationis tã-
quam deffensionem naturalem
tangens, inuoluens secum præiu-
ditium irreparabile; & repu-
gnantiã naturæ non potest iuxta
crebriorem opinionem tolli per
18 statutum, † quidquid perperam
dicant, Farinac. in fragm. p. 2.
lit. 5. num. 702. Tuschus pratic.
conclus. lit. 5. conclus. 913. num.
13. cuius oppositum, quod ex
ceptio recusationis nulla statuta-
ria sanctione possit interdici, alijs
laudatis, tenet Xamar. de offic. iu-
dic. & aduocat. part. 1. quest. 22.
num. 131. Carol. de Grass. excep.
24. num. 15 Ramon. cons. 3. n.
90. & si de facto recusandi facul-
tas appareret prohibita, de friuola
recusatione non in legitima cau-
sa persistenti, intelligendum esset
19 sic Gras. num. 16. † quod etiam
procedit respectu Principis per
quẽ haud valet causa committi
sub clausula, *omni suspectione*
remota cum hæc percutiat natu-
ralem deffensimem extra spherã

pote-

ſtatis Principis repoſitam: cui ſu-
per ius poſitiuum non naturale
Deus iuriſdictionem indulſit, vt
dicebam cap. 27. & alibi: qua in-
ſpectione illi ſuppoſitus, non po-
ſitus conſtituitur tamquam crea-
tura. Ramireſ. de lege Regia p.
29. num. 1. & 3. Paul. de Rube.
practicar. Teſtam. cap. 1. num.
22. Franc. Rocco reſponſ. 2. nu.
3. Fundamentum hoc, & alia
conſulto ommiſſa, reponuntur in
cauſa, vt recuſationis facultas, &
exceptio non poſſit per Principē
tolli, & per hunc Iudici legitimè
recuſato committi, quia eſſet iux-
ta mentem Scatiæ. *Ouem lupo
mandare, ægrotantem homicida con-
fidere, & inimico*, quod exmplis
his confricatur Iudici collū ſub-
20 mittere. † Hanc opinionem ne-
gatiuā facultatis huius reſpectu
Principis tene: Guazin. ad deff.
reorū deff. 1. c. 19. n. 5. latè Ramō.
conſ. 3. num. 36. & 37. Carroc.
de exempt. cap. 120. num. 48.
Fermoſinus in cap. ſi quis contra
clericum. q. 22. num. 1. & q. 41.
de foro competent. Mola in
empor. iur. p. 1. tit. 2. in præmis,
num. 186. Xamar. de offic. aduo-
cat. p. 1. quæſt. 12. num. 131. &
132. Apicell. in tutam. pauper tit.
de ſuſpect. official. num. 10. Ca-
pic. Latr. conſulta. 101. num. 1.
Gipzius ad Capic. Latr. deciſ. 81.
nu. Fontan. deciſ. 14. num. 3. San
Felic. deciſ. 79. num. fin. tom. 1.
Donadeus de renunciat. cap. 32.
num. 36. Giurb. obſeruat. 68. n.
3. Balthaſ. de Thomat. var. in
apendic. ad tract. 1. num. 20. quę
opinio, vt dictum eſt funda-
tur in chlypeo defenſionis natu-
ralis illedibilis per iuris ciui-
lis poteſtatem: text. expreſſus
in cap. quod ſuſpect. 3. quæſt. 5.
ibi: quodāmodo naturalis ratio dictat,
21 † textum hunc probare recuſatio-
nis exceptionē eſſe ſpeciem de-
fenſionis naturalis, & à naturali
iure deſcendere dicunt Carol. de
Tapia ad ius Regni de ſuſpect. of-
ficial. lib. 3. tit. 265. num. 3. Di-
dac. Perez. ad l. 1. tit. 5. lib. 3. or-
ordinat. Petr. Gregor. lib. 49. cap.
5. Caualcan. de Brachio Regio
3. p. num. 321. Donadeus de re-
nuntiat. cap. 32. num. 36. Gip-
zius ad Capic. Latr. deciſ. 81. n.
1. vbi recuſationem ianuam de-
fenſionis appellat. Giurb. obſer-
uat. 68. num. 1. 2. 3. & caſu quo
de facto iudici recuſato cauſam
Princeps cōmitteret, non obſtan-
te oppoſita recuſatione, vt eue-
nit anno 1658. inter Don. Ioan-
nem Manca Delarca, & Don
Franciſcum Martinez Aſſeſſorē
in ciuilibus Regiæ Gubernatio-
nis, cui iam pridiè recuſato fuit
per Excelentiſſimum Marchio-
nem de Caſtel Rodrigo Pro regē
Regni, cauſa nobilis prædicti de
Manca commiſſa, non obſtante
23 recuſatione oppoſita: † tunc reſ-
criptum Principis cauſam com-
mitentis Iudici ſuſpecto, non ob-
ſtante recuſatione, deberet intel-
ligi quando hæc friuola eſſet, nō
legitima, vt caſu propoſito inter
Don Ioannem Manca del Arca,
& Don Franciſcum Martinez
Regia Audientia decreuit, remo-

uens dictum Nobilem de Martinez à cognitione causæ prædicti de Manca, non obstante prædicto rescripto, quod excludere friuolam, non legitimam suspectionem intellexit: repulsam recusationis in rescripto compre- 22 hensam, fuit dictum per Regiã Audientiam procedere respectu friuolæ, non legitimæ suspectionis; & cum illa, quæ inter hos militabat esset realis, fuit remotus à cognitione causæ in rescripto signatæ. Hanc distinctionem, quod remotio recusationis à Principe statuta, intelligi debeat de friuola, tenent superius laudati Scacia de appellat. q. 16. limit. 1. num. 120. pluribus congestis. Cortiad. decis. 18. n. 20.

Et quod minori competat restitutio in integrum si recusationem non proponat, † vel non
23 probet in termino per Regiam pracmaticam pręfixo, vel si consentiat in Iudicem suspectum ob præiuditiũ in inspecttione huius materię inculcatum, tenent Giurb. decis. 78. n. 10. Tapia decis. 20 Sac. Conc. Font. dec. 22. n. 10. Frag. de Regim. Reipublic. Christian. tom. 1. par. 1. disp. 12. num. 237. vbi respondet rationibus superius cunctatis: fuit sic decisum anno 56. per Regiam nostram Audientiam Sardoam ad fauorem Don Ioannis Baptistę Sgrechio in suspectione adducta in personam Egregij commitis de Sedilo, qui illo tunc interim Gubernatoris Sassaris munus moderabatur, cui nobili de Sgrechio, tanquam in minori ætate constituto, fuit restitutio in integrum impartita per Senatũ in vtroque capite, tam ad probandũ suspectionis causas in termino non probato, quam ad remouẽdum Iudicẽ prò suspecto, in quẽ præuiè consenserat, cum hi articuli superati inter se reponantur, tenet Laurent. Versell. legal. conclus. cap. 128. num. 670.

His ex mare suspectionis materiæ diffuso satis arreptis, casũ, quem proponere intendo ex decisis in Senatu Sardoo ad manus meas peruentum est tenoris sequentis: anno 1661. tempore, quo
24 in Illustrissima, † & præclarissima vndequaque Ciuitate Callaris reperiebar, ad illam vocatus per excellentissimum Marchionem de Castel Rodrigo pro dissidijs curiarum, quarum memor fui constitutus in cap. 9. Procurator Don Antonij Sanz in lite cum sua Socru nobili Gratia Pilo, & Francisco vertente, ratione affinitatis nobilem, & Magnificum Doctorem Don Gauinum Typeri, & Paliachio Regiæ Audientiæ Senatorem peroptimũ in illa decanum, consultorem, & aduocatum pauperum Sancti officij, remoueri tanquam suspetum petijt: reperiebatur Regius Senator coniunctus vtrique parti in diuerso gradu tamen affinitatis, ratione cuius strictionis nexus causa remotionis auspicabatur: diuerso tramitẽ erat progidiendũ, si sub eodem cognationis pondere
25 repositus inueniretur; † cessat re-
cusatio

cuſatio, quando Iudex vtrique
parti coniunctus inuenitur; quia
tunc affectio ſub æqua commen-
ſurari trutina præſumitur. Gloſ.
notabil. in cap. poſtremo de ap-
pellat. Bartol. in l. non ſolum §.
de ript. Menoch. de arbitrar. caſ.
106. num. 19. Caualcan. deciſ.
29. num. 6. & 7. Opinio hæc fun-
datur. in l. qui iuriſdiction. ff. de
iuriſdic. omn. iudic. vbi licèt Iu-
dex non poſſit ius dicere in cauſa
ſuorum, fallit quando eſſet Iu-
dex inter duos pariter cõiunctos,
inter quos, cum ſit cauſa affectio-
nis coæqualis, ſcilicèt cognatio,
& effectus etiam, nempè affectio
26 æqualis præſumitur, † quæ affe-
ctionis æqualitas ſuſpectionem
tollit dict. l. non ſolum. §. denuo
de ript. nupt. cap. Deus & ibi
Gloſ. 2. quæſt. 1. Giurb. obſeruat.
95. num. 10. Secus ſi Iudex vni
attineret in ſecundo gradu, & alij
in tertio gradu, vt in præſenti
hypotheſi, quo caſu, cum non ſit
par affectio. Argum. cap. litte-
ras de præſumpti. cap. attendens al
primero in princip. vt lit. non
conteſt. ſuſpectio procedit. Abb.
in cap. poſtremo num. 5. de ap-
pelat. Reg. de Ponte deciſ. 30. n.
14. & 15. cum Farinac. Modit. &
alijs Apicell. in tutam. pauper. tit.
de ſuſpect. offic. num. 157. & eius
additionator. nu. 729. San Felic.
deciſ. 83. num. 22. Thoro in
compend. deciſ. in ſuplem. verbo
*Iudex recuſari, vti ſuſpectus an poſſit
ratione cognationis, ſpiritualis, ſeu
carnalis, ſi in pari gradu ſit vtrique
parti coniunctus*, vbi San Felic. &
Thoro limitant, niſi probaretur
æqualem affectionem inter illos
non militare, ſecus ſi eſſet pariter
27 inimicus vtrique parti, † quia
tunc poterit ab vna parte remo-
ueri, altera inuita. Adition. Ma-
nucij de Apicell. ad cõent. de ſuſ-
pect. officij num. 730. Modit. var.
reſol. dubit. 32. §. Plebi ſcitum
num. 4.

Recuſatio hęc videbatur legi-
timè à Procuratore oppoſita, tan-
quã nitens in oſſibus ſui Princi-
palis, à quo prælibari, & calcula-
28 ri opportet ſuſpectionis cauſa, †
non verò a procuratore, vel à
quolibet alio, nomine alterius iu-
ditiali pulueri ſe ſupponente, ex-
emplum in tutore, qui prætextũ
inimicitiæ propriæ haud iudicẽ
in cauſa ſui pupilli poterit recu-
ſare, nec ex alio capitè illum
tangente, ratio quia, diuerſum
eſt intereſſe pupilli, ac tutoris, di-
uerſæ perſonæ, & deſtincta iura,
nec in mentem venire eſt credẽ-
dum, licèt quandoque iniqui Iu-
dices reperiãtur, per quos innocẽ-
tium iura conculcantur, ſopiun-
tur, & peruertuntur cap. quoniã
contra 11. de probat. Mathias
Berlinch. in ſuis aureis deciſ. p.
1. deciſ. 85. num. 1. tam peruerſi
animi iuſtitiæ vindic ẽreperiri,
quod velit Pupillo obeſſe prop-
ter malam adverſionem in tu-
torem concepta: iniquitas conſi-
milis ab oculo intellectus exter-
minatur, inconceptibilis conſti-
tuitur; quapropter tutor inimi-
cus Iudicis haud illum in cauſa
pupilli poterit hoc prętextu à Iu-

cando

cando remouere; vidi hoc obseruari in hac Ciuitate, sententia interposita contra Pupillos Don Gauini Saluañolo, & est doctrina communissima, quam sectātur Suelues cons. 23. centur. 1. Apicell. in tutam Pauper. tit. de suspect. official. num. 89. & 90. Marinis quotidian. resolut. tom. 2. cap. 114. n. 5.

Friuola causa hęc suspectionis, tanquàm aperto iure nitens, haud
29 visa fuit: † recusatio tunc friuola, & frustatoria appellatur, censetur, & autumatur, quando in iure haud expressa reperitur, vel si non est, similis, vel maior, causis aliàs in corpore iuris expressis. Fontan. decis. 7. n. 6. p. 1. & decis. 5. num. 18. Giurb. decis. 54. nu. 9. vbi illas non in iure signatas arbitrio Iudicis reponit. Carrocius excep. 120. n. 41. Carrasc. ad leg. recopilat. cap. 9. num. 311. Donade. de renuntiat. cap. 32. ex num. 69. qua hypothesi, poterit
30 tanquā à sua frōte insubsistens, † & notoriè elidibilis sperni, reijci, & ea spreta ad vlteriora progredi Cancer. 1. part. var. cap. 21. nu. 37. & part. 3. cap. 10. à num. 37. Fontan. decis. 5. ex n. 18. Carol. de Gras. excep. 24. n. 12. Faber. in suo codic. lib. 3. tit 4. ne quis in sua causa deffinit. 6. & 7. Barbos. voto 4. num. 107. Cabed. decis. 20. num. 4. p. 1. Capic. Latr. decis. 164. num. 4. tom. 2. Cortiad. decis. 18. num. 66.

Consilium hoc à DD. congestis, & quam pluribus suppressis, prę stitū non mihi videtur; prę-
31 cipuè in Iudice inferiori, † & per se solum tribunal moderāte, insequendum; ducit secum consequentias iuri exosas, & haud tutas non leuis ponderis, quę partes recusationē obijcientes ad intimū mœrorem pellicient, nec illi me acomodarem, si præmeret factum cum mihi innotescat dicterium per Mastrill. cunctatum in tract. de magistrat. lib. 2. cap. 3. *Iudicem suspectione pendente procedentem carere sale sapientiæ, & sale conscientiæ*. Vrget contra superiorem conclusionem primo, quod iudex suspectus allegatus non possit cognoscere de causa ipsiusmet suspectionis tanquam
32 terminante, † & vulnerante propriam personam cap. solicitudinem, vbi Glos. de appellat. cap. cum speciali eod. cap. cum legitima eod. in 6. Bartol. in l. quidem consulebat ff. de hæredib. instit. Harman. pratic. odseruat. lib. 2. cap. 15. vbi sic obseruari in vniuerso orbe asserit Guasin. ad deff. reor. 1. cap. 19. num. 66. Xamar. de offic. iudi. p. 1. q. 12. num. 118. Fermosin. in cap. si quis contra clericum, quęst. 19. num. 2. & 3. de foro compet. Farinac. in Fragm. p. 2. lit. I num. 916. Scacia de iudic. lib. 1. cap. 101. num. 20. Fontan. decis. 1. num. 17. qui omnes, & alij infiniti apud eos communi calculo tenent causas recusationis proponendas esse coram Iudice suspecto, probandas vero coram alio; Berart. in specul. visit. cap. 6. à num. 16. Ramon. cons. 3. n. 117.

cum

cum ſeq. Larrea deciſ. 48. num. 18. Mattheu de Regim. Regn. Valen. tom. 2. cap 7. §. 1. ſect. 1. num. 13. Cortiada. deciſ. 18. n. 58. Donad. de renuntiat. cap. 32. num. 57. cognoſceret verò remouendus Iudex cauſas ſuæ ſuſpectionis, ſi per ſe ipſum ad eius arbitrium cauſas, tamquàm friuolas retunderet, & repelleret; quæ repulſa neceſſario ſecum inuoluit cognitionem incidentis, vtrùm ſit friuola, vel non.

Suſpectio per quam progredimur tamquàm vitrea, fluctuans, † & periculis reuoluta conſtituitur; taliter, vt ſi pendente ſuſpectione iudex recuſatus in cauſam ſe ingerat, remaneat eo ipſo, licèt cauſa propoſita non procederet, ſuſpectus. Maſtrill. deciſ. 151. nu. 64. Sanfelic. deciſ. 85. num. 4. licèt cauſa allegata eſſet falſa ex adductis per Rouit. in pracmatica prima de ſuſpect. official. num.

34 42. tu, † quia dedecus reputatur, aliquem ab aliquo negotio tamquàm ſuſpectum remoueri. l. teſtamento centurio ff. de manumiſs vindict. tum quia recuſatio ſugillat perſonam Iudicis, & illum acerbum reddit. l. fin §. fin vèro. codic. de manumiſ. libert. & certo modo ex recuſatione afficitur iniuria l. ſi litigatores ff. de recept. arbitr. cap. ſuſpectionis de offic. delegati. Capic. Latr. deciſ. 85. num. 8. Giurb. deciſ. 48. nu. 2. & 3. Larrea deciſ. 48. num. 18. quam acerbitatem, & dedecoris qualem qualem notam exhibere, & repellere ſtuderet, ſi ſpreta recuſatione, negotio principali incumberet, ex quo ſuſpectio, & recuſationis promanaret cauſa; quæ rurſus porrigeretur, ſi iudex causã recuſationis remouere, vel reijcere anxiè conaretur. Ramon. conſ. 3. per me relatus ſupra c. 15. n. 28. Coſta. de fact. ſcient. inſpect. 85. num. 36. Non tangit Iudicem propulſatio recuſationis oppoſitæ: cauſa eſt partium, & fiſci; cauſa ſuſpectionis nõ dicitur cauſa Iudicis recuſati, ſed inter partes: ſic quæ non poterit iſte appellare à ſententia recuſationis cum Geminian. in cap. cum ab Apoſto-

35 lica de offic. † delegat. in 6. num. 9. Capic. Latr. dict. deciſ. 85. num. 12. Perpende nunc, ſi fortiori põdere conſtringerentur recuſationis vincula, ſi in propoſita recuſatione, ſub prætextu, quòd ſit friuola, ſe ingereret in negotium principale, repellens illam recuſatus iudex: contra ſe animi partium in grauius vocarẽtur odiũ, æſtuarent inter regidiora iurgia, præcipuè, quia numquàm tàm deſperata recuſandi cauſa proponi, & excogitari quit, quę aliquam præuiam perſiſtentem inſuflationem non redoleat. Suſpenſo pede in hac materia procede, ne alipidis curſus iniuſtam remotionem prætenſam, iuſtam reddat, & ſuo gladio ſe iugulet iudex, præſtans ex forma progrediendi arma aduerſario in ſui diſpendium, quod glorioſæ victorię genus decantatur. Solorzan. de iur. Indiar. lib. 3. num. 13. Ego diſſert. 16. nu. 20. Ex omni

late-

36 latere friuola,† incostans, insubsistens, causa recusationis debet constitui ad hoc, vt iudex hac pasui habita ad vlteriora procedat: compescat lorum propiæ affectionis cupiditas, animus haud intumescat recusatione proposita, se ipsum vincat, & imperet, quod maximum imperium habetur. Senec. epist. 115. *qui dominatur animo suo* inquit prouerb. 16. *melior est expugnatore vrbium*: licèt res hæc magnã inuoluat secum oppugnantem vim. Ptholomæus Egyptiorum Rex percõtatus quid iudicibus esset omnium difficillimum, respondit; *se ipsum vincere*, testis est Aristeus lib. 72. de interpretib. refert Nicol. Vernul. instit. politicar. lib. 1. tit. 16. cap. 3. A cognitione illius, etiã in casu, quo appareat friuola, nisi superior iudex longe absit, & ex mora sequatur partibus nocumentum, se abstineat: mihi credat, & huic consilio adhęreat: plurimas ærumnas illo insequto effugiet, partesque ipsæ omni via ad proclamandum vacabunt.

Affinitas gradus constrictior versans inter Donnam Gratiam 37 Pilo, & Franciscũ,† & nobilem Senatorem tamquàm maritum Donna Victoriæ Martinez Pilo subministrauit ansam recusationi propositę, licèt vtique hæc poterat obuiari, attenta iudicis sat nota integritate, & inflexibilitate, animi bonitate, & scientia inter maximos maxima, numquã sub puluere obliuionis tumulanda, pro cuius, intra semper iustitiæ tramites, inflexibili animo comprobando, poterunt vsurpari verba Salust. in Catalin. loquentis de quodã integerrimo iustitię vindice, ibi: *neque prætio, neque gratia impelli vmquam quiuit*. Romani, inter normas, quas suis iudicibus prescripserant, ex præcipuis vna hęc erat: *vitijs carete, y cæteris specimẽ esto*,† Vernulius instit. Politicar. lib. 2. cap. 1. tit. 2. Pręceptum hoc apprimè in Regio nostro Senatore à nascentis suæ fortunę primordijs, à puerilibus annis, inter munera cancenti ætati adscripta, & ad munera decrescentibus insculpum corde, & opere amplexatum apparet: nos qui vidimus, capimus, fruimur, & docemur, testimoniũ perhibemus: humani generis pędagogum; & astreæ vindicem Regnum hoc veneratur. Loquitur Senec. epistol. 89. in medio;

Sed quo feror maius erat nostris viribus illud onus.

Ouid. lib. 4. trist. eleg. 10.

Finem mitto cum Auson. in mosaul.

Te clari proceres, te bello exercita pubes,
Æmulata latiæ decorat facundia linguæ.
Quin etiam mores, & lætum fronte serena,
Ingenium, natura tuis concessit alumnis,
At nec sola antiqua ostentat Roma Catones,

Pars recusans legittima Anchora nitens, vsa fuit iure suo hinc

hinc nemini iniuriam intulit ad text. in l. iniuriarum 13. de iniur. l. nullus 56. l. factum 198. ff. non videtur. de reg. iur. Iudices tamquam ſcopi ad ſagittam cap. qualiter, & quando 24. de accuſat. cap. cum iuuentute de præſumptione, Larrea decis. 98. num. 39. obnoxij iacent litium iurgijs, & litigantiũ moleſtijs officij oneris ſunt hi acquæſtus; & lucra, vt exprimit Cicer. pro Lucio Flauo in 2. part. miſeram illorum conditionem deplorans, aulæ emulationis, & malignãtium veperino morſui expoſitam, referunt Boaudill. in politic. cap. 1. à num. 203. lib. 5. Symanc. de catholic. inſtit. tit. 64. num. 30. ira Diuorum vacuã, vt per Virgil. lib. 1. Æneid. verſic. 26. canitur, vbi troianum excidium à Iunione, & Pallade ob iudicium Paridis in Veneris gratiam adhibitum, excitatum eſſe credit.

Hac dum etiam cauſa irarum, ſæuique dolores,
Exciderant animo, manet altæ mente repoſtum,
Iudicium Paridis, ſpretęque iniuria formę.

Cauſa igitur recuſationis viſa fuit reſpectu adſiſtētię iuris ſubſiſtens, nempè ratione affinitatis, † quę etiam diſſoluta Iudi-
39 cem ſuſpectum in cauſa affinis conſtituit, cap. abſens 2. quęſt. 8. Bertrad. conſ. 93. num. 1. Gratian. diſſet. forenſ. cap. 100. n. 14. Tyraquell. in tract. ceſſant. cauſ.
40 p. p. num. 17. † Apicell. tit. de ſuſpect. Official. nu. 127. Tuſc. litt. S. concluſ. 998. num 14. 23. Neuiſ. concluſ. 44. num. 5. Ferrer. part. 3. obſeruat. cap. 119. Fontan. deciſ. 13. vbi ad longum diſputat ſi ſuſpectio procedit diſſoluta affinitate, non remanentibus reliquijs, quem punctum prædicti, DD. etiam reuoluere, & in diſtinctas diſſedere ſententias, vt ex eorum cõtextu liquet, quidem diſſoluta affinitate, etiã ſuperſtitibus filijs, non adeſſe locum recuſationi, docent; alij his remanentibus arridere tenent, & aliqui, pauci tamen, etiam non relicta ſobole, præcipuè quando Iudex fuit pro ſuſpecto incuſatus ante affinitatis diſſolutionem, dari fundamentum ad recuſationem affinis docent: illos repete, cum occaſio anget. Addo Milaneſ. deciſ. 16. lib. 1. Franch. deciſ. 719. Seſſe deciſ. 414. n. 25. Rouit. in pragmatic. 1. de ſuſpect. offic. num. 21. & conſ. 10. num. 7. lib. 1. Giurb. obſeruat. 95. num. 10. Gyptius in obſeruat. ad Capic. Latr. deciſ. 81. num. 11. Laurent. Vſell. legal. concluſ. tom. 1. verbo affinitas num. 9. & 10. Recordor anno 1661. coram Regia Audientia fuiſſe recuſatũ Doctorem Franciſcum Zuca, aſſeſſorem Regiæ Gubernationis Saſſaris, tamquã affinem ſpectabilis Don Franciſci Saniuſt. Gubernatoris huius Ciuitatis per Don Mattheum Pilo Baronem oppidi de Putifigali, quæ recuſatio procedebat ex inimicitia, quam recuſans cũ

spectabili Gubernatore ducebat; dictus vero Zuca fuit, & erat affinis dicti Gubernatoris, tamquã Maritus Nobilis Doña Angelæ Scarcioni, licet affinitas dissoluta iaceret, absquè aliqua superstite reliquia; nihilominus per Senatum Sardoum recusatio tamquã legittima fuit habita, prout in memoriam ducor: motiuum erat decreti Senatus, quia inimicitia contracta cum affine Iudi-
42 cis, causa legittima † cõstituitur ad recusandum illum, prout docent Abb. in cap. Accedens. in 1. notab. vt lite non contest. Milan. decis. 11. num. 5. lib. 1. Borrel. cons. 23. num. 52. Centur. 1. Donat. de renuntiat. cap. 32. nu. 78. & 79. vbi etiã adiungit hanc suspectionem procedere licet af-
43 finitas † ex damnato coitu procederet, cum Mascard. & Rebuff. Amic. cons. 78. num. 51. & affines intelliguntur viri duarum sororum consobrinarum ad hoc, vt recusatio procedat. Decisum sic fuisse refert Sanfelic. decis. 254. Thoro in supplem. verb. affines an dicantur.

Affinitas, causam, Iudicem remouendi, legitimam præbet
44 vsque ad quartum gradum † Maynard. decis. 98. lib. 1. Laurent. Vrsell. legal. conclu. tom. 1. conclus. 76. num. 10. vbi ita procedere de generali consuetudine tenent, licet de iure communi non se extendat nisi ad primum gradum. Bal. cons. 472. num. 6. vol. 1. Cancer. var. p. 1. cap. 21. num. 55. contrahitur, & prouenit ex affinitate initiata, scilicet per sponsalia contracta per verba de futuro, prout vidimus obseruatum in recusatione proposita anno 1663. ad instantiam D. Leonis Sampero Martines in personam spectabilis D. Francisci Saniust. Gubernatoris Sassaris, cuius filius D. Dalmaus sponsalia per verba de futuro inierat cum Donna Maria Manca, & Cors filia Ægregij comitis de San Gorgi inimici dicti Sampero, obquam affinitatem initiatam ex sponsaliorum contractu, fuit recusatio adducta proposita, & coram Regia Audientia pro legittima habita, iuxta resolutionem DD. qui in præcisis terminis sponsaliorum suspectionem procedere dicunt. Phebus decis. Lusitan. 91. Apicell. in tract. de suspect. offic. n. 133. in fin. litt. T. & ibi Manuccius filius additionator.

Recusationis huius causa in affinitate Iudicis nitens, non solum à persona particulari poterat opponi, sed ab Vniuersitate, Collegio, vel monasterio ex persona Monachi, cuius nomine in iudicio agit, vel excipit fundando remotionis fundamentum in
45 persona monachi † de cuius interesse monasterium agit, prout sic fuisse decisum refert Rouit. sup. 1. pragm. de suspect. offic. num. 73. quam decisionem fuisse stabilitam in authoritate Glosæ in auth. causa. Cod. de Episcop. Audient. refert; idem docent Nouar. in rubric. de suspect.

ſpect. Offici. Collec. 1. num. 4. Thor in ſupplem. verbo *monaſterium: ex perſona Monachi, ſeu Monialis poterit allegare ſuſpectum Iudicem, vt fuit deciſum per ſacrum Concilium in cauſa Monaſterij Reginæ Cælorum*. Barbat. idem docet. de diuiſ. fructuum part. 2. cap. 2. num. 220. rurſus Thoro in compend. deciſ. tom. 1. verbo monaſterium an poſſit. Exemplum affigit Aufreſ. tract. de recuſat. num. 8. in Iudice Monachi litigantis, vel colligantis
46 conſanguineo: † idem procedere autumat Intriglit. lib. 3. Singul. 80. num. 61. quando Iudex reperitur conſanguineus Prælati pro ſua Eccleſia litigantis, qua hypotheſi, ad illum remouendū cauſam adeſſe tenet, licèt agatur de intereſſe Eccleſiæ; quia perconſequens & Pręlatum percutit & num. 94. Giurb. obſeruat. 68. num. 9. Marin. tom. 2. reſolut. 214. num. 1. fallit tamen, quando Prælatus non de intereſſe pe-
47 cuniario; † ſed de aliqua præheminentia ageret; quia tunc recuſatio haud obtineret locum. Sic Apicell. in tit. de ſuſpect. official. num. 89. & 90. Sueluetſ. conſ. 23. Centur. 1.

Doctrina hæc comprobat declarationem Menſæ Turritanæ adhibitam, non multis abhinc diebus, in qua declaratum fuit recuſationem adductam in perſonam Ampurienſis Vicarij per collegiatā Ciuitatenſem, procedere ex capite inimicitię verſantis inter canonicos, ſeu illorum maiorem partem, & Reuerendū Vicarium: nam licèt Vniuerſitas nequeat ex capite inimicitiæ Iudicem recuſare. Gipzius ad Capic. Latr. deciſ. 81. in obſeru. nu. 17. Thoro in ſupplemen. verbo iudex, an poſſit allegari ſuſpectus per vniuerſitatem ex cauſa inimicitię, fuit deciſum negatiuè. Sanfelic. deciſ. 82. tom. 1. cum Vniuerſitas ſit corpus quoddam plurium, ſub nomine collectiuo iacentium, collectiuum, ad text. in l. grege 21. de legat. 1. Arias de meſa var. lib. 3. cap. 11. num. 1. 2. & 3. ad politicas, vel œconomicas operationes oculo intellectus cumulatiuè formatū, anima viuenti per ſe carens, & ſic incapax contrahendi inimicitiam; fallit tamen quando hęc haud ſtabilitur in corpore Vniuerſitatis, ſed in perſona monachi, cuius actiones in iudicio illa experitur: quo caſu prout procedit recuſatio ex capite con-
48 ſanguinitatis, † & inimicitiæ procedere debet; cum non detur diſparitas rationis inter vnum, & alium caſum, fas eſſe monaſterio indiſtinctè ex perſona religioſi Iudicē recuſare, tot. DD. & deciſiones habitæ docēt, prout vidimus, & ſequitur Mauritius Apicill. in addition. ad tit. de ſuſpect. official. num. 813. Igitur ſi hęc recuſatio emanaret ex capite inimicitię, amplexanda eſſet; cum nec hi DD. hanc cauſam reijciant, nec reijcere poſſint; fortiori pondere in hoc capite cauſa recuſandi adeſt, alijs in

Iure expressis attribuitur facultas monasterio recusandi Iudicem ex persona monachi, igitur & ex capite inimicitiæ; sicque si contingeret omnes Vniuersitatis esse inimicos Iudicis, tunc collegium ex persona illarum vtiquè poterit Iudicem recusare.

Exemplo ducor excommunicationis, quę in Vniuersitatem haud potest proferri ex cap. Romana. §. in Vniuersitatem de sent. excom. in 6. ratio, quia cum excommunicatio requirat pec-
50 catum, & inobedientiā, † & collegium sit plurium collectio, & non possit Episcopo notescere, qui fuerint culpabiles, vel insontes, inde contra Vniuersitatem in genere nequit excommunicationis gladio procedere: sic Auil. de cens. part. 4. cap. 4. disp. vnic. dubit. 4. conclus. 1. Hurta. de excommun. diff. 2. num. 7. Farinac. in prax. p. 1. q. 24. num. 116. Cenedo collect. ad sext. 25. num. 1. Dian. moral. p. 5. tract. 9. resolut. 38. & in sum. p. 1. verbo censura num. 513. fol. 168. adeo vt, si excommunicatio proferatur contra Vniuersitatē, vel Collegium sit ipso iure nulla. Nauar. cons. 10. num. 2. de sent. excom. Cortiada decis. 27. num. 52. Ioan. Franc. Sanna in defensorio immunitatis Ecclesiæ ad fauorem D. Antonij Nuseo Episcopi Algarensis. num. 34. fallit tamen si excommunicatio proferatur contra singulos Vniuersitatis, eo-
51 rum nomina exprimēdo, † quia culpabiliter habiti sunt, quo casu sententia excommunicationis tenet, & incursi in illa declarati ligati iacebunt; sic limitat cap. Romana. Sayrus de cens. lib. 1. cap. 18. sub num. 18. vbi plures formulas procedendi contra collegium affigit. Vgolin. de censur. lib. 1. cap. 26. num. 4. plures cumulat Cortiada loc. cit. num. 53. vbi num. 55. reffert, in hoc Regno Sardiniæ sic fuisse exequutum contra regios Senatores, prout etiam commemorat dict. Ioan. Franc. Sanna, quæ quidem excommunicatio contra Senatū interposita, cum expressione nominum singulorum apud Sedē Apostolicam per dictum Episcopum Algarensem inflicta, pro valida fuit habita; contigit etiam in excommunicatione lata per Doctorem Thomam Querqui Decanum Turritanū, & Vicarium generalem sede vacante, anno 1656. cōtra Regiam Gubernationem cum expressione nominum Iudicum pro captura canonici Canogillo.

Pari passu respectu recusatio-
52 nis resolutio currit, † Vniuersitas ex capite inimicitiæ Iudicem haud potest remouere, quia est incapax in genere illam contrahere; in specie verò nomine singulorum, & capacitatem ducit ad illam contrahendam, & facultate iure impartita poterit vti ad remouendum Iudicem ex hoc capite; Vniuersitas collectio est plurium, plures sub nomine Vniuersitatis cōprehenduntur, distincta tamen sunt inter se, &

vni-

vniuerſitas, & ſinguli ſub illa comprehenſi, & quod reſpectu vnius dicitur, reſpectu alterius non ſubſequitur, probat text. in l.ſi municipes. ff. quod cuiuſcũque vniuerſorum nomine, ibi: *hic enim pro Republica, vel vniuerſitate interuenit, non pro ſingulis*, vbi iuriſconſultus diſtinctionem adhibet inter ſingulos, & Vniuerſitatem, tanquam diſtincta inter ſe, prout Valençuel. conſ. 167. nu. 4. tom. 2. Igitur licet recuſandi Iudicẽ poteſtas Vniuerſitati interdicta appareat, non inde ſingulis in illa comprehenſis denegabitur, cum ſint diſtincta inter ſe, & ſeparatos intuitus obtineant, qua poteſtate conceſſa, ſequitur per neceſſe, vt Vniuerſitas nomine ſingulorum poſſit Iudicem ex capite inimicitiæ recuſare, ſi omnes, vel maior pars illorum inimicitiam cum Iudice

54 ducat ✝ ratio, quia maior pars communitatis illam repreſentat, & factum à maiori parte in Collegijs, Capitulis, & Vniuerſitatibus præualet, & habetur tanquàm ſi ab vniuerſa communitate fuiſſet iniunctum, l. quod maior pars. ff. ad municipal. de incol. l. nominationum cod. de decurionibus. lib. 10. cap. omnes, vbi Barboſ. num. 4. de conſtit. cap. 1. de his quæ fiunt à maior. part. capituli tenent Franch. deciſ. 2. Bucaron. de different. in-

55 ter ius ciuil. & crimin. diff. ✝ 162. num. 13. & 14. Cened. collect. ad decret. 120. Fontan. de pact. nupt. clauſ. 3. tom. 2. gloſ. 3. num. 74. Marta. in empor. iur. p. 1. tit. 12. q. 9. num. 9. Maſtrill. de Magiſtratib. lib. 5. cap. 15. n. 15. & 39. Coſta. de ſcient. & fact. ignorant. p. 3. cap. 30. Ganauer. deciſ. 37. num. 13. per teſt. in l. nominationũ cod. de decurionib. lib. 10. l. multi, cum leg. ſeq. ff. quod cuiuſcumque Vniuerſit. nomine. l. aliud 121. ſ refertur. ff. de regul. iur. & ſic, ſicut poteſt ex perſona vnius monachi inimicum Iudicem reſpectu litigantis monachi, non monaſterij, quin tuas offendat aures, monachos inimicitia affici, cum detur paſſiua, & actiua, & ſint adhuc ſub carne humana obnoxia his paſſionibus recuſare in cauſa ſingulari, intereſſe illius tangente: ſic quando remanet inimicus omnium, vel maioris partis, poterit tota Vniuerſitas Iudicẽ recuſare, non fundando cauſam remotionis in abſtracto reſpectu corporis collegij, ſed in concreto reſpectu ſingulorum; argumentum enim procedit de parte ad totum. l. quæ de toto. ff. de rei vindic. Hac forma recuſatio propoſita fuit pro legitima habita nomine Vniuerſitatis ex capite inimicitiæ; quam declarationem obſeruatam, tanquam ſingularẽ iuramento Senatoris affinitas fuit probata, cui inſtante parte recuſante ad probationem cauſæ recuſationis fuerat delatum vi regiæ pracmaticæ. cap. 25. tit. 1. lib. 6. tenẽtur Iudices ſuper cauſis recuſationis iurare, dummodo hæc contumeliam haud ſecũ ducant.

56 ducant. † ibi: *Item queremos, y mandamos, que el Iues que, assi fuere recusado, si la parte pidiere, que iure sobre la causa de la recusasion, sea obligado iurar, y responder à las preguntas, conque no sean criminosas, ni tocantes à delicto*; per quam Regiam Sardoam sanctionem tenetur iudex recusationi suppositus respondere causis prætensæ remotionis medio iuramento, dummodo criminosæ haud appareant. Sordoa lex cohæret dispositioni legis communis, per quam onus hoc Iudici recusato iniungitur, imponitur, & obnoxium, iacere causisq; recusationis respondere, habetur: sic Fontan. decis. 23. num. 9. & 10. ita obseruari in Senatu Sebusiano refert Ant. Faber. in cod. lib. 4. tit. 1 diff. 12. Thesaur. decis. 5. Osac. decis. 10. Gratian. c. 100. discept. Forens. num. 14. & 47. Mainar. decis. 88. lib. 1. Paul. Xamar. de offic. iudic. & aduoc. defin. 58. nu. 6. part. 2. Cortiad. decis. 18. num. 68 vbi refert aliquos causas habitos in Regia audientia circa
57 figuratam hypothesim, † & tenet, resolutionem hanc procedere circa Cãcellarium competentiarum, licèt in Regno Aragoniæ non teneatur medio iuramẽto coràm tertio electo respõdere causis recusationis, prout affirmat Vrrotigoiti in pastoral. regul. part. 3. vot. 8. num. 2. & 3. Omnes alij Iudices indistinctè, tenentur medio iuramento,
58 causis recusationis respondere. † Sic Dominus Regens Vico in loc. cit. Regiæ Pracmat. Donade de renuntiat. cap. 32. num. 59. & puto terminum præfixum in regia Pragmatica ad probandas causas remotionis Iudicis, non currere, nisi præstito iuramento recusati negatiuo: nam si est af-
59 firmatiuũ, † vacat recusans onere probandi; si negatiuam continet, tunc, & probandi onus ambigit, & terminus ad probãdum præscribi incipit. Videtur annuere Sanfelic. dec. 8. n. 10. to. 1.

Contra recusationem propositam Regius fiscus defectum mandati in procuratore D. An-
60 tonij Sanz adducebat, † vacabat iste speciali mandato ad recusandum integerrimum Senatorem; dicebat, Procuratorem, haùd absque speciali facultate à domino impartita, non posse Iudicem recusare, cum recusatio iudicum sit incidens arduum, ad quod iura speciale posse desiderant, requirunt, & efflagitant. iuxt: text. in l. non solum 39. §. fin. ff. de procurat. *ibi. Facile per procuratorem quis suspectus accusabitur, quoniam fama causa est, nisi constet ei à tutore mandatum nominatim*. l. 3. §. si Procurator. & ibi Bartol. & Iason. ff. quod quisque iuris. Qui textus probànt dicterium hoc vulgare, in recusando Iudicem, requiri speciale mandatum: docent Garauit. in ritu. 265. n. 25. Caualcan. decis. 28. num. 108. part. 2. Laurent. tract. de suspect. offic. cap. 6. num. 10. Gratian. cap. 100. n. 1. Baiard. ad Clar. §. fin. q. 43. num. 8. Caualcan-

ualcan. de brachio Reg. p. 3. nu. 334: Fontan. decis. 4. ex num. 8. Guaz. ad defend. reor. defens. 1. cap. 19. num. 61. Ripoll. var. cap. 2. num. 265. Farinac. in fragmen. crimin. p. 2. verbo Iudicis suspecti recusatio. nu. 704. qui omnes eam rationem iniũgunt, quia per recusationem quando hæc legitimatè vacat, quis in pœnam incurrit, cuius incursus per procuratorem haud potest concipi, præcipuè quia materia recusationis dicitur, & est odiosa ex parte recusati, dependens à voluntate principalis, ardua, & sic requirens speciale mandatum. Sequuntur vasque contro vsufreq. cap. 18. Ruginell. trac. de appellat. cap. 3. §. 2. ver. recusatio. 845. car. 169. Lucas Matt. Apicell. de suspect. official. num. 78. & 87. & in addit. num. 714. & 812. Vgolin. de procurat. p. 2. cap. 5. num. 98. Laurent. Vrsell. legal. conclus. cap. 128. num. 538.

Prout etiam requiritur speciale mandatum ad obligandũ principalem in prorogatione iurisdictionis. † Lancellot. de
61 attentat. post recusat. num. 60. Cæsar Barzin. decis. 154. num. 20. & 21. vbi procuratores, non posse dominos obligare in prorogatione iurisdictionis, tenent Fõt. dec. 376. n. 11. to. 2. Castil. dec. 6. nu. 12. Cyriac. Nig. cont. 383. n. 27. & etiã ad hoc vt dominis possint præiudicare cõsentiendo in Iudicẽ suspectũ, speciale mandatum desideratur. Castill. num. 12. Ricc. collect. 322. p. 2. cum Paris. cons. 31. num. 54. vol. 1. Vgolin. de procurat. p. 2. cap. 5. num. 102. & num. 99. dicit procedere, licèt impartita esset illi facultas in ventre mãdati comparendi coram quocumque Iudice, quia intelligitur dũmodo non sit suspectus, & ibi plures DD. cumulat Carleual. de Iudic. tom. 1. disp. 2. num. 1143.

Augebatur difficultas ex eo, quia versabatur circa recusationem Senatoris Regiæ Audientiæ, quæ in locum Præfecti prætorij iurisdictionis subrogatur. Gutier. lib. 3. practic. qq. cap. 39. num. 3. & 4. Solorzan. de iur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 3. num. 3. propter cuius dignitatem speciale, & particulare mã-
62 datum ad illum recusandum per tex. in l. non solum. 39. §. fin. ff. de procurat. desiderari, † & non sufficere generale quãtumcumque voluere Morla. in empor. iur. tit. 2. in princip. num. 179. Larrea decis. 48. num. 12. ibi. *Sed contra, vt senator ex hac causa non possit iustè recusari, suadet primum hanc recusationem non fuisse propositam à Procuratore litis cum speciali domini mandato, sine quo non possunt supremi Senatores recusari*; & in fin. cum Gratian discept. foren. cap. 701. num. 19. & 20. dicit non sufficere ratihabitionem subsequentẽ domini.

Procurator Don Antonij Sãz promiserat in ventre supplica-
64 tionis vbi † accusatio fuit adducta suum principalem rati habitu-

biturum illam intra terminum à Regia Audientia præfigendum; interim Iudicem remouendum se abstinere à cognitione principalis causæ, & super probando suspectionis fundamento, illi deferendum esse iuramentum veritatis, efflagitans; cui petitioni Senatus annuit, indulsit terminum ad ratificationem suspectionis allatæ, & interim iuramentum circa probationem illius præstare Senatorē decreuit. Sententia Magni Senatus adhæsit opinioni contrariæ superius allatæ, docenti non requiri speciale mandatum ad proponendam suspectionem respectu cuiuslibet Iudicis qualibet dignitate fulgentis; sed sufficere, vel ratificationem principalis subsequutam intra terminum præfixum à Iudice: quam tenent Beltramin. & Fontan. apud Cortiada decis.18.num.78. Rouit. super Pramat. 1. de suspect. official. num. 75. vbi cumulat aliquos DD. Vgolin. de procurat. lib.2. cap.5. num.102.
65 taliter, † vt procurator quilibet terminum petens ad obtinendā ratificationem principalis, possit Iudicē recusare, qua non accedente, debet incurrere in poenam per regiam Pramaticam tit. 1. lib. 1. cap. 26. inflictam; vel generale mandatum cum potestate quemlibet Iudicem
66 recusandi impartitum, † quod sufficere pro speciali docent Fōtan. dict. decis. 4. num. 15. Baiard. ad Clar. §. fin. q.43. num. 8. Beltramin. ad Ludouis. decis. 368. Merlin. decis. 201. num.8.

Senatū, ad huic opinioni adhærendum, fortiter persuasit tā fauor ille, quem superiori cera lustrauimus versans in materia suspectionis, quæ pleno ore à DD. fauorabilis decantatur; cuius fauor non debet restringi ad ambitū causarū recusationē producentiū, ampliari opportet ad electionē opinionū, quā etiam limitatio per Cancer. p.1. var. cap. 21. num. 47. perpensa, & stabilita in text. l. Procurator cui generaliter. ff. de Procurat. vbi te-
67 net, alijs laudatis, † procuratorē, absque speciali mandato, posse recusare Iudicem de iure suspectum, & prohibitum ius dicere in causa vertenti, quem absque speciali mandato posse pro suspecto per procuratorem remoueri tenet: rationem reddit; quia tunc non videtur recusationem proponere suo arbitrio, sed à iure præscriptam adducere, quam si non deduceret, & consentiret in Iudicem suspectum, in quem interdicitur consentire, absque speciali posse, ex vi legis municipalis. Iudex inueniebatur suspectus, procurator recusationē lege præscriptam deduxit, nō de nouo formauit, vel arbitratus indè non tàm rigidum mandatum Regia Audientia optauit, sat esse generale cum posse recusandi, vel simplex ad lites cum ratihabitatione principalis, quæ illicò accessit, decreuit.

Ratificatio, seu ratihabitio vel

domini principalis debet accedere intra terminum præfixum,
68† aliàs non datur locus purgationi moræ Gratiã. diſcept. foreſ. cap. 275. tom. 4. num. 13. & 14. non tamen teneretur ratificationem oſtendere, ſi ad gerendum actum idoneum, & ſufficiens haberet mandatum, licet Procurator expreſsè promiſiſſet dominum ratificaturum, l. ſi Procuratorem abſentem, ff. de procurat. Gutier. de gabell. quæſt. 46. à num. 16. Anton. Faber. in codic. ad tit. de mandat. difinit. 7. Seraph. deciſ. 548. num. 2. ſuperflua enim eſt ratificatio, ſi dominus executionem ipſius a-
69 ctus mandauerat, † ſi ab homine, vel à lege facultas attribuitur ad confectionem actus, Gratian. loc. cit. num. 10. ſolum requiritur caſu, quo dubium angit circa validitatem mandati, Olea de ceſſion. iur. tit. 1. quæſt. 6. num. 29.

Et ſi contingeret recuſationẽ oppoſitam haud eſſe ritè oppoſi-
70 tam, vel ineptè & ſic reiectam, † nihilominus rurſus intra terminum pragmaticæ poterit opponi. Sic Muta, deciſ. 15. n. 13. Donede. de renuntiat. cap. 32. num. 65. Rouit. ſuper pragmatic. 10. de ſuſpect. official. n. 1. vbi tenet, recuſationem repulſã paſſam, tamquàm non ſeruato iuris ordine, oppoſitam poſſe iterum: abijci; dummodo tempus per legem municipalem præſcriptũ ad illã opponendam non appareat elapſũ; ſemel verò repulſa tamquam non ſubſiſtens in cauſis adductis, haud poſt effluxum tempus probãdi poterit ex nouis fundamentis ſtabiliri,
71† & firmari: ſic Sanfelic. deciſ. 80. num. 8. niſi recuſans eſſet minor, vti dicebamus in principio huis diſceptationis.

ARGVMENTVM.

Minor caret adverſus votum, ab eo erga Deum adhibitum, licèt dicat ſe enormiter læſum, reſtitutione in integrum: poteſt incuſare pænam ſcripturæ tertij, & comparere in cauſis executiuis, & iuditio poſſeſorio abſque auctoritate curatoris: non comparens in iuditio haud cõtumax habetur obnoxius reffectioni expenſarum: debitor pupilli non tenetur ad vſuras, ſi vacet ille curatore, cui ſolutio debitè poſſit fieri.

SVMMARIVM

1 *Caſus preſẽtis dubij proponitur, qui contigit in Regia Audientia.*
2 *Minor pulſatus in iuditium, & non comparens, non dicitur contumax, nec obnoxius reffectioni expenſarum, niſi appareat de dolo vero 3. qui in dubijs non præſumitur 4. & procedit etiam in criminalibus 5.*
6 *Vſuræ pupillares debentur abſque interpellatione, cum fauore minorum, & ciuitatum minor ætas prointerpellatione habeatur; fallit ſi non adſit tutor, cui ligitimè ſolutio fieri debeat, quo caſu debi-*

 tor

tor non tenebitur ad vsuras 7. & etiam cessat, quando debitor est etiam minor, & vtrum teneatur facere depositum 8. minorũ imbecillitati iura consuluerunt, eum arbitrem suorum bonorum haud constituentia non tamen habet restitutionem in integrum aduersus votum ab eo prestitum erga Deum 10. afferuntur rationes 11. & DD. qui hanc opinionem tenent 12.

13 *Votũ potest interponi à pubere factũ etiam absque consensu curatoris.*

14 *Ingeniosi viri in speculationibus eminentissimi, in moralibus actionibus ineptissimi esse solent.*

15 *Minor habet legitimam personam in causis exequutiuis: ratio affertur, & doctores, qui hoc docent 17. habet etiam personam legitimam standi in iudicio in iudicijs possessorijs 18. & in illis procuratorem constituere; habet tamen restitutionẽ in integrũ 19.*

20 *Procuratorem potest minor constituere in causis, in quibus per se ipsum potest comparere.*

CAPVT XXXVIII.

1 DVM anno 1660. illustrissimam semper, ac praeclarissimam Ciuitatem Calaris colerem, partes agens coram Regia Audientia Don Philippi Viualdo, instrumenti quarentigij paenam scripturae tertij incusans nomine illius, contra Don Stephanũ Brunengo, exequutionẽ petiui: incusatio hęc per Senatum fuit admissa cum clausula si, & in quantum, & ex parte rei tãquam nulla repulsa ex deffectu legitimationis personae agentis, constituti in minori aetate dicebat reus actorem in iudicio experientem minores annos non excessisse; sicque in iudicio, legitima persona absque curatore vacare. Obiectio minorem haud legitimam obtinere personã in iudicijs tuto niti in cardine apparet, patrono haud indigens ad sui comprobationem, integri tituli illam inculcant, passim doctorum placita exhibent: hinc si minor ad iudicium pulsetur, 2 renitentia quae afficiatur ad comparendum, nec in criminalibus, nec in ciuilibus, tanquã contumax poterit damnari cum iuditium claudicet cõtra illum, tanquam contra personam in iure nõ subsistentem, actitatum, & quod minor haud in causa ciuili nequeat esse contumax obnoxius reffectioni expensarum, & paenis contra contumaces inflictis, docent Farinac. q. 11. a n. 26. Postius de manuten. obseruat. 83. num. 51. Fontan. decis. 275. num. 12. & 15. vbi ad longum defendit, minorem non posse dici, nec esse contumacem non comparentem in banco curiae ad eã pulsatum, immunem cõstituens à reffectione expensarum à sua renitentia prouenientium. Buccaron. de different. inter vtrumque forum different. 48. num. 5. Narbon. de aetate ad omnes

omnes humanos actus requiſit. anno 25. quæſt. 35. n. 7 Matthias Berlinch. practic. concluſion. to. 1. concluſ. 17. num. 100. vbi limitat, niſi minores eſſent cōſtituti in expreſſo dolo, † per doctrinam Paul de Caſtro in l. vbi exigitur ff. de edendo num. 3. quę limitatio ſat difficili negotio praxi poterit mandari, cū minor vacet doli labe iudiciū haud petēs vtens iure proprio, & cōmuni illū perſonam illegitimā conſtituēte, & exceptionē nullitatis citationis, & actorū tribuente. Fateor tamen apparente dolo vero, minori non eſſe indulgendum,

4 † illum non ſuccurrendum per text. in l. ſi ex cauſa §. nunc videndum ff. de minorib. pluribus laudatis Parexa, de inſtrū. edit. tit. 9. reſol. 5. num. 3. Excludit dolus quodlibet beneficium, etiā reſpectu Eccelefiæ. Paul. Rabeus practic. de teſtam. cap. 60. num. 361. in dubio vero, minor non comparens in iudicio, non debet haberi contumax, quia in dubijs non præſumitur ob dolum acerſitum ad litem, non comparerę; ſed ex alia cauſa. Sic nouiſſime Paulus Chriſtinæi tit. 1. articul. 2. num. 3. in leges municipales, qui loquitur de minore in iudicio nō comparēte: procedit hæc reſolutio in cauſa criminali, in cuius inſpectione minor nec contumax poteſt

5 autumari, † nec vt confeſſus cōfeſſione præſumpta, quæ virtute Regiæ pracmaticę reſultat, tit. 9. cap. 8. poterit damnari, prout dicit Farinac. loc. cit. Roland. conſ. 68. num. 31. vol. 2. Fragoſ. de Regimen. reipublic. tom. 1. lib. 5. diſp. 12. num. 309. præcipuè apparente eius innocētia, cuius probatio nulla lege interdici valet, vide punctuatim. Carleual. de iudic tit. 1. lib. 1. diſp. 2. ſection. 197. num. 754. pluribus congeſtis, qui in terminis modum procedendi contra abſentes ad tenorem noſtræ pracmaticæ peragit: nouiſſimè Io. Bapt. Spadá conſ. 34. tom. 1. num. 5. dicit, minorem contumacem in criminalibus poſſe, & ſolere de conſuetudine condemnari; ſi cōſuetudo hęc in Regno Sardiniæ adeſt, ignoro, illi debemus ſtare iuxta hanc doctrinā.

Defectus perſonæ minorem ancillans non ſolum in iudicia-

6 libus, † ſed, & extra proceditvidemus, quòd licet vſurę pupillares ſint tam priuilegiatæ in iure, pro vt ad longum explicant, varijs in caſibus ab eis adductis, Marin. reſol. 63. tom. 2. Leotard. de vſur. q. 84. Sperel. deciſ. 90. tom. 1. quod licèt nō accedat interpellatio aliqua debeantur; fauor publicus minoribus indulget, vt eorum minor ætas pro interpellatione deſeruiat, & abſque hac moroſum cōſtituat debitorem, & ad pupillare intereſſe obſtrictum reſoluat. l. cum vero 26. §. apparet ff. de fideicommiſ. libertatib. ibi. *certè minoribus viginti, & quinquè annis, in hoc tribuendum eſt auxilium, vt videantur in re mora eſſe*: l. in mi-

norum. 3. cod. in quib. caus. restit. in integr. non est necessaria, vbi Cæsares ita rescribunt: *in minorum persona re ipsa, & ex solo tempore tardæ pretij solutionis recepto iure moram fieri creditum est* l. 9. in princip. ff. de admin. rerum ad ciuitat. pertinent. l. cum quidam §. eos qui ff. de vsur. vbi dicit iuris consultus ad fauorem minorum, & ciuitatum contrahi moram ipso iure, nulla interpellatione accedente, quam conclusionem exornant Ioan. Criuel. decis. dolan. 150. num. 15. Stephan. Gratian. disceptation. fore. tom. 2. cap. 241. num. 3. qui hanc moram irregularem appellant, fatenturque esse potentem ad sibi adscribendum debibitas vsuras; sic tenent Muños Escob. de ratiot. cap. 15. num. 33. Barbos. in l. 5. nu. 58. solut. matrimon. Narbon. de ætat. ad omnes human. act. requisit. anno. 25. q. 84. num. 1. Leotard. de vsur. q. 22. num. 13. & q. 82. num. 2. rationem reddit Papinianus in l. 1. §. vltim. ff. de vsur, quia in hac inspectione, fauore minorũ latiorem interpretationẽ fuisse amplexatam, apparet; sequitur Donad. de renunc. cap. 28. n. 46.

Si tamen minor tutore, vel curatore careat, cui solutio præfixo termino fieri valeat, † tunc
7 debitor, & à mora, & à præstatione vsurarum excusabitur, cũ nihil ei possit imputari in culpã ratione retardatæ solutionis, ex defectu personę habilis, cui adhibenda sit. l. cum quidam 17. §. si pupillo: vbi Glos. in verbo nonpotuit ff. de vsur. Hondede. cons. 36. num. 15. quod iuri conuenit: nam quoties persona legitima ignoratur, cui solutio fieri debeat; tunc nec debitor mora afficitur, nec vsurarum præstationi obnoxius reponitur. l. pecunia ff. de vsur. Gratian. tom. 2. cap. 400. nu. 78. Escobar. de ratiot. cap. 13. à num. 36. Rodrig. de anni reddit. lib. 2. q. 15. à num. 39. vbi, quòd si minor non habeat tutorem, cui absque scrupulo solui valeat, quod illi debetur, vsuræ pupillares, cessãte mora irregulari, quam latior iuris interpætatio ad fauorem pupillorum ex interpretatione legali admittit; idem docet Noguerol. allegat. 27. à num. 54. Narbon. de ætate ad omnes human. act. req. dict. q. 54. num. 5.
8 † anno 25. vbi. nu. 8. dicit cessare vsuras pupillares quãdo debitor est etiam minor, qua hypothesi, conquassatis priuilegijs reducitur ad ius commune. Olea de cess. iur. tit. 1. q. 6. num. 54. vbi cum Leotard. de vsur. q. 84. à num. 14. ad 22. tenet, tali casu non teneri debitorem protestare, vel depositum conficere ad elidendũ incursum vsurarum, qui haud valet sequi, nisi supposita in facto persona legitima, cui solutio fieri debeat.

Inculcant hæc inhabilitatem personæ minoris, tam in iudi-
9 cijs, † quam extra nouissimè perpensam per Paulũ Christinei ad leg. municipal. tit. 19. articul,

ticul. 25. ex num. 1. quam veritatem poſſem pluribus exemplis firmare, illa ſupprimo tanquam per ſe ſatis notoria, & extorquentia diffuſam reuolutionem; iura imbecillitati eius conſuluerunt. Io. Baptiſt. Spada conſ. 31. num. 17. part. 1. & ad coercendam cupiditatem, cum eo contrahentiũ, proſpexerunt, Eſcobar de vtroq; foro articul. 2. de defectu ſolemnitatis 5. num. 59. illum haud conſtituentia arbitrem, & moderatorem liberum ſuarum falcutatum, Onophrius Donad. de renunciat q. 9. num. 159. & in caſu læſionis reſtitutionem indulſerunt, illam extorquente ætatis imbecillitate. Sanfelic. deciſ. 202. num. 37. tom. 2. quę aduerſus vota à minore interpoſita

10 denegatur. † Fac circa opera pietatis illum vouiſſe, promiſiſſeque mediante voto ingentem ſummam, tanquamque læſum reſtitutionem in integrum implorare; non dubito repellendũ fore: nam faciendo actum pium non dicitur impiè, & imprudẽter ſe egiſſe: immo ſibi proſpexiſſe, animę ſaluti ſtudens, quæ omnibus rebus longè prætioſior dicitur in cap. cum infirmitas. 13. de pœnitent. & remiſ. ad fin. c. pręcipimus 12. q. 1. c. ſi habes 24. q. 3. l. ſancimus in fin. cod. de ſacroſant. eccleſ. nec iactura aliqua conceptibilis in actu erogationis eleemoſinæ poteſt mente venari, cum illa non euacuet, ſed incremento, canente verbo diuino, centũ plus accipietis, patrimonium ditet, non ſolum ſpirituali, ſed & temporali, vt ad longum delineat Paul. Rub. pract. reſol. de teſtam. in prælud. num. 112. cum ſeq. & hæc reſtitutio, contra votum à minore celebratum, petẽda implorari opportet contra Deum, cui vinculũ voti acquiritur ijuxta voti deffi-

11 nitionem, † quod ſit *promiſſio Deo facta inducens obligationem* Suar. de religion. tom. 2. lib. 1. de voto in proem. num. 2. eccleſ. 5. *ſi quid voueris Deo, ne moreris reddere, diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio* Carol. Marant. reſponſ. 50. num. 15. tom. 5. at ſi aduerſus patriam, vel parentes, ratione reuerentiæ, denegatur reſtitutio, multo factiori pondere aduerſus Deum erit deneganda, cui maius obſequium reſpectu parentum, & patriæ venit tribuendum l. veluti, iuxta ordinẽ ſcripturæ. ff de iuſtit. & iur. Vereor aliquem in mentem venire contra votum Deo præſtitũ recaliſtrare, læſum ſe eſſe aſſerentẽ, ex hoc capite ad iudicium Deũ ipſum appellantem, ex eo quod contra Deum petit, qui vota irritare conatur. Marant. reſp. 22. num. 15. tom. 5. quod videtur quædam ſpecies modicę reuerẽtiæ, ne dicam vilipendij, cuius criminis reus caueat, & memorię mandet illud Virgilij de Theſeo, quod habetur penes Carol. Marant. reſponſ. 83. tom. 5. num. 2.

Sedet, æternumque ſedebit
Infælix Theſeus, phlegiaſque miſer-

ferrimus omnes
Admonet, & magna testatur voce per vmbras,
Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.

His rationibus motus diiudico minori esse denegandam restitutionẽ in integrum in ma-
12 teria voti, † & promissionis eleemosinę: tenent hanc conclusionẽ Sfortia. Oddo tract. de in integ. restit. 2. p. quęst. 61. à n. 6. Sanch. in præcept. decalog. lib. 4. cap. 35. num. 86. Fragos. de Regim. reipublic. part. 1. lib. 6. disp. 16. de tutor. & curat. in spiritualib. num. 84. tom. 1. cum Bonacin. & alijs Trullench. tom. 1. cap. 2. lib. 2. dub. 34. nu. 12. pro cuius
13 dubij maiori firmitate, scias, † minorem maiorẽ quatuordecim annorum vacare facultati, etiam non accedente curatoris potestate, ad emittendum votum, & sic se legitimè Deo obligandum, per text. in l. 2. §. 1. ff. de pollicit. vbi cõsultus puberes absq; curatorum consensu posse emittere vota, & sic se obligare, cum curator bonis, non personæ signetur. l. in copulãdis. 8 cod. de nuptijs: obligatio vero voti solùm personã obstringit. l. 3. in princ. ff. de obligat. & actionibus, & sic minor, pubes tamen, poterit mediante voto Deo se obligare iuxta expressa verba dictæ leg. 2. *ibi. voto autem patres familiarum obligentur puberes sui iuris*, docent Sãch. Oddo. Fragos. Bonacin. & Trullench. loc. cit. addo. Narbon. de ætate ad omnes human. act. req. anno 14. q. 7. nu. 6.

Huic dubio, defectus legitimationis personæ plenis buccis per aduocatum aduersarię partis
14 † proposito, me in accusatione scripturæ tertij errore affectum fuisse asserentem, respondebam, quàm responsionem antequam in lucem proferam, velim pręfactum patronum, licèt alioquin de iuris prudentia benemeritum, admonere, aliquando ingeniosos viros in speculationibus eminentissimos, in moralibus actionibus ineptissimos esse, hoc experimẽto comprobamus, & hoc multis authoritatibus cõprobat Fab. Turturet. in suis dissertat. Ethic. & iuridic. dissert. 25. n. 79. quod nimirũ procedit, quia rebus gerendis ingenium roboratur, contemplatione infirmatur, vt explicat historicus politicus Petrus Matth. lib. 3. histor. narrat. 5. experti magis consequi valent id, quod intendunt, quam illi qui rationem tantum absque experientia percepere, teste Aristotil. lib. 1. methaphisic. cap. 1. fateor ingenium patroni huius litis robore pollere; sed parcat mihi, si dicam experientia vacare ad arguendam actionem propositam, tanquam erroneam, credo in posterum inspectione enucleati dubij à falsa hypothesi dilapsurum, cuius lapsum pro fęlici assensu poterit colere.

15 Respondebam, † inquam, dubio cunctato, minorem in accusatione poenę scripturæ tertij abs-

abſque authoritate curatoris perſonam legitimã ſibi adſcribere; cũ hæc polleat in cauſis executiuis, pro vt eſt pœna tertij, quod eſt idem ac inſtrumentum quarentigium trahens ſecum paratam executionem cum omniũ exceptionum illam remorantiũ repulſa: explicat Cancer. var. part. 2. tit. 3. de inſtrum. quarentig. adeſt Regia Sardoa Sanctio tit. 47. formam præſcribens, quę ſolum ob ſingulare priuilegium ampliſſimæ ciuitatis Calaris in illa ſeruatur, & hoc illi arridere; pondus ſtabilitur in natura inditij exequutiui, in quo cum non requiratur tanta ſolemnitas iuris, minor legitima perſona potitur; eſt doctrina originalis Aretini. in l. cum minores, cod. ſi aduerſus rem iudicat. refert, & ſequitur Neuigan. com. 18. num. 11. Franc. Milan. deciſ. 13. tom. 2. num. 6. *ibi: in hoc motiuo contrarium fuit dictum, quod ſumus in iudicijs executiuis, vbi non requiritur tanta ſolemnitas iuris: immo poteſt fieri cum minore ſine curatore.* Huius admirabilis concluſionis, quod in cauſis exequutiuis prout in incuſatione ſcripturæ tertij, & exequutione inſtrumenti quarẽtigij minor polleat habili perſona ad comparendum in iudicio, abſque clypeo authoritatis curatoris, nulla alia ratio ſignatur: niſi quia ſolemnitates, de rigore iuris requiſitæ in illis, non requiruntur; in illis proceditur abſque figura iudicij, ſummarie, & de plano cauſæ peraguntur, & ordo eſt non ſeruare ordinem, prout dicit Coller. in tract. de proceſſib. exequutiu. in præfat. nu. 22. Qua propter cum procedatur truncata in recto tela iudiciaria, & reuoluta norma procedendi; inde ſolẽnitas in minore deſiderata circa ſuæ perſonæ legitimationẽ haud optatur, cũ concernat ordinem iudiciarium, non ſubſtantiam iudicij: docet Ballus

17 lib. 5. pracmatic. † in pracmatic. de cauſ. executiu. num. 7. Anton. de Canario in tract. de exequution. inſtrum. quæſt. 15. nu. 35: vbi minorem, maiorem tamen decimo quinto anno, in iudicio exequutiuo admittendum eſſe, non repellendum, tanquam perſonę habili vacantem, tenet Don Didac. Narbon. de ætat. ad omn. human. act. requiſit. anno 15. q. 1. num. 2. vbi per doctrinã Aretini in. l. cum minores. cod. ſi aduerſ. rẽ iudicat. tenet, maiorem quatuordecim annis eſſe perſonam legitimam comparendi in iudicio exequutiuo, ea ratione, quã nos inculcauimus, & anno 25. num. 15. q. 34. refellit Maurum Burgo tract. de laudem, contrarium defendentem minus bene part. 3. inſpect. 40. num. 103.

Hac inſpectione minor etiam pollet perſona legitima in iudi-
18 cio poſſeſſorio, † præcipuè manutenendæ tam actiuè, quam paſſiuè, cum vices cauſę exequutiuę ſuſtineat, & exactas aliorũ iudiciorum ſolemnitates nõ deſideret per text. in l. fin. cod. de legi-

legitim. person. stand. in iudic. vbi Glos. in verbo per quamcũque .Glos.pen.in cap.final.de iudic. in 6.Menoch. de retinend. remed. num. 432. vbi maiorem quatuordecim annis in iudicio possessorio esse legitimam personam tenet Scacia de iudic. lib. 2. cap. 1. num. 235. Boerius decis. 350.num.4.versic.quamuis. Vbi in iudicio possessorio, naturam causæ exequutiuæ præferenti,& non indigenti præcisis solemnitatibus alterius iudicij ordinarij, admittit minorem,tanquam legitimam personam; indulget tamen beneficium restitutionis, si læsione afficiatur.Postio,pluribus laudatis,de manut. obseruat. 67. num.1. & seq.vbi in iudicio retinendæ, & recuperandæ constituit minorem habilem ad iudicium prouocandum actiuè,&
19 passiuè, † in quo etiam fatetur posse constitui,& cõstituere procuratorem,ea ratione; quia procurator potest constitui ad possessionem capiendam. l. 1. ℱ.pupillus l.quamuis,la primera in princip▯. vbi Glos. in verbo retinemus. ff. de acquir. possess. igitur & ad illam defendendam, & petendam.Docent hanc eamdem conclusionem, infinitis cõgestis. Vela differt. iur. cap.6. n. 60.tom. 1.Peres de lara in compend.vitæ human.cap.24.num. 62. Virgil. de legitimat. person. cap. 16. num. 12. & in prelud. num. 25. vbi dicit pupillum in iudicio manutẽtionis posse comparere in iudicio absque consensu,& authoritate curatoris.

En habes dubium propositũ circa defectum contra minorem
20 instrumenti quarentigij † cum scriptura tertij celebrati exequutionem optantem,tanquam non legitimum,euacuatum: en error ille somno ceptus elisus iacet; habes minorem non solum in iudicio merè exequutiuo, sed & naturę illius adhærenti, nempe possessorio, legitimitate pollere ad actus iudiciales peragendos, non tantum per se ipsum, sed & per interpositam personam, nempe mediante procuratore; cuius conclusionis genuinus intellectus affertur,quia in casibus, quibus minor absque tutore legitimam personam sortitur, procuratorem cõstituere potest, vt ex pluribus tenet Narbon. de ætate ad omnes human. actus requis,anno 25. q.49.num.3. his peractis, peractũ negotium habes, quod finem pronunciatione vlteriori Senatus haud obtinuit, partium silentio acquieuit, latet me absentem nunc à ciuitate Calleris,quid progressus,temporis interuallo,dubium propositũ sortitum.

AR-

ARGVMENTVM.

Vulgata, & quotidiana diſplicent, nouitatẽ parturientia placent, incendiarius homicida immunitate eccleſiæ iuxta mentem Bullæ Gregorianæ priuatur, refertur deciſio Cancellarij ſuper hoc habita in Regno Sardiniæ.

SVMMARIVM.

1 *Quotidiana, licèt admiratione digna ſint, vileſcunt, ad noua ſolũ trahimur, & attendimus* 2. *ratio naturalis affertur*. 3. *& nil iucundum, niſi quod commendat varietas* 4.

5 *Vſus rerum tametſi iucũdarum, ſi commutatione non condiatur, moleſtiam parere ſolet; probatur authorotatibus*. 6.7.

8 *Caſus præſentis quæſtionis proponitur.*

9 *Gregoriana conſtitutio ſuper immunitate eccleſiæ inconcuſsè in Regno Sardiniæ obſeruatur.*

10 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

11 *Particula ly* tantum *impedit de ſui natura extenſionem.*

12 *Forma debet ad vnguem obſeruari, cui per partium conſenſum præiudicium nequit inferri;* 13. *cum ſit in omnibus actibus humanis debita partium ordinatio ſecundum prius, & poſterius, in rebus quædam perfectio, & in legibus quædam ordinata diſpoſitio certos habens fines*

15 *Immunitas eccleſiæ arridet in omnibus caſibus in Bulla Gregoriana non exceptuatis.*

17 *Incendiarius vtrum gaudeat immunitate eccleſię* 18.19. *vbi referuntur Doctores, qui huic opinioni adhęrent. Cancellarius regni Sardinię declarauit in caſu icnendij Violantę Deuilla contra Leonardum Mandroni oppidi de Iteri Cannedu tamquã homicidam incendiarium non gaudere immunitate Eccleſię* 20.

21 *Homicida cum carentia defenſionis ad mẽtem Cancellarij Sardinię, dicitur proditorius, prout pluries declarauit.*

CAP. XXXIX.

ITA cõpoſiti ſumus, dixit Seneca, lib. 7. naturaliũ quęſtion. cap. 1. *vt nos quotidiana, etiamſi admiratione digna ſint, tranſeant; contra, minimarum quoque rerum, ſi inſolitę prodierunt,*
1 † *ſpectaculum dulce fiat*. Hic itaque cætus aſtrorum, quibus immenſi corporis pulchritudo diſtinguitur, populum non conuocat: at cum aliquid ex more mutatum eſt, omnium vultus in cælo eſt; ſed ſpectatorem, niſi cum deficit, non habet; nemo obſeruat lunam niſi laborantẽ; delectationẽ ſibi extorquet varietas, inſpectionem adſcribit viciſſitudo; vileſcunt vetera, lætamur
2 nouis. † rationem adſignat Caſſiador. lib. 7. *nemo dubitat homines ſua varietate recreari; quia in*

in continuatione rerum magnum mentibus cōstat esse fastidium. Dulcedo mellis, si assidue sumatur, horrescit; serena ipsa quamuis magnoperè desiderentur, iugiter adepta
3 *sordescunt*, † *non immerito; quia cum sit homo commutabilis naturæ suę desiderat habere qualitates.* Tota ratio delectationis est petāda ex assuetudine laboriosa, cuius tædium nouarum rerum vicissitudine discutitur; hæc est nostri animi natura, vt nihil sit quantumuis egregium, & excelsum, quod frequenti vsu stomachum non moueat; commutatio rerū ideo iucundior, quia naturæ ipsi est magis accommòdata, cum sub quiete non reponatur; quod enim, dixit Aristotil. lib. 1. rethoric. eodem modo semper est, in exuberantiam transit, & præsentem illum statum labefactat; nil inde iucundum, teste Publio,
4 † nisi quod commendat varietas; nil voluptatis, nisi quod nouitas fouet; *gaudent res varietate*, loquitur. Quintilian. lib. 9. cap. 2. *& sicut oculi diuersarum aspectu rerum magis detinentur, ita semper animis prostrant, in quod veluti nouum intendunt.*

Rei tametsi iucundæ vsus commutatione si non condiatur,
5 † molestiam necessario solet parere, cū res magnas, & animaduersione dignas soleat cōsuetudo extenūare; *nam quamdiù*, dicit Arist. loc. cit *solita decurrunt magnitudine rerum consuetudo subducit.* quę in ore Plinij secundi lib. 7. epist. 3. etiam bonarum rerū pessima est: hinc parùm curamus quod assequi valemus, vrbanis delitijs suppositis rusticanas repetimus, quę apud exteros posita in admiratione sunt, apud incolas sordescunt; nouitas semper grata, vetera insipida, libel-
6 lus nisi aliquo noui vestiatur, † magis nauseam, quam lenocinium ad illi incumbēdum, trahit, dicit hoc clarè Senec. lib. 4. cōtra in proemio *quod numerarij*, ait ille, *solent facere ad expectationem populi detinendam, noua parta per omnes dies dispensāt, vt sit quod populum, & delectet, & reuocet; hoc ego facio, non semel omnes produco, aliquid noui semper habet libellus, vt nō tantùm sententiarū vi, sed & etiā authorum nouitate sollicitet*; huiùs affectionis reddit causam, quia acrior est cupiditas ignota cognoscendi, quam vetera repetē-
7 di; † nouitas igitur sub prætio commendatur, frequens vsus omnia insipida reddit, audi Petronium hoc affabrè exhibentē.

Nolo ego semper idem capiti suffundere costum,
Nec toto stomachum conciliare mero.
Taurus amat gramē, mutata capere valle,
Et fera mutatis sustinet ora cibis.
Ipsa dies ideò grato nos perluit haustu,
Quod permutatis hora recurrit equis.

Hoc sipido nouitatis condimento, in duplici, præsenti nē-
8 pe, † & sequēti capite vacamus, inco-

incognita haud petimus, vulgaria ſatis, in Regno tamen Sardiniæ, cui ſtudeo, à nemine exarata caſa momittimus. Caſus eſt: Leonardus Mandroni opidi de Iteri cannedu doloſè in domum de Villa, & Sucharello ignẽ immiſit, cuius voraci elemento intra ambitum ferè dupplicis horę tectum omne in ruinam euaſit in cineres redactum; repoſito reo in regijs carceribus pro vtraquè curia ab eccleſia præuiè extracto, dubium inter ambo tribunalia eccleſiaſticum, & regiũ ſuſcitatum extitit, vtrum incendiario huic immunitas Eccleſiæ prętenſa competeret; fundamentum Regij fiſci vnicum conſtituitur, in ore omnium Doctorũ, qui huic quęſtioni incumbunt, verſans, † pondere munitum;
9 nempe conſtitutionem Gregorianam ſuper immunitate Eccleſiæ verba faciẽtem, in Regno Sardiniæ inconcuſsè obſeruatã, prȩſcripſiſſe formam huic inſpectioni; caſus in quibus immunitas non arridet prȩfixiſſe, haud patientem extenſionem aliquam de caſu ad caſum, etiam reſpectu grauioris qualitatis de licti, pondus huius opinionis nititur in ipſamet ſanctione bullari reſtringente ad calculum certum caſus immunitatem Eccleſiæ delinquentibus interdicẽtes, quorum expreſſio alios ſilẽtio inuolutos excludit, † iuxtà
10 vulgare axioma, *exceptio firmat regulam in contrarium quo ad caſus non exceptos*. Ex l. nam quod quod liquidè §. fin. ff. de procurat. leg. 1. quęſitum ∫. deniquè ff. de ſund. inſtruct. & ex cap. domus 32. q. 7. Vela differt. 2. num. 40. & differt. 11. num 34. nouiſſimè Io. Baptiſta Spada. tom. 1. conſ. cap. 19. num. 4. & com. 25. num. 12. prȩcipuè quia Pontifex excipiens caſus, in quibus delinquens immunitate Eccleſiæ non
11 gaudet, † apponit particulam ly *tantum*, *dumtaxat*, quę de ſui natura impedit extenſionem in non expreſſis. l. ſi cum exceptione ∫. quod ſi homo ff. quod met. cauſ. l. properandum ∫. 1. cod. de iudic. §. 1. in fin. inſtit. de ſtipulat. ſeruor. nouiſſimè Paulus Chriſtianei in leg. municipal. art. 3. num. 4. tit. 4. Et quando adiecta eſt rationi affirmatiuæ, vt in dicta Gregoriana ſanctione, affirmat. illud, quod ponit, & negat, ac excludit omne aliud, quod ſilentio ſupprimitur. l. Iulianus. l. non tãtum ff. de petit. hæredit. l. qui aliena §. libertos. ff. de nego. geſt. Augetur dubium, quia exceptio hęc per modum formȩ, vti conſtat ex illis verbis, ad *vnam tantum formam reducimus*, videtur affixa, atqui formæ nihil addi, vel diminui poteſt. l. 1. ∫. opus nouum ff. de noui o-
12 peris nunciat. † ſed ſeruari illa debeat ad vnguem. l. cum ſibi. ∫. ſi prætor. 17. verſic. *ſed etſi non de omnibus quęſierit quę oratio mãdat ff. de tranſact. l. conſtitutionibus* 24. *in fin. illic, cui conſequens eſt, vt ne in futurum à forma obſeruata diſcedatur* ff. ad municip. de in-

colis, l.fin. ff. sin verò post quàm cod. de iure delib. 1. ff. in *forma enim venditio est, si hęc fuerit forma neglecta* cod. de Decurionib. lib. 10. capit. sine exceptione 52. versic. irrita. 12. quęst. 2. & cons. 75. num. 45. Vela, pluribus congestis, dissert. 21. ex num. 5. cui per partium emologatum assensum haud præiudicium potest inferri, vel renunciari per text in l. quidam decedens. 6. alias ita autem. 5. versic. *nemo enim,*

13 † *nec minuere formam antiquitus constitutã* ff. de administrat tutor. Vela, num. 7. Paulus Rube. decis. 542 in annot. 58. p. 4. recent. cũ sit, in actibus humanis debita partium ordinatio secũdum prius, & posterius, in rebus quædam perfectio à natura, vel arte adhibita, & in legibus quædam ordinata dispositio certos habens fines, respuens extensionem, vel diminutionem, cum omnis dispositiua forma sit iuris publici l. 2. ff. de testament. quæ pacto priuatorum illedibilis reponitur l. ius publicum. ff. de pactis. Matthias Berlinch. practicar. conclus. tom. 3. conclus. 16. nu. 18. Ergo forma hæc debet obseruari ad vnguem seposita omni extensione, interpretatione, & additamento.

Inculcant hęc, casus exceptos

15 in Bulla Gregoriana pro exceptis habendos esse, † silentio mãdatos pro non exceptis, immunitate delinquentes priuandos esse patrantes delicta excepta, illis arridere pro facinoribus in præfata sanctione non comprehensis, licèt sint æquè, vel altiùs grauiora; hanc conclusionem docent communiter DD. penè innumerabiles, quorum partim memor constituar, partim apud referendos inuenies, nempè Locatellius in breuiar. de tortur. inspect. 5. num. 159. Marin. quotid. resol. cap. 170. n. 10. Chartari. decis. criminal. 46. num. 3. Sperell. decis. 12. num. 8. vbi ad longum defendit, pro delictis non comprehensis in Bulla Gregoriana delinquentes gaudere immunitate Ecclesiæ, cum Lezan. Dian. Gutier. Marcell. Vulpet. Bonacin. Nouar. & alijs Thome del Bene de immunitat. Eccles. dub. 24. cap. 16. sect. 1. tom. 2. fol. 329. Io. Baptista Ciarlin. cõtrou. forens. cap. 4. num. 34. Elizeus Dauca de pugna DD. tom. 1. tit. de immunit. Eccles. cap. 7. num. 15. Io. Baptista Ventriglia in sua praxi, pluribus cumulatis, tom. 2. annotat. 33. ff. 1. num. 51. Carol. Marant. respons. 46. num. 23. part. 2. vbi docent in materia immunitatis nõ habere locum extẽsionem de casu ad casum; & respons. 36. num. 29. Grassus de homicid. proditor. ff. 20. num. 9. & 10. At incendiarij dolosi non comprehenduntur inter exceptuatos in Bulla Gre-

16 goriana, igitur immunitate Ecclesię veniunt non priuandi. † in his præcisis terminis incendiarij, docentes illum gaudere immunitate Ecclesiæ, argumẽtantr. Farinac. in appendic. de immunitat. num. 105. Suar. de

stat.

ſtat. Religion. lib. 3. cap. 8. num. 3 Dian. moral. part. 6. tract. 1. de immunit. reſol. 16. Peregrin. tract. de immunitat. cap. 12. nu. 15. Nouar. in bullar. tract. de immunitat. num. 9. cum Bonacin. & alijs Thome del Bene de immunit. Eccleſ. tō. 2. ſect. 15. dubio 24. cap. 16. fol. 339. vbi n. 5. ampliat ad cōburētes fores Eccleſiæ, quibus immuniatē illius arridere tenet. Marin. reſol. 170. ſub n. 15.

Dicebat Regius fiſcus Leonardum Mandroni doloſum incendiarium pæna vltimi ſupplicij eſſe afficiendum, remoto 17 immunitatis priuilegio, † non arridente ob peſſimum incendiarij crimen, prout loquitur Summus Pontifex in cap. peſſimam. 23. q. 8. Decian. tract. criminal. lib. 6. cap. 28. num. 24. Bouadill. lib. 2. politic. cap. 14. num. 78. Giurb. conſ. 48. num. 14. nec non & delectabile. Farinac. vbi ſupra. num. 103. Polidor. Ripa de nocturn. tempor. cap. 27. n. 3. Fragoſo de regim. Reipublicæ. tom. 2. lib. 8. diſput. 11. §. 2. ex num. 6. tendens in perniciem Reipublicæ, & multorum. Matthias Berlinch. practic. concluſ. tom. 4. concluſ. 24. num. 21. vbi per hoc illud inter atrociſſima delicta conſtituit, ob cuius immanitatem anno 1656. dum fiſci partes in Regia Gubernatione peragebam, Saluator Mereu Opidi de Sedini fuit ad mortem damnatus, tamquàm doloſus incendiarius, & appellatio ei denegata ex conſenſu Excellentiſſimi Comitis de Lemos Proregis Regni, qui in hac ciuitate illò tunc reperiebatur, cuius conſenſus non facto, ſed iuris diſpoſitioni fuit adhibitus.

Clamabat, depopulatores agrorum iuxta mentem bullæ expreſſam haud gaudere immunitate Eccleſię, qua etiam orbandos eſſe incendiarios tamquàm domorum, & ciuitatum 18 depopulatores putabat, † cum & incendium ſit depopulatio ciuitatum vt dicit Pōtifex in dict. cap. peſſimam D. Ioan. Vela. de delict. cap. 18. num. 2. huius immunitatis priuatio videtur procedere in incendiarijs domorum maiori pondere, quam in agrorum depopulatoribus, cum ſit grauius ciuitatibus, quam in agris ignem mittere, illi prædā conſtituere bona longo ſudore parata, & vt plurimū ipſoſmet homines ſub maiori ruina reponi, quam meſſium ſegetes ad fauillam diſſoluere; textus ſunt expreſſi in l. fin. §. fin. ff. de incendio, ruin. & naufrag. l. capitaliū. §. incendiarij. ff. de pænis. Excluſionem huius caſus in bulla denegabat, dijudicabat depopulatores agrorum fuiſſe exceptos non tam rationis intuitu, ſed exempli gratia, quod regulam non arctat, & ſolum Summum Pontificem expreſſiſſe agrorum depolutores, cum huiuſmodi delictum ſoleat, vt plurimum perpetrari in agris, tamquàm cuſtode viduatis, non in ciuitatibus ſub cuſtodia repoſitis, inter

ter quos casus eadem militare videtur ratio, eadem concurrere idemtitas, inspectio esse eadem, non ad diuersam mentem tendere, finem, vel scopum, eadem est enim depopulatio agrorum, ac ciuitatum, idem est incendiũ, quod in ciuitatibus, ac in agris immittitur, nec inter se distinctione aliqua affici locum esse apparet, Matthias Berlinch. practic. conclus. tom.4.tit 24.de incendiar.num. 33. *ibi: sexto extenditur, vt nihil intersit an incendium in ciuitate, an verò extrà ciuitatem in villa sit exortum, et an incendium sit magnum, vel paruum*; vnde ex mente Summi Pontificis, quæ semper magis debet attendi, vt superius dicebamus cap. licèt nõ ex verbis expressis, incendiarij videntur immunitate Ecclesiæ
19 priuandi, † prout dicunt per textum in cap. si quis membrorum 23.q.8. *ibi: ab Ecclesia se priuatum agnoscat*, Grammatic. voto . . 14. num. 18. Cassan. in consuetud. Burgund. rubric. 1. tit. de iustitia. §.5 num. 111. Polid. Rippa. cap. 27. de nocturno tempore. num 3. Decian. dict. cap. 28. nu. 24. Mari. Giurb. cons. 48. num. 14. Vela dict. cap. 18. in fin. qui omnes, pluribus rationibus cumulatis, alijs pro opinione altera arridentibus, satisfacientes, tenent incendiarios ad mentem Gregorianæ Sanctionis non gaudere immunitate Ecclesiæ. Sequuntur Marta de iurisdiction. part. 2. cap. 25. num. 7. Bouadill. in Politic. cap. 14. num. 78. lib. 2. Mar. ital. de immunit. Ecclesiar. lib. 1. cap. 5. §. 3. Faber in l. 1. cod. de his qui ad Eccles. confug. de immunit. Ecclesiæ cap. 12. n. 6. Guazin. tom. 1. ad defens. reor. cap. 38. n. 44. Sarpus de iure Asylorum. cap. 5. fol. 50. Villadieg. in politic. cap. 3. n. 213. Cambacurta. lib. 3. cap. 18. Cutell. in leg. Martin. Regis. c. 17. n. 5. & de immunit. ecclesiar. q. 2. & 21. lib. 1.

Opinio vtraque ex vtroque latere videtur ambigua; in præsenti dubio Cancellarius contẽtionum anno 1644. declarauit Leonardum Mandroni nõ gaudere immunitate Ecclesiæ, † qui
20 postea in Ciuitate Saceris furcis fuit suspensus; quod huic vltimę opinioni impulit principaliter adhæreri, fuit homicidium inter flammas commissum prædictæ Violantæ Villæ, quę illorũ pręda constituta inter fauillas remansit, cineri tradita; ambiguã fassus fui opinionem simpliciter sumptam, vtrum immunitas Ecclesiæ incendiarijs arrideat, agnoscens placita DD. inter se ex diametro pugnantia, sat ponderis fundamentis stabilita; quando verò cum incendij patratione coniungitur homicidium, tunc semper declarationi Cancellarij, si casus occurreret, quod Deus auertat, incumberem, excludendo incendiarium homicidam, tamquàm ex dupplici capite, saltim dubio, quod ad exclusionem immunitatis coalescit in vnum certum, ab illa detestabile, immane, in Rei-

publicæ perniciem reſultans incendij crimen agnouimus, perniciofius agrorũ depopulatore, & in linea ſaltim ſubalterna coequale illi, immanius illud appellabimus, ſi occiſio hominis cum bonorum ruina cõcurrat, potens ob eius immanitatem incapacẽ conſtituere delinquentem Eccleſiæ immunitatis, prout docent, pluribus laudatis, Giurb. conſ. 48. num. 14. ibi, *præſertim ſi domo combuſta mortuus in ea quis fuerit*. Bouadill. in politic. loc. cit. num. 78.

Accedat iuxta opinionem, quam ſequutus eſt Cancellarius
21 in pluribus vicibus, † homicidium dici proditorium, ad mentem Gregorianam priuans immunitate Eccleſiæ, quando quis occiditur carens defenſione, ac proinde ſecurè, ſiue cum infallibilitate effectus, & ſine vllo proprio occiſoris periculo, ſiue occiſor cauſet ipſe eam carentiam, ſiue ea carentia proueniat aliunde, vt quando occiditur amens, ebrius, & dormiens, vt voluit pluribus laudatis Graſſeto de homicid. proditor. §. 16. n. 17 & diximus ſupra c. 14. fũdans proditionis deformitatẽ non in impotentia præuidẽdi caſum mortis, vt ſic, ſed in impotentia euitandi mortem, & ſe defendendi conſiſtere, ſiue hæc impotentia ſe defendendi oriatur ex impotentia præuidendi, & præſciẽdi caſum mortis, ſiue aliunde, Graſſet. § 4. & §. 9. num. 50. ſequuntur Rouit. pragmatic. 11. de abolit. n. 58. & 60. Bouadil. in politic. lib. 2. cap. 14. num. 37. Ioannes di Caſtillo de iuſtit. lib. 2. tract. 1. diſp. 10. dubio. 12. num. 154. Marius Cutellius cod. legũ ſicularium ad leg. Martin. tert. concord. n. 3. pag. 503. qua potentia carere ad ſe defendendum flammis petitam Violantã Sucharello, Conſtans, & ſanus nemo negare valet in caſu; inde Cancellarius habuit homicidiũ pro proditorio, & ſic delinquentem, tum tamquam incendiariũ, tum homicidam non gaudere immunitate firmauit.

ARGVMENTVM.

Mortuis inſultari belluinum dicitur; Epiſcopum tangit cognitio, vtrum hæredes ab inteſtato teneãtur quantum hæreditatis, vel aliã portionem in pios vſus diſtribuere, vel non. Quintum hęreditatis ſi non adſit conſuetudo, non obſtringuntur hęredes pro anima defuncti erogare: exaratur quam immane ſit hæredes voluntati defunctorum repugnare.

SVMMARIVM.

1 *Caſus præſentis controuerſia proponitur.*
2 *Memoria mortuorum perit cum ſonitu, & mortis memoria plura incrementa ducit.* 3.
4 *Heredes tenentur voluntates defunctorum adimplere, quarum adimplementum dicitur illorum ſolatium.* 5 *alias immanes videtur.*

tur. 6. *& huic debent studere, & non pompæ extrinsecę.* 4.

7 *Sepulchra mortuorum dicuntur domicilium, & requies illorum.*

9 *Institutio facta hoc modo, disponas de bonis meis, ut ego disponerem, est ad pios usus, & tali casu sunt bona eroganda in pauperes, nisi adsint filij.* 10.

11 *Mens defuncti ex coniecturis deducitur, regulatur à vero simili.* 12. *à consuetis interpretatur.* 13. *& ostenditur ex imperfecto testamento.* 14.

15 *Præsumitur defunctus si testamẽtum conderet, quod quintum hæreditatis disposuisset in pios usus.*

16 *Anima omnibus rebus est præferẽda, cui studuisse potius decedentẽ, quam timori diminutionis patrimonij creditur* 17.

18 *Ingenia nostra, ut nobiles, & generosi equi melius facili freno reguntur.*

21 *Preces, & dona Principum voluntatis coactiua dicuntur.*

22 *Auri cupiditati fere omnes ancillantur.*

23 *Clerici hęreditatis iacentis solum est iudex competens iudex ecclesiasticus, sic fuisse decisum in quadam contentione refertur.* 24. *si vero laicus hæres illam adiuerit, tunc conueniendus est coram suo iudice* 25.

26 *Defunctus inter miserabiles personas connumeratur.* 30. 31.

27 *Episcopi sunt patres, ac protectores miserabilium personarum, & illarũ calamitatibus debẽt studere* 29. *& sunt iudices illarũ.* 33.

28 *Mater nõ potest obliuisci filiũ suũ.*

31 *Miserabiles personæ dicuntur, quæ miseratione dignæ sunt propter fortunę iniuriam.*

34 *Leoni mortuo, & lepores trimidi insultant.*

35 *Mortuis insultare belluinum est, ac immane.*

36 *Episcopum tangit cognoscere, & compellere hęredes ab intestato ad erogandum in pios usus quintũ hæreditatis, & si hæres vellet se non teneri, deducere debet hoc allegare coram Episcopo, sic fuisse decisum per Cancellarium contẽtionum refertur.* 43.

37 *Hæredes ab intestato non tenentur erogare quintum hæreditatis in pios usus, nisi ubi adest consuetudo, quæ non adest, nec in ciuitate Oristanij, nec Sasseris.* 38. 41. *referuntur Doctores qui tenent de iure communi non teneri hæredes ad erogationem huius portionis.* 39. 40.

42 *Mixti fori sunt causæ miserabilium personarum.*

CAP. XXXX.

Rigida fuit mota cõtentio inter Ioãnem Sisini Olla, Ciuitatis Oristanij, & promotorẽ fiscalem ecclesiasticum mensę Arborensis super hæreditate, Canonici Ioannis Saluatoris Olla Clerici ab intestato defuncti in prædicta Ciui-
1 tate; † pretendebat promothor fiscalis quintam partem hęreditatis distribuendam esse pro anima

na defuncti, quam prætenſionem in tribunali eccleſiaſtico ſuſcitauit, hanc portionem pro decedentibus ab inteſtato fore de iure erogandam dijudicans; huic dupplici conatui, tã cauſæ principalis circà erogationem ſignatę portionis, quàm incidentis iuriſdictionis, in ordine ad cognitionem huius prætenſionis non diſcutiẽdam fore in curia eccleſiaſtica, ſed ſeculari, deducens, reſiſtebat legittimus hæres, illã de iure non deberi, ſed de cõſuetudine, in dioceſi Arborenſi non vigente; hanc vero proponendã fore coram illius competenti iudice proclamitans: præſens contẽtio non multis ab hinc diebus, ſẽtentia per Cãcellarium interpoſita, conquieuit: tibi proponam fundamẽta, quæ meo videri pro vtroque latere poterant fouere, neſcio ſi hęc eadem ſpecificè per patronos partium fuerint exarata, dubio vaco, maiori pondere reponi ab illis adducta.

Laudabilis toto cælo, non contemnendus Promotoris fiſcalis menſæ Arborenſis conatus, circà
2 † defunctorum ſuffragia erogãda, tendens: pia vota ad colendam illorum memoriam, quæ cum funebri ſonitu ab hominum cordibus euacuatur, inſpirantia; *perit mortuorum memoria cum ſonitu*; decantauit Regius vates, cum cinere tumulo mandatur. Paul. Rub. practic. reſol. de teſtam. cap. 89. num. 233. Carol. Marant. reſponſ. 59. num. 1. tom. 4. illorum dealbata oſſa ad mentem propo-
3 nere pietati vacat, † & magna incrementa ducit: Ezechias Rex ex ſola mortis memoria, cum ægrotaret, & ingreſſus ad eum fuiſſet Iſaias Propheta *Iſaia cap.* 38. atque dixiſſet ei, *hæc dicit dominus, diſpone domui tuę, quià morieris tu, & non viues.* Commotus, atque conturbatus conuertit faciem ſuam ad parietem, orauit ad dominum, ac fleuit fletu magno dicens, *non videbo dominum Deũ in terra viuentium, non aſpiciam hominem vltrà, & habitatorẽ quietis*. *In omnibus operibus tuis memorare*, dixit eccleſiaſtic. 7. 40. *nouiſſima tua, & in ęternum non peccabis*, quod, & ipſi gentiles poetę admonuere. Perſi. Satir. 4. *Viue memor lęthi, fugit hora, hoc quod loquor indè eſt*.

Viuat tibi, dicebat Rex Theodoricus apud Caſſiador. lib. 5. var. cap. 2. *perpetuis ſæculis decedentium voluntas;*
4 † patebant pium Regem ingentia emolumenta, & gratitudinis obſequia, quæ in defunctorum recordatione impartienda inhærent; horum tacita, vel expreſſa voluntas per hæredes, vt ingratitudinis fæda notam effugiant, ſibiquè debitæ pietatis adſcribãt Lauream, exequutioni, non obliuioni, actui, non tumulo mandare opportet, quo ſcopo magis, quam bonorũ hyatu vehi opportet; atteſtatur religioſè Plinius. lib. 4. epiſtol. 10. Sabino ſcribens. *Scribis mihi Sabinam, quæ uos reliquit hęredes, Modeſtum ſeruum ſuum nũſquàm liberum eſſe iuſſiſſe, idem tamen ſic ad-*

scripsisse legatum Modesto, quem liberum esse iussi. Quaris quid sentiam: contuli cum prudentibus, conuenit inter omnes, nec libertatem deberi, quia non sit data, nec legatum, quia seruo suo dederit, sed mihi manifestus error videtur: ideoquè puto nobis quasi scripserit Sabina faciendum, quod ipsa scripsisse se credidit; confido accessurum te sententiæ meæ cum religiosissimè soleas custodire defunctorum voluntatem, quam bonis hæredibus intellixisse pro iure est; nequè minus apud nos honestas, quam apud alios necessitas valet: moretur ergo in libertate sinentibus nobis, fruatur legato, quasi omnia diligentissime cauerit: cauit enim quæ hæredes benè

5 *elegit*. Passim apud Ethnicos, † Theologos, & Iuristas commendatur, mandatur, præscribitur necessitas, iniungitur præceptū, defunctorum elogia in illorum solatium, prout dicebat Quintilian. declamat. 308, *ibi: neque enim maius videtur solatium mortis, quam voluntas vltra mortem*; ad complementum trahere; illis studere, & obliuione non affici quod Sanctum, pium, laudabile, & condecens constituitur; exornant pluribus authoritatibus congestis Gerard. Mainard. decis. Tholosan. 14. lib. 5. num. 1. & seq. Gregor. Lopes Madera animaduersar. iur. ciuil. cap. 4. num. 3. Carol. Marant. respons. 20. num. 42. tom. 1. & respons. 41. nu. 41. Valençuel. cons. 124 tom. 2. num. 25. & 26. Solorzan de iur. Indiar. to. 2. lib. 4. cap. 7. nu. 2. & in politic. lib. 5. cap. 6. lit. A.

Obliuionis defunctorum crimen non solum ingratitudinis contemnendam in labem dissol-
6 uitur, † sed & immanitatis graui vilipendio componitur, quam Romanus orator increpans Verrem in illum notam hanc tamquàm turpem, & animaduersione dignam protulit; *solutus inuentus es*, verba sunt Ciceronis, *cui non satis fuerit corrigere voluntates viuorum, nisi etiam rescindere mortuorum*: in suis Xeroliphis conquiescentia debent flui, prout dicit Imperator in l. nemo. 3. cod. de Episcop. audient. tamquàm iam ad suam requiem conducti ex Ambrosio lib. 2. de officijs cap. 28. à Gratiano relato in canon. aurū. 70. §. nemo enim 12. q. 2. vbi sepurchra defunctorum requiem
7 appellat † Marant. respons. 48. num. 2. part. 4. & domicilia dijudicat Moron. respons. 51. nu. 52. tantum reuocari in viuentium memoriam, amorem non ad cineris aras depositum, ac fidem datam non defunctam opportet ad complendum suas querulas voces, & funestas lamentationes, exoptantes hæredū manus adiutrices, & simul executrices tacitę illorum, vel expressæ voluntatis, vt dicit. Paul. Rube. practic. de testam. cap. 90. num. 278. ad quod adspirant, & vota conferūt, & in quo veræ amicitiæ signa,
8 † & non solemni exequiarum pompa, vel exquisita magnificētia sepulchri, exhibetur: audi Tacitum lib. 2. annal. *non hoc præcipuū amicorum munus est prosequi defun-*

functum ignauo quaesitu, ſed quae voluerit, meminisſet qua mandauerit exequi.

Dixi non ſolum hæredes voluntatem expreſſam, ſed, & tacitam adimplere debere, † puta ſi
9 teſtator omnia ſua bona committat diſpoſitioni certæ perſonę abſquè expreſſione ſpecialis effectus, qua hypotheſi præſumitur voluiſſe diſtribui illa in pias cauſas, & hæres inſtitutus videtur deputatus exequutor nomine pauperum. cap. cum tibi ſecundum intellectum Innocent. nu. 1. ibi ſi extremam voluntatem meam committo voluntati Titij, nã per hæc verba videtur inſtituiſſe Titium non per ſe, nec in fauorem Titij, ſed tanquàm diſtributorem, vt diſtribuat inter pauperes, & ad pios vſus, & ſic nõ videtur propriè inſtitutus hæres, ſed nudus commiſſarius: quæ opinio approbatur per Couarruu. in dict. cap. num. 10. Sarmient. ſelectar. interpretat. lib. 2. cap. 6. num. 33. & 34. firmat Rota in cauſa Roman. legati. 27. Martij. 1634. corã Eminentiſſimo Domino Cardinal. Hieronym. Veroſpio in fin. vbi limitat, niſi ſuperſtites adeſſent filij, quorum ad aciem claudicat priuilegium piæ cauſæ, his deficientibus, concepta diſpoſitione ſub cunctata forma, fore bona eroganda in pauperes tenet Cardinal. Mantica. de coniectur. vltimar. volunt. lib. tit. 3. ſub num. 30. Paul. Rubeus, pluribus cumulatis, loc. cit. cap. 50. n. 22. & in num. 24. dicit idem procedere, ſi dixiſſet teſtator, hic manent omnia mea bona, de illis fac quod ego facerem: ex qua fide
10 habita, † & diſpoſitione ſub tali forma comendata, putat obnoxiũ conſtitui hęredem defuncti hęreditatem diſtundere ex præſumpta eius voluntate in pios vſus, quam voluntatem fuiſſe pro animæ refrigerio, pro ſaniori parte amplexanda teſtantis præſumptio vrget, cui præſumptæ ſanctioni tenetur ſtudere, & iuxta illã bona diuidere, prout exequuti fuere hæredes illi, quorum memor cõſtituitur Fagundes de iuſtit, & iur. lib. 6. cap. 3. nu. 24. quibus iniunxit moriens teſtator: de reliquo mihi tot miſſæ, & ſacrificia dicantur, & talia opera pro anima mea fiant, & ſi quid aliud ſupererit, de illo faciant teſtamentarij mei quod illis viſum fuerit, & ego facerem; reliquum hereditatis, adimpletis ſpecificè ordinatis, in opera pia erogauere, credentes hanc fuiſſe defuncti tacitam voluntatem, illi què ſe acomodare, neceſſitate affectos iacere. Tenet Fragoſo de Regimin. Reipublicę tom. 3. diſp. 8. §. 16. lib. 5. num. 504. vbi ita procedere aſſerit de iure, licèt praxi non ſequatur, iuxta quam, niſi anima teſtatoris, vel pauperes Chriſti inſtituantur hæredes, commiſſarij, ſuppoſita prædicta diſpoſitione, ſibi bona adſcribunt.

Promothor fiſcalis menſæ Arborenſis ad iudicium vocans Ioannem Siſini Olla hæredem legittimũ ſui patrui Saluatoris Olla

la defuncti ab intestato pro distribuenda quinta hæreditatis parte in pios vsus pro illius ani-
11 mę sufragio,† huic tacitę voluntati inhærebat, hanc fuisse mentem verosimilem, nullo interposito solemni elogio, ex hac vita migrantis, vt suæ animæ prospiceret, non illedibili fundamento nixus credebat: auspicatur mens ex conjecturis, quæ coniecturata nuncupatur, & sic expressa ad text. in l. prætor. §. interdum vbi Glos. verbo expressum ff. de noui oper. nunciat. cum Menoch. Valenzuel. cons. 78. tom. 1. nu. 32. nam euidenter, & clare apparere dicitur, quod coniecturis apparet. l. licet Inperator. vbi Glosa notabilis 3. ff. de legat. 1. Sperel. decis. 27. ex num. 60. Paul. Rube. de testam. cap. 35. num. 194. Franc. Rocco responsl 75. num. 7. tom. 1. Ioan. Baptist. Scanerola de visitat. Carcerat. lib. 3. cap. 1. nu. 28. fol. 550. Ex coniecturis itaque presumptę mentis venatur votum, deducitur harum argumento reuoluto à scrinio pectoris defuncti prælibante voluntatis quæstio, quę regulanda, & constipanda venit à verosimilibus præsumptioni-
12 bus, † prout dicunt textus in l. cum auus ff. de condit. & demonstrat. l. cum proponebatur in fin ff. de legat. 2. l. licet Imperator vbi Bartol. resumit textum; *Animus defuncti ex coniecturis deducitur* ff. de legat. 1. docent dilect. de arte testand. tit. 5 caut. 25. in fin. Ambrosim. decis. 7. post. n. 28. Noal. de transmission. casu 1. num. 66. & 67. qua propter in conflictu dubietatis à consuetis
13 regulatur, † & interpretatur eum Mantic. & Gabriel. Io. Baptista Spada cons. 285. num. fin. tom. 3. ex actu etiam nullo per text. in l. fin. ff. de reb. eorum, vbi dicit iurisconsultus ex actu nullo, veluti imperfecto testamento de-
14 clarari voluntatem decedentis, † Castill. lib. 5. controu. cap. 108 Ioseph Vela dissert. 47. tom. 2. num. 20. Olea de cession. iur. tit. 2. quæst. 5. num. 21. Ioan. Bapt. Spada cons. 281. num. 2. tom. 3. & à verosimili prælibatur, creditur defunctum aliquid disposuisse, si interrogatus de illo fuisset, cogitasset, vel ad mentem venisset, à quo verisimili intellectu deducitur mens coniecturata, & præsumptiua potens ad productionem actus per text. in l. tale pactum §. fin. & ibi Glos. & communiter scribentes ff. de pactis, Cancer. var. part. 1. cap. 9. num. 231 in fin. Moron. respons. 50. num. 22. Spereli. decis. 144. num. 3. tom. 2. Capic. Latro. Consult. 85. num. 13. tom. 2. Ioan. Baptista Spada cons. 261. nu. 12 fol. 687. tom. 3.

Inuerisimilitudinis afficiebatur stimulo, huic asylo inhærebat, pignus coãtus sub illo reponens Promotor fiscalis, pleno ore inuerisimile dijudicans Ioannem Saluatorem Olla Sisini ab
15 intestato vitali aura orbatum, † si testamentum condere potuisset, sibi non fore prospecturum,

pro

pro anima, quintam hæreditatis portionem erogare hæredẽ grauans, ſtatuendo; cætera vero illi mandando pro vt arguit ad rem Roias de hæretic. in epitome ſucceſſion. cap. 3. num. 7. ibi, *quod aliter cenſeo de tranſuerſalibus ſuccedentibus ab inteſtato; quippe qui teneantur pro anima defuncti quintã partem hæreditatis diſtribuere, & ad id compellendi, cum nil penitus ſit legittima eorum, ſed teſtator liberè ſi teſtamentum feciſſet de bonis ſuis poterat diſponere, & ex præſumpta mente teſtatoris credendũ eſt, quod ſi ipſe teſtator condere potuiſſet, pro anima ſua quintam ſaltem bonorum partem reliquiſſet; voluntas enim teſtatoris, non ſolum expreſſa, ſed etiã præſumpta, & tacita ſequenda eſt*; l. Titius, ſ. Lucius, ff. de liber. & poſth. l. fin. de hæredib. inſtituend. l. Mulier. cod. ad Trebelian. inueriſimilitudinẽ hauriebat, ab animæ digniori pignore omnibus rebus longius præfe-
16 rendæ, ✝ & anteponendæ, tamquam concernentis ſalutẽ æternam: pro vt dicit Imperator in l. Sancimus cod. de Sacroſant. Eccleſ. cap. præcipimus 12. q. 1. cap. ſi habes 24. quæſt. 3. Ioan. Gutierr. in l. nemo ff. de legat. 1. num. 486. fol. 125. Solorzan. de iur. Indiar. tom. 1. lib. 3. cap. 5 num. 57. licet vniuerſum mundum lucretur detrimentum illius pati haud debet; rebus omnibus carior conſtituitur, nobilior reponitur, & maiori dilectione, & pretio habetur. cap. infirmitas 13. de poenitent. cap. fin. de Præsbiter. non baptizato cap. iuueins 3. de ſponſalib. cap. 2. ſ. cum autem de obſer. ieiun. cum ſimilib. Ariſtotil. 2. de animalib. *anima nobilior eſt corpore, & animatum inanimato*. Cicer. in paradox. *nihil eſt anima præſtantius, nihil diuinius*. Ouid. lib. 1. amor.

Vt corpus redimas, ferrum patieris, & ignes:
Arida nec ſitiens ora lauabis aqua.
Vt valeas animo quidquam tollerare negabis?
At praetium pars hęc corpore maius habet.

Cuius ſaluti ſtudete voluiſſe præſumitur vltimam rerum lineam tangentem maiori, & for-
17 tiori põdere, ✝ quã pro ſuis proſpexiſſe ad effugiendum diminutionem patrimonij. Paulus Rubeus pratic. reſol. cap. 54. nu. 277. & 278. Cogit cunctata inſpectio pietate nitens, impellit iudicantis animum præſumpta defuncti voluntas haud veri ſimilitudine vacans, animum defuncti in vita pro ſua ſalute æterna, & pro diffuſis ſufragijs ob carentiam filiorum firmum contrinuò fuiſſe proſpicere, attendere, ac curare, cuius animi propoſitum tempore obitus fuiſſe varietate affectum, haud præſumitur ad text. in l. cum qui ff. de probat. l. cum hic ſtatus ſ. pænitentiam ff. de donat. inter vir. & vxorẽ, pluribus cumulatis. Hermoſilla Gloſ. 4. l. 9. num. 61. 62. tit. 2. fol. 171.

Hac tacita verò ſimili voluntate

tate defuncti, Ioannes Sisini Olla per Illustrissimum Arborensem Archiepiscopum, nunc Episcopum Barchinonensem D. Gasparem de Soto maior suauiter prius mouebatur, atrahebatur, & suadebatur ad relaxandam portionem pretensam pro eroganda in pios vsus in defuncti sufragiu, patebat Illustrissimum Archiepiscopũ dictum illud Sen. lib 1. de clementia: *ingenia nostra vt nobiles, & generosi equi meliùs facili freno reguntur*; verbis pelliciebat, non verberibus instigabat, ne dum voluntatem quæreret, voluntarium excluderet cõtra apostolicũ officiũ; prout dicit Solorzan. de iur. Indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 19. num. 92. quam formam cõendauit iampridem Diuus Atthanasius in Epistola ad solitariam vitam, quam refert Balthas. Chauasius de notis veræ religionis Pagin. 845. ibi. *Pie enim religionis proprium est non cogere sed suadere, siquidem Dominus non cogens, sed libertatem voluntati permitens dicebat, si quis vult venire post me.*

Musitare tamèn poterat hæres suasionibus superioris allectus
19 vim in esse sub illarum cortice,† metum, & voluntatis absci sionẽ; ea natura est præcum, & suasionis, vt vim coactionis cõtineat l. 1 cod. ne filius pro patre extrauag. execrabilis de præbend. Mogollon. de his quæ vi. cap. 2. conf. 6. num. 23. Barbosa voto 1. num. 30. Tuscus concluf. 484. lit. P. to. 6. Mier. de Maiorat. part. 1. q. 25 Nouar. de Grauam. Vassallor. to. 1. Grau. 424. nu. 19. & 20. Larrea allegat. Fiscal. 35. num. 23. Noguerol. allegat. 18. num. 83. & seq. Cabrer. de metu. lib. 1. cap. 8. num. 39. & 40. lib. 2. cap. 8. num. 50. 51. 52. & 113. & cap. 11. num. 74. fortiori pondere procedit hæc conclusio quando prçces, ac suasiones sunt molestę, ac iteratę l. 1. ff. persuadere ff. de seruo corrupt. l. 4. ff. si quis volentem ff. de liber. homin. exhibend. Surd. conf. 373. à num. 17. vbi id procedere asserit respectu reuocandi testamentũ iam conditum Raudens. decis. 45. part. 1. D. Ioan. Aliuef. iurisc. Sassarensis controuers. 9. num. 9. & fin. vbi ad fauorem patris mei Don Francisci Quesada ita fuisse iudicatũ refert, prçcipuè si à superiore interponãtur, cuius prçces, & persuasiones incutiunt iu-
20 stum metum†, & libertatem abducunt l. fin. cod. de his quę vi. l. 1. in princip. verbo quemadmodum ff. quod iussu. l. 1. ff. persuadere de seruo corrupto. Menoc. conf. 171. num. 4. lib. 2. Dian. part. 3. Miscellan. resol. 20. Sanches de matrimon. lib. 4. dis. 7. num. 4. Valer. in differẽt. vtriusque fori. Verbo restitutio differẽt. 10. num. 1. Escobar. de ratio. fin. cap. 7. num. 4. & 60. Cabrer. lib. 2. cap. 8. num. 82. Auson. Theodos. hanc veritatem expressit.

Scribere me Augustus iubet, & mea carmina poscit.
Pene rogans blando vis latet imperio.

Notum

Notum eſt illud adigium vulgatum

Eſt rogare Ducum ſpecies violẽta iubendi,

Et quaſi nudato ſupplicat enſe potens.

Plura reperies huic inſpectioni concinentia penès Carroci. de Remed. contra præiudicial. ſententent except. 46. num. 2. Caſtillo 3. controu. cap. 1. à n. 180. Solorzan. de iur. Indiar. inpolitic. in dedicatoria in princip. lit. C. eleganter Petrus Chriſol. ſermon. 39. *Quicumque ſemel pulſauerit indignatur mox, ſi non fuerit auditus: iſte non eſt petitor simpex, ſed imperioſus exactor*. Quæ vis eadẽ procedere videtur in eorũ donis,
21 † quę à Principibus, vel ſuperioribus elargita volũtatis coactiua re ponuntur, neceſitatẽ obediẽtię, obſequij, & ſeruitutis ſecum ducentia. Tacit. lib. 14. Annal. de Neronis donis agẽs dixit, *Notos quoquè equites Romanos operas arenæ promittere ſublegit donis ingentibus, niſi quod merces ab eo, qui iubere poteſt vim necesitatis afferat*. Plinius in panegeric. ae Traian. *Nõne vt Regum, ita Cęſarum munera illitos cibis hamosopertos prȩda laqueos amulabantur*.

Auri cupiditas, cui ferè omnes ancillantur Propert. lib. 3. Laurent. Matheu. de Regim. Regni
22 Valentię † tom. 2. cap. 8. §. 10. n. 128. in cauſa fuit vt paſtoralibus ſuaſionibus ouis haud annueret Lucan. lib. 7. Pharſal. apud Solorzan. de iur. Indiar. tom. 1. lib. 3. cap. 6. num. 19.

Impulit amentes, auriquè cupidine caſos,

Ire ſuper gladios, ſuper que cadauera patrum,

Et caſos calcare duces.

Ab huius quintę erogatione immunem eſſe contendebat Ioannes Siſini Olla coràm prędicto Archiepiſcopo poſteà iuditialiter acerſitus ex defectu conſuetudinis in Ciuitate Oriſtanij, & Dioceſis Arborenſis teneri hęredes ab inteſtato illam diffundere coactos in pios vſus numquàm actui mandatę: declinauit forum ab actione per Promotorem fiſcalem intenta, tanquam laicum coràm iudice regio conueniendũ fore prætendens, licet hæreditatẽ clerici adiuerat. Exceptio hæc huic capiti inhęrẽs tuto ſtabilitur fundamento: hæreditas dum iacet, defunctus ipſe viuere intelligitur, qui repreſentatur in illa perſona ficta hęreditatis iacentis: vnde hæreditas clerici dum iacet, adeundus eſt Iudex Eccleſia-
11 ſticus, † vt competens perſonæ fictæ ſub hęreditate iacente habitæ, defunctum ipſum repreſentantis: ſub cuius dominio adhùc cenſentur eſſe bona l. hæreditas 61. ff. de acquir. rer domin l. deniquè §. quęſitum ff. quod vi aut clam l. non minùs ff. de hæredib. inſtituend. l. mortuo ff. de fidei comiſ. qui euincunt iactam concluſionem, hæreditatem tamquã perſonam fictam defunctum repreſentare, eodemquè priuilegio gaudere comprobat Marta de iuriſdict. 4. part. Centur. caſu 122. num. 14.

num. 14. & 15. vbi tenet, ex hac ratione dubia suscitata super hęreditate iacente clerici, illius personam repręsentante, discutienda fore coram iudice Ecclesiastico. Sebastian Chesij interpetrat iur. cap. 16. num. 16. cum Mexia. Barbos. Lasarte. Belluga. & alijs Salgad. in laberint. credit part. 1. cap. 32. num. 31. & sequentibus, vbi probat Iudicem Ecclesiasticum solùm esse Iudicem competentem hæreditatis iacentis clerici, prout vidi declarari in contẽtione mota anno 1661. per arbitros per vtramquè curiã electos, in qua iurisdictioni Ecclesiasticæ vt assessor mensæ Turritanæ
24 studui, † super hæreditate bonorum Rectoris Antonij Baquidda Opidi de Thiesi, super qua plurium creditorum concursus fuit formatus, & illius cognitio ad tribunal Ecclesiasticum remissa, & est doctrina Solorzan. in politic. Indian. lib. 5. cap. 7. versic. *Pero si el clerigo* vbi refert. Concil. Limens 2. part. 1. cap. 107. verba sunt. *Si algun clrigo muriere ab intestato, sus bines se den àsus hærederos por el juez Eclesiastico, o, por el lego si no fueren clerigos.*

Si verò laicus hęres clerici hę-
25 reditatem adiuerit †, tunc cessat adsistentia cunctata personę fictæ, claudicat quoad inspectionẽ hanc repręsentatio personę defũcti, & illius fori priuilegiũ cessat, docet Salgad. num. 33. Carleual. de iudicijs, infinitis congestis tom. 1. tit. 1. disput. 2. q. 5. ex num. 322. & 319. Solorzan. vbi supra verbo *en lo qual Iuzgo*. Hęreditas Ioan. Saluat. Olla adita per personam laicam in pręsenti conflictu reperiebatur, indè ex hoc capite conueniendam fore in Tribunali Regio videbatur, iuxtà votum conatus rei conuenti.

Ex alio capitè in contentione mota inter hos litigantes euacuabatur exceptio declaratoria fori
26 opposita; † dicebat Promotor fiscalis defunctum inter pauperes, & miserabiles personas cõnumerari, quarũ Episcopi patres sunt, ac protectores cap. Episcopus 82. distinct. cap. licet 87. distinct. Couar cap. 3. de testam. num. 8. in fin. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 13. num. 7. Bonacin. §. 10. nu. 1. tom. 2. de contractib. disput. 3. quæst. 17. puncto 8. Genuens. in prax. cap. 96. impres. Romæ anno 1609. Thoro in summ. priuilegio. piar. Causar. priuileg. 127. & 239. Portules ad Molinã. verbo famulus, num. 35. vbi ex hac ratione dixit Episcopũ posse cognoscere de salario debito famulo, tamquàm miserabili per-
27 sonæ, † & post præscriptum tẽpus ratione peccati, & malę fidei præcipere heris, vt illud soluant, licèt fuerit effluxũ tempus à Regia Pracmatica statutum illud soluendi; patres sunt Episcopi, ac protectores miserabilium personarum cap. licet omnibus. cap. deffensionis 2. cap. diuinæ retributionis 4. dist. 87. Marant. resp. 18. num. 74. part. 5. Lauor. var. elucubrat. tit. 2. cap. 10. num. 36.

Thoro

Thoro priuil. 104. Ferro Manrique qq. moral. part. 1. q. 23. n. 7. præcipuè hac vitali aura viduatorum, & in gehẽna purgatorij degentium, per quos quęrulę proferutur voces *Miseremini mei, miseremini mei ſaltem vos amici mei quia manus Domini tetigit me* Vt explicat ad rem noſtram Fratr Bernardin. de Buſt. tom. 2. Sermon. 2. part. 3. ʃ. fin. in fin Albertus Magnus lib. 7. cap. 4. in compend. Theolog. veritat. quarum protectio illis mandata eſt à Domino, vt, & etiam alijs Principibus terræ, exod. 22. num. 22. *Vidua, & pupillo non nocebitis, si laceſſeritis eos vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiam vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduę, & filij veſtri pupilli* Deuteron. cap. 24. num. 17. *Non peruertes iuditium aduenę, & pupilli, nec auferes pignoris loco Viduæ veſtimentũ* Pſalm. 9. vel 10 ſecundũ hæbreos num. 14. *tibi de relictus eſt pauper, orphano tu eris adductor.* Amici Iob credebant ipſũ incurriſſe diuinam vindictam, & punitionem acerbam, quia hęc pręcepta pluries comendata violaſſe præſumebant, ſicque increpabãt illum Iob. 22. num. 6. *abſtuliſti enim pignus fratrum tuorum ſine cauſa, & nudos ſpoliaſti veſtibus, aquam laſſo non dediſti, & eſurienti ſubtraxiſti panem, & num. 9. viduas dimiſiſti vacuas, & lacertos pupillorum comminuiſti.* Plura alia penes Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 1. num. 527.

His calamitatibus miſerabilium ſtudere debet Epiſcopus, vt pater aures opertas ſomno haud
28 nutriat, † quod ſub paterno viſcere extraneũ reponitur. *Num quid* dicebat Iſaias cap. 49. *Obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui?* Quaſi dicat, fieri nõ poteſt, quod pater filij oblibiſcatur dicit Fragoſ. de Regim Rei public. tom. 3. diſp. 1. ʃ. 1 num. 2. *Deſcendam ad filium meum lugens in infernum.* Clamabat Iacob ſciſis veſtibus, ſcilicio què indutus Ioſephũ filiũ pro mortuo deplorans; hæc ve-
29 ſtigia inſequens Epiſcopus, † vt pater miſerabilium perſonarum ſub quarum ſphęra mortui computantur, illarum obliuionem effugiet, oculos pietatis ad illos tendet, & pro ſufragijs erogandis laborabit, cui pio voto nemo reſiſtere valet Carol. Marant. reſponſ. 21. num. 31. tom. 1. rationem affert, quia nemo prohibere poteſt ne pater filios in neceſſitate potiſſimum conſtitutos auxilio foueat, & recreet.

Et quod defuncti ſint, & reputentur in iure miſerabiles perſonę quo ad hoc, ſcilicet, quod nihil operari valeant, vt ſe eximant
30 à pænis, quibus afficiuntur, † dicunt Afflict. deciſ. 257. num. 1. vbi Vrſill. num. 2. Guido Pape. deciſ. 566. Giurb. deciſ. 82. n. 3. pluribus cõgeſtis Carol. Marant. loco proximè citato num. 28. & reſponſ. 18. tom. 5. nu. 76. verſic. *inter miſerabiles verò perſonas iure mortui habẽtur, qui omni auxilio de-*

stituti sunt. Ex text. in cap. super quibusdam 26. ꝟ. fin de verbor. significat. miserabiles enim personę dicuntur quæ miseratione dignæ sunt propter fortunæ
31 iniuriarum † ad text. in l. 2. ꝟ. si quis in iuditio ff. si quis cautionib. l. morbus 113 vbi Alciat. num. 5. de verbor. significat. l. 1. in princip. cod. quando Imperat. inter pupil. & viduam, vbi miserabiles personas esse, quę infęlicitatem passę ob fortunę iniuriam, misericordiam nostram mouent, dicunt iuris cõsulti: quę inspectio arbitrio iudicis reponitur. Nouar. in prax. elect. fori sect. 1. quęst. 13. pluribus laudatis Carleual. de iudic. tom. 1. num. 529. Diana moral. tom. 11. tract. 3. Miscelan. resol. 8. fol. 123. versic. quæro secundo Cyarlin controu. 170. num. 54. vbi appellat miserabiles, qui suas causas ducere non possunt.

Animæ in purgatorijs pœnis degentes, & si profectò sint cęrtæ de sua salute: in via tamen non
32 sunt ampliùs, † vndè nequè mereri, neque demereri possunt, cũ nihil operari valeant in statu termini constitutæ, & sic sufragijs indigent viuorum, ac miserabiles personæ reputantur dicit ad longum. Marant. dict. resp. 20. num. 26. & seq. part. 1. Bonacin. tract. de restitut. disp. 1. quæst. 3. puncto 4. in 2. proposition. n. 5. in fin. tom. 2. fol. 554. Layman. theolog. moral. tom. 1. lib. 3. sect. 5. tract. 5. c. 11. n. 13. in 2. distinct. Genuens. in prax. cap. 78. nu. 8.

Hac inspectione miserabilitatis, quæ erga mortuos misericordiam, & compassionem extorquet, Episcopus dicitur iudex
34 competens illorum, † tamquàm miserabilium orphanorum, & omni auxilio vacantiũ proprio, quorum Eclesiasticus ordinarius dicitur protector, & Iudex ad c. licet. vbi Glos. 87. distinct. cap. super quibusdã in fin. de verbor. significat. Tuscus tom. 5. lit. m. conclus. 274. num. 10. vbi dicit Episcopum propriè esse iudicem miserabiliũ personarum. Thoro de priuil. miserabilium person. priuil. 239. Carol. Marant. loc cit. n. 36. vbi dicit ad Episcopum spectare cognitionem causarum defunctorum, tamquàm miserabilium personarum Sperell. decis. 1. num. 17.

Euincunt meritò hęc conclu-
34 sionem iactam, † Episcopum Iudicem esse dubiorum sufragia defunctorum concernentium miseræ conditionis intuitu cui ancillãtu, rex positæ omni opprobio, etiam à longiùs contemnendo viro in vita, locum sinentes, vt mortuo leone alioquin rigido, sæuo, & timorem incutiente inspitientibus, lepores non tremulo dente, sed saxeo insultent, quod lepidissimè Anglicanus martir Thomas Morus cecinit.

Non metuũt lepores defuncti mẽbra leonis

Alciat emblemat 154.

.... *Sic cassi luce Leonis Conuellunt Barbam, vel timidi lepores.*

Martial.

Martial.deLigella loquens iocatur lib. 10 epigram 90.

Quare si pudor eſt Ligella noli
Barbam vellere mortuo Leoni

Homer Euit. illiad. 4. apud. Leliũ Biſciola horarum ſucceſſiuarum lib. 4. cap. 20. lit. D. fol-
35 307. † depingit hanc miserandã calamitatem omni veperino ſpiritu inſuflantis auræ expoſitam, omni contumeliæ adſcriptam, litigio obnoxiã, & cuilibet malignantis morſui abſquè obpugnatione ancillata; verba ſunt.

Tunc aliquis tua buſta videns de gente ſuperba
Troiadum sic inſultans fortaſſe loquetur.

Et Illiad. 22. lib. 22.

Acurrunt alij Danaum, mirantur, & oris
Hectoris ſpeciem, mirantur, indolis altæ
Virtutem extinctam
Tunc certatim hoſtis corpus contingere gaudent

Quod planè eſt belluam eſſe, & barbariem exercere in vmanitatem plenam, & decore viduam ad longum Herodot. lib. 9. Plato lib. 5. de republic. Marant. tom. 5. reſponſ. 39. num. 5. tom. 5. Lelio Biſcoila loc. cit. qui plura exempla cumulat contra hanc barbariem mortuis inſultandi, concinentia.

Miſerabilitas ſępius repoſita, qualitas dellatiua dicitur iuriſdi-
36 ctionis ad fauorem Epiſcopi, † quę ſpectat pro ſufragijs defunctorum intendere, & quãdo nullo condito teſtamẽto morti ſuccũbunt, hæredes cogere ad quintum hæreditatis diſtribuere; vel aliã portionem cõdecentem iuxtà qualitatem perſonæ, & quantiatem bonorum, pro vt dicunt in præciſis terminis huius dubij praxis Genuenſ. cap. 78. num. 8. verſic. *Sed defunctus dicitur miſerabiliſſima perſona, quia omni auxilio deſtitutus eſt, ergo conueniens eſt; vt de Epiſcopi ordine aliquid pro eius anima in pias cauſas erogetur.* Ferro Manrriquez. quęſt. moral. part. 1. quæſt. 23. num. 7. vbi dicit circa moriẽtes ab inteſtato, Epiſcopum tangere compellere hęredes quintum diſtribuere, vel aliã portionem ei benè viſam, quæ opinio fundatur in auth. omnes Peregrini cod. comun. de ſucceſſionib. vbi habetur quod Epiſcopus diſtribuat in pios vſus bona peregrini, vel aduenę, qui ab inteſtato deceſſit, & ex cap. cum ſit de Iudæis, vbi mandatur Epiſcopo, vt malè ablata, etiam ſi adſint hæredes, diſpenſet, vel in reſtitutionem, vel in pios vſus; qui textus Epiſcopo hanc diſtributionem præſcribunt, tamquã materiam animæ, & ſpiritualitatis concernentem, quibus exceptio per Promotorem fiſcalem obiecta videtur tuta.

Ioannes Siſini Olla hæres ab inteſtato ſui patrui ſe non eſſe obnoxium quintum hæredita-
38 tis in pios vſus diſſoluere, † ſed tantùm quantitatem ei bene viſam ad arbitrium ſuæ conſcientiæ in cõtentione iuriſdictionali ad excludendam qualitatem iu-

risdictionis delatiuam perpensam deducebat; dicebat quintū bonorum decedentis ab intestato non deberi ex vi iuris in corpore communis iuris conpræhensi, sed solum ex vi laudabilis consuetudinis, vbi hæc habetur, viget, & apparet amplexata, quam non fuisse nusquam receptam in Ciuitate Oristanij, Dyoceeli Arborensi, & ferè in toto Regno Sardiniæ, innumerabili copia testium affirmabat, probabat, ac suam exceptionem tuto pede nixam credebat; conatus hic non videtur deuiare à ratione; communis est iuris prudentiæ vtriusque comilitonum assertio, hæredem ab intestato non teneri taxatiuè quintum hæreditatis in pios vsus erogare iure cogente, nisi ratione consuetudinis, vbi hęc viget, & habetur; docent hanc conclusionem Genuens. in prax. Archiepiscop. Neapolitan. cap. 78. ex num. 1. Vasquez. opuscul. de testam. c. 9 §. 3. dub. 10. Ioannes Garzias cum Angul. & alijs de expens. cap. 8. num. 3. Gutier. tom. 2. Practicar. Quæstion. quæst. 46. per totam, Ferro Manrique per totam quæstionem 23. præcipuè num. 1. part. 1. quæstion. moral.

Deffendunt hi auctores, de iure non teneri hęredes ab intestato quintum hęreditatis in pios vsus erogare, nisi vbi adest
39 consuetudo, † quid quid sit præscriptum de iure Hispaniæ per l. 6 lib. 5. recopilat. & l. 37. Tauri hodie, l. 11. tit. 4. lib. 5. nouè recopilatis, iuxta quas teneri ad erogationem huius certæ portionis dicunt Roxas in epitom. de successionib. num. 7. respectu transuersalium, non descendentium. Spino de testam. Glos. 2. num. 61. Tell. Fernand. in l. 36 Tauri num. 4. quos impunant, Garzia de expens. Gutier. Manriquez. loc. cit. Præciso iure Castellę, indubitatum videtur hęredem ab intestato non teneri ad quintum expendendum pro a-
40 nima defuncti in pios vsus, † nisi vbi adest consuetudo, docet in præcisis terminis Carrasco cum Gregor. Lopes, Azeuedo, & alijs ad leges recopilat. cap. 7. num. 19. 20. & seq. Solorzan. de iur. Indiar. cap. 7. num. 43. tom. 2. lib. 4. cum pluribus sequentibus vbi lato calamo punctum hunc peragit docens ex vi tantùm cōsuetudinis, vbi est habita vsu, teneri hæredem ab intestato erogare quintum hæreditatis, non obstante qualibet præsumptione cunctata in contrarium, quæ potens non constituitur ad coactionem rei, quæ in iure præscripta non reponitur, præcipuè cu videamus defunctos plus, vel minus sibi pro anima mandare, idem docet Solorzan. in politic. lib. 5. cap. 7. fol. 806. versic. *El qual disputa latamente de donde tuuo principio, y se ha de guardar conforme à derecho, la vulgar tradicion, o, pratica, que se ha querido introduzir de que muriendo alguno ab intestato, se haya de gastar forsosamente*

te todo el quinto de ſus bienes en hacer bien por ſu alma ; y reſuelue que no hai diſpoſicion legal, ni canonica, que tal ordene.

Conſuetudinis deficiẽtia probata fuit per Ioannẽ Siſini Olla in Ciuitate Oriſtanij, & Dyoceſi Arborenſi, in quibus nuſ-
41 quàm fuiſſe hæredes coactos † ad erogationem quinti hereditatis probauit, prout nec adeſt in Ciuitate Saſſeris, & Dyoceſi Turritana: recordor anno 1656 Doctorem Thomaſium Quenqui Decanum Turritanum ; & Vicarium generalem ſede vacãte hanc prætenſionem habuiſſe contra Don Gauinum Zampello Secretarium Sancti Officij tãquàm hæredem ab inteſtato ſui cognati Doctoris Iacobi Malacalza Rectoris oppidi de Sẽnari, non obſtantibus tamen aliquibus procedimentis per eum adhibitis, à conatu receſſit conſuetudini Ciuitatis inhærens, non contribuendi coactè hanc quartam, diiudicans ſolum niti conſuetudine, & non iure. Ex deſſicientia argumentum excluſiuũ optatę iuriſdictionis hauriebat; ſed conſtringebat fortiter qualitas materiæ tangens quaſi ſpiritualitatem, & miſerabilitatem perſonę, potens ad attribuendam iuriſdictionem elidibilem per exceptionem partis in cauſa principali coràm Iudice Eccleſiaſtico, & non in diſcurſu contentionis, in qua attenditur ſolũ ad punctum cuius ſit iuriſdictio ſupra cap. 13. num. 46. nec valuit reſpondere cauſam hanc eſſe mixti fori cum iuriſdictione
42 cumulatiua, † non abdicatiua reſpectu curiæ Eccleſiaſticæ ea ratione, quia cauſæ omnes miſerabilium perſonarum dicuntur, & ſunt mixti fori, vt dicunt Marta de iuriſdict. part. 2. cap. 21. num. 1. verſic. *cauſas miſerabilium perſonarum ſimpliciter eſſe mixti fori;* vbi plures Doctores cumulat, Ioannes Baptiſta Ciarlin. controu. forenſ lib. 1. cap. 28. num. 20. Bouadill. in politic. lib. 2. cap. 18. num. 120 & in ſpecie, quod Iudex ſæcularis poſſit cognoſcere de dubio, quod ſuſcitatur contra hæredes obtinentes hæreditatem ab inteſtato ſuper erogatione quinti, vel alicuius portionis pro anima defuncti, docet Solorzan. in politic. Indian. lib. 5. cap. 7. ferè per totũ, quia obſtabat remediũ præuentionis ; tempore, quo ad contentionem ſe contulit Ioannes Siſini Olla, curia Eccleſiaſtica cauſam præuenerat, indè diſcordantibus arbitris Cancellarius declarauit cognitionem cauſæ ad tribunal Eccleſiaſticũ ſpectare; concluſio ſententiæ eſt. Prouidet, pronuntiat, ſententiat, atque declarat firmam iuris propoſitam per curiam ſecularem non procedere, ac propterea procedimenta facta per curiam Eccleſiaſticam valida eſſe, pro vt cũ preſenti ſic declarari mandat, non obſtantibus hanc, &c. Don Antonius Capay Canonicus, & Cancellarius. Vidit Car-

caſ-

cassona Consultor. Vidit Don Franciscus Cao Consultor. Vidit Espejo Consultor, Didaco Stara notario, & secretario Curiæ Cancellarij.

Respectu causæ principalis, appellatione interposita, ob censuram latam ex defectu adimplementi mandati per Illustrissimum Archiepiscopum Arborensem ad Reuerendum admodum Don Franciscum Sampero Archipresbiterum Turritanum, & Iudicem appellationis in toto Regno, prudentia qua solet, maturitate, quam in sui muneris functione expendit, ac æquitate, cui vacat, à sententia censuræ absolutum Sisiniū Olla in suam domum misit.

ARGVMENTVM.

Quarta funeralis debetur exequijs etiàm cuius libet illustris personæ extra propriam patriam quocumque tempore pro memoria illius celebratis: nō potest exigi nisi peruento cadauere ad Ecclesiam, ad quam ducitur: prælatio, quę aridet pro expensis funeralibus, cessat, si hæc tam modicę extiterint erogatæ, vt in vilipendium defuncti cedant: refertur dissidium iurisditionale inter curiam Ecclesiasticā, & secularem suscitatum, circà solutionē quartę funeralis ex exequijs pro funere serenissimæ Reginæ Hispaniarum in Regno Sardiniæ confectis, prætensæ.

SVMMARIVM.

1 *Mors nemini parcit, nec sacro diademati, nec iuuentuti.*

2 *Vita nostra iuxtà Platonicam sētentiam dicitur Mors, Mors autem aditus ad vitam.*

3 *Exequię Serenissimæ Spaniarum Reginæ anno 1645. fuere celebrata in Ciuitate Calaris in Conuentu Sancti Augustini.*

4 *Casus dubbij præsentis refertur.*

6 *Quarta funeralis debetur Parocho, vel Episcopo ex omnibus adnenientibus ratione funeris; integer non diminutè 7. & ad instar legittimæ 8. non debetur ex cereis, qui per Fratres in manibus deferūtur 9. Parochus tenetur compensare in quartā quidquid acceperit à testatore. 10. dicitur canonica portio, & potest consuetudine diminui, vel ampliari. 11. non potest exigi antè quam cadauer perueniat ad Ecclesiam, quod interdicitur sub pœna excommunicationis. 12. & priuationis omnium iurium: decisio Rotę Romanæ adhibita contrà Illustre Capitulum Calaritanum, & ad fauorem Fratrū diui Francisci de Paula 13.*

14 *Funebris pompa deseruit, & ad consolationem viuorum, & suffragium defuncti, & referuntur aliquę solēnitates circà exequias defunctorum.*

15 *Cadauera olim sub arcis recludebantur, quod genus sepulchri reputabatur vile, postea verò à nobilibus fuit amplexatum 16.*

& quid

&, quid ſit diſſipare nouem diales p ulueres.

17 *Quarta ſolum debetur ex funebri pompa, quę cadauer comitatur: & ſolum deberi ex obuentionibus ante recluſionem cadaueris, nõ poſtea, dicunt plurimi 18.*

19 *Creditor pro Expenſis funeris, omnibus creditoribus præfertur, à qua prælatione non cadit, licèt in ſtipulatum illas deducat 20. præfertur etiam omnibus anterioribus expreſſam hipothecã habentibus 21. & ibi refertur fuiſſe ſic pluriès deciſum in Regia Sardoa Audientia. Et præfertur penſioni domorum, ac doti 22. & poſſunt deduci à fidei comiſſo 23. & eſſe debent expenſę pro corpore præſenti modificatæ iuxta qualitatẽ perſonæ; alioquin ſi ita miſerę ſint, vt cedant in uilipendium perſonæ, prælatione aliqua non gaudent 24. 25. 26.*

27 *Funeralia intelliguntur iuxta magis tutam opinionem omnia obuenientia etiam poſt ſepultum cadauer, & ex illis quarta debetur 28. & refertur declaratio Congregationis, vbi decidit quartam deberi ex exequijs defuncti poſt plurimos dies à die obitus celebratis 29. & 30.*

31 *Quarta funeralis debetur ex exequijs cuiuslibet illuſtris perſonæ, quocumque tempore, etiam extrà patriam celebratis 32. & debet ſolui ſiue in Eccleſia exempta ſepeliatur, ſiue ibi exequiæ fiãt 33 vbi probatur reuocata eſſe hodie per Gregorium 13. priuilegi mendicantibus conceſſa circà exemptionem ab abſolutione quartæ parrochialis 34. licèt quam plurimi contrarium protegant; præcipue debet ſolui vbi adeſt conſuetudo ſoluendi, pro vt adeſt in Regno Sardinę 35.*

35 *Argumentum procedit à paritate rationis.*

37 *Litterę Regiæ referuntur vbi ex exequijs Reginæ ſolui quartam funeralem præcepit celebratis in ciuitate Calaris.*

CAPVT XLI.

CVM Sereniſſima, & Catholica Elyſabeth Borbon Regina Hiſpaniarum, & domi-
1 na noſtra naturæ ſatisfeciſſet, † ſummo dictatori comune debitum preſoluens, à quo nec ſacrum diadema immune Ouid. l. amor.

Silicet omne ſacrum mors importuna profanat.
Omnibus obſcuras injicit illa manus

Nec iuuentus tuta, aut ſenectus priuilegio inherens conſtituitur. Carol. Marant. reſponſ. 23. ex num. 8. & reſponſ. 99. n. 3. tom. 5. Virgil. in mecenatis obitum.

Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta,
Non oblita rapit ſed tamen illa ſenes.

Matthæus Vegius in appendice Virg.

Heu mortem inuiſam? quę ſola vltri-

vltricibus armis.
Elatos frenas animos, communia toti
Genti sceptra tenens, æterna que fedęra seruans,
Qua magnos, paruosquè teris, que fortibus aquas
Imbelles, populisque, Duces seniumquè iuuentę.

2 Et ad Superos euolasset, † morte cum vita comutãns iuxta platonicã sententiã, quam refert Cicero apud Lelium Bisciolę horarũ succesiuarũ lib. 4. c. 18. versic. *quod verè*, nempè nostrã hanc vitã mortem esse, mortem verò aditum ad veram, æternamquè vitam: cui etiã concinit Brachmanum Indorum placitum apud Extrabon. lib. Gieorg. 15. existimantium præsentem vitam, quasi vigorem esse conceptorũ in vtero, mortẽ verò ortum in veram vitam: quo respicit exclamatio appostoli ad Rom. cap. 8. *Omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc.* Exhibẽs vitam hanc esse tamquàm vteri gestationem, mortem tamquã partum: sic Lælius Biciolæ loc. cit In Ecclesia Diui Augustini

3 Ciuitatis Calaris solemnissimè, † summoque apparatu exequiæ celebratæ fuere die 18. mensis Maij 1645. magno omnium luctu accedente, quem sibiextorsit intra precordia obsequij immaturus obitus, cui succumbens cũ Cicerone. lib. 1. Tusculan. apud Pancirol. de reb. memorabilib. Mund. tom. 2. tit. de exequijs mortuorum prædixit potentissima Regina.

Mors mea ne careat lachrymis linquamus amicis
Mærorem, vt celebrent, funera cum gemitu

Conductor quartarum funeralium sibi hãc deberi ex cęreis cęteris què rebus in tumulo apo-

4 sitis optauit; † cui conatui Regius patrimonialis fiscus sese opposuit, hanc quartam mini mè deberi contendens, tum quiàintortia, & cęreos ab excellentissimo Pro rege dictę Ecclesię Sancti Augustini in subuentionem fabricę, & monastertij donatos fuere asserebat; tùm quià Ecclesiam tamquam ex mendicãtibus exemptam, & immunem à contributione quartę funeralis inueniri afirmabat, tùm ratione dignitatis personæ, & qualitatis Ecclesię sub Regio patrona tu repositæ non deberi quartam hanc importunè prætensam ex rebus non comitantibus funus, conabatur: ad elydendam quã exactionem Saluaguardiæ Regiæ fuere obtentę, & ianuis Ecclesiæ afixæ, quarum causa inter ambo tribunalia dissidiũ iurisditionale extitit suscitatum, super solutione huius quartę funeralis.

Illustrissimus Archiepiscopus Calaritanus Don Bernardus dela Cabra accerrimus iuris-

5 dictionis Ecclesiasticæ clypeus, † cuius camera est Ecclesia Parochialis, intra cuius limites sita reperitur Ecclesia Diui Augustini, in qua exequiæ celebratæ fuere.

fuere, pro eo Promotor fiſcalis menſæ Calaritanæ dicebat in hac quarta funerali nullum habere ius Regium fiſcum, nec ad Regium ærarium amplius reuerti poſſe, cùm eò ipsò quòd cerei, & intortia tumulo inſeruierunt, ex illis ius ad quartā Parocho arrideat cap. 1. de ſepult. Clementin. dudùm eodem tit. quæ debet ſolui immunis ab omni onere Carol. Marāt. tom. 1. reſponſ. 5. num. 87. Moron. reſponſ. 52. num. 26. bonus textus in Clement. 2. ꝟ. verum de ſepultur. diminuens ad inſtàr legis falcidiæ cereos, & in
6 ſeruientia funeri, † à quo quarta hæc Parrochialis, ſiuè funeralis extrahitur Abbas in cap. de his 4. num. 9. in fin. de ſepultur. Franciſ. Leon. in theſaur. for. Eccleſiaſtic. cap. 14. num. 17. Aluar. Velaſc. conſultat. 105. part. 2. num. 12. cum ſequentib. Molfeſ. in ſumm. cap. 9. ex num. 15. tom. 2. Ioan. Baptiſta Ventrillia in prax. tom. 2. anotat. 31. ꝟ. vnic. num. 34. Lara de cappellan. cap. 25. lib. 1. num. 56. docentes illam deberi ex omnibus obuenientibus ratione funeris integrè, nō diminutè; nec mirùm, cum quarta canonica perſoluatur Epiſcopo, tamquàm portio legitima, prout patrono in bonis liberti, vel patri in bonis filij per-
7 ſoluitur: † Epiſcopus pater dicitur ſpiritualis, & patronus in ſua diòceſi, indè quarta ad inſtàr legitimæ illi in iure atribuitur ex Hoſtienſ. & Federic. Chochier. de Iuriſdict. in exēp. q. 6. n. 2. Carol. Marant. n. 90.

Non debetur ex cereis, † qui
8 per Fratres in manibus deferūtur tempore funeris ex conſtitutione Benedicti II. inſerta in bullar. Prædicatorum fol. 72. in illis verbis, *De candelis tamen, quas Fratres portant, portio non petatur*, & in Bulla Sixti IV. fol. dicti Bullarij 157. in illis verbis, *nec aliquo caſu de candelis, quę ad manus Fratribus dantur, quarta aliqua quomodolibet detrahatur*. Barboſ. de vniuerſis iur. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 24. n. 39. Paiaſec. in prax. p. 2. cap. 3. de uiſitat. regular. ꝟ. funaralium. Hieronim. à Sorbo in compēd. priuil. verſic. canonica portio. Petrus Tondut. cum alijs tom. 1. qq. canonicar. q. 88. num. 4. & num. 5. cum Barboſ. refert ſacram Cōgregationem negotijs Epiſcoporum, & Regularium præpoſitam ſub die 5. Martij 1616. reſpondiſſe, *intorſlitiorum, ſeu cereorū qui portantur per cōfraternitates ſeculares funera aſſociātes quartam funeralem non debent*. Vētriglia in prax. to. 2. anot. 31. n. 34

Tenetur Parochus in quartam imputare quidquid tacitè,
10 † vel expreſsè à teſtātis voluntate obtinuerit ex teſtatameto teſte Ioan. Baptiſta Coſta de ratione, & rata q. 144. nu. 20. Couarr. in cap. officij. num. 6. & ſeq. extrà de teſtam. Tondut. num. 2. ratio affertur in hoc text. cap. officij, quia quarta fu-

neralis dicitur, & est debitum necessarium, non voluntarium à præscripto legis procedens, non à conniuenti decedentium nutu, indè si quis testator Parocho, vel in suo casu Ecclesiæ matrici aliquid mandat, in cōputum huius quartę videtur reliquisse, tam quàm in extinctionem debiti necessarij, omni liberalitate seclusa, quæ, existēte ære legali, exterminatur, sic in præcisis terminis quartę funeralis pater Molin. Azor. Ricius, Tuschus, & alij penès Carol. Marant. respons. 5. tom. 1. num. 91. Iulius Lauor. var. elucrubat. tit. 2. cap. 3 num. 175 illuminat. Moron. respons. 52. n. 32.

Conatus Promotoris fiscalis tuta nixus anchora videtur; habet enim adsistentiā Iuris perse difficili negotio elydibilem circà inclusionem quartæ fune-
11 ralis, † quæ in iure canonica portio appellatur ex cap. 1. cap. relatum cap. de his. de sepultur. quę est quarta pars eorum, quæ funerando cadaueri deseruiunt. cap. cum supèr, de sepultur. Clement. dudùm eod. titul. potest tamē minui per consuetudinē, vel in ampliorem metam dissolui cap. antiquos 10. quæst. 1. cap. certificati. de sepultur. quæ debet exigi postquàm cadauer in Ecclesiam, ad quam
12 ducitur, peruenit; † non potest cadauer per plateas immatura, & anxia Parochi auiditate spoliari, & ornatu pompę, sub qua ad viuentium consolationem, & ad honorem glorię veræ lucis defunctus vehitur, alioquin spolians funus, quod etiā apud antiquos, execrabile visum fuit, testis est Plato lib. 5. de Republica apud Lęliū Bisciolę horar. succesiuar. lib. 4. cap. 20. lit. D. antequàm deueniat ad manus eorū ad quos spetat, & in Eccles. perueniat, excommunicationis maioris Parochus, vel alij cōtra veniētes rei cōstituuntur, Pereg. in cōpend. priuileg. Cleric. Regul. theatro, titul. canonica portio. in scholio ∬. in quam pœnā; Miranda in manuali Prælator. tom. 2. q. 48. à num. 14. Manuel. Rodriges apud Moron. respons. 52. num. 35. vbi Portel. dubia Regul. addit. sic
13 spoliantem funus perdere quartam funeralē, tenerique restituere omnia accepta, cadereque à iure omni, † & obnoxium reddi ad restitutionem cadaueris, prout anno 1660 fuit decisum in rota Romana ad fauorem fratrum Diui Francisci de Paula ciuitatis Calaris, & contra illustre capitulū Galaritanum.

14 Dixi funebrem pompam, † & viuentium refrigerio deseruire non mente perfuctoria, sed præmedita, Patet omnes illam his effectibus esse ad criptam respetu illorum, vel longa manu in diffusas expensas disolui, vel modestè in congruentem metam erogari, vt illæ superstitum consolationi inseruiant, & aliæ defuncti sufragio adscribātur,

tur, prout ad longũ Lauor. cap. 3. num. 126. vſquè ad nu. 132. Ioan. Baptiſta Vẽtriglia in loc. cit. n. 33. vbi alios cumulant; quæ prima inſpectio etiã apud Ethnicos varia iuxtà faciendi modos venata fuit, pro vt eſt videre penes Panciról. tit. de exeq. mortuor. lib. 2. memor conſtituitur Ouid. 6. faſtor. certæ ſolemnitatis funebris apparatus, quæ ad cineres defuncti recludendos ſtrepitu canẽtium verſante adhibebatur.

Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,
Cantabat mæſtis tibia funebribus.
Adde quod Aedilis, pompa qui funeris irent
Artifices ſolos iuſſerat eſſe decem.

Regius fiſcus in hoc Iuriſdictionali diſſidio pro excluſione
15 prætenſæ Canonicæ quartæ, † hanc non deberi ratione qualitatis cautæ, & temporis affirmabat: exequiæ Regiæ non in loco conditi cadaueris tumulo, ſed alibi fuere celebratæ, non illo pręſente intrà ambitũ nouendij iuxtà fuere cõfecta, iuxtà illud Oratij, *nouemdiales diſſipare pulucres*, in quo ſub arca recludi ſolet iuxtà textum in l. 15. qui 7. §. 1. de religioſ. & ſumptib. funer. Cuiac. lib. 11. cap. 21. quæ quidem arcæ, etſi olim plebeium ſepulchri genus arguebant, vt ex illo Lucani,

Da vilem magno plebei funeris arcam

15 poſteà tamèn magno in prętio habitæ, & à pręſtantibus quoquè viris ſunt vſurpatæ, quoniã arcarum beneficio, vt Theodoricus Rex grauiter dicebat, *cadauera in ſupernis humata ſunt, lugentium non parua conſolatio, & ſub maiori honore in futuram memoriam expoſita*, Caſſiador. lib. 3. var. Iacob. Reuard. l. 2. varior. cap. 4. & hęc ſepulchra in agris apud antiquos cõficiebãtur tex. in l. ſi quis ſepulchrum de relig. Petrus Victor. lib. 14. var. cap. 21. Liuius lib. 6. Decad. 1. Cicer. lib. 4. epiſtol. 55. Valenz. conſ. 18. n. 7. & 8. quo reſpicit lex 12. tabul. *hominem mortuum in Vrbe nè ſepellito, neuè vrito*, l. mortuorum, cod. dę relig. l. 3. §. diuus, de ſepulc. violat. neciuitas corrumperetur fętore, Cabrer. de metu lib. 2. cap. 5. nu. 89. vbi plurima exempla cumulat, nẽpè de Chriſto Domino noſtro, de Lazaro, de Iacob, & alijs, qui iuxtà morem regionis extrà męnia fuere ſepulti. Luar. var. tit. 2. cap. 5. à n. 84. Arguebat Regius fiſcus à diſcurſu temporis ab obitu Sereniſſimæ Reginę ad exequiarum celebrationem magno interuallo elapſi, & à diſtinctione Prouintiæ obitus defuncti in Hiſpania, & funebris recordationis in Regno Sardiniæ, excluſionem conatus Curiæ Eccleſiaſticæ: dicebat quartam ſolùm debitam eſſe ex funere, & luctuoſa pompa, quæ cada-
17 uer comitatur, † per text. in l.

funeris, ff. de relig. & sumpt. funer. ibi *funeris sumptus accipitur, quidquid corporis causa erogatur.* Extrauag. inter cunctas, §. de funeralibus de priuileg. funus namque dictum est à funibus, quibus ligare consueuerũt mortuos, vel sudaria mortuorum, vulgo *mortajas*, dum terræ tradebantur, vt tradit Zabarel. in dict. Clementin. dudum, §. verum n.4. versic, tertio quęro. Riccius decis. 670. par. 1. Barbos. loc. cit. num. 37. Lauor. dict. cap. 3. num. 198. Ioan. Baptista Ventrigl. dict, annot. 31. n. 2. de quo funebri apparatu deseruiente pro cadaueris conditione quarta tantum deducitur, iuxta Clement. dudum, de sepultur. & tradit Zerol. in prax. verbo legatum versic. vndecima conclusio, docens quartam Parrochialem solum deberi de ijs, quæ obueniunt ratione funeris. Ioan. de la Crux de statu religion. par. 2. cap. 9,
18 dub. 5. † Rodrig. to. 1. qq. regular. q. 39. art. 2. in fin. Peres de Lara de anniuers. cap. 25. lib. 1. n. 55. & hoc dum adhuc corpus traditum haud est terræ, quo humato quartam non deberi de obuenientibus, & exequijs, tamquam funeri non inseruiẽtibus dicunt Couarruu. in cap. fin. n. 6. de testam. Molin. de Iustit. tom. 1. tract. 2. disp. 215, nu. 9. Gutier. de Iuram. confirmat. p. 2. cap. 4. n 3. Caraccia de quarta funeral. cap. 1. Doctrina hæc fortiter constringebat; Expensę in celebrationẽ exequiarum erogatæ, nec cadauer comitabantur, nec funeri inseruiebant, illud iam diu tumulo cõditum reperiebatur, & illud magno apparatu pro qualitate tantæ personæ fuerat celebratũ; hæ exequiæ modernæ pro obsequio seruitutis, pro decorę dominij, pro reuerentia affectus, & pro maiori suffragio adhibitæ extitere à funere cadaueris segregatę, inde ex illis quartam non deberi Regius fiscus argumentum auspicabat.

Argumentum hoc claudicare non videtur; habemus creditores funerarios primum locum in concursu creditorum obtinere. Tanquam nitentes
19 causa religiosa, & pia, † pro vt est mortuos sepelliri, vt in l. at si quis sepulchrum, vbi glos. §. prætor, & in l. sunt personæ, ff. de religios. & sumptib. funer. quæ etiam apud prophanos sũma religione, & pietate fuit habita, vt post Arist. Platon. & alios tradit Maqueda in l. priuilegia, ff. de priuileg. creditor. n. 14. alij penes Acosta loco inferius citando; quos indistinctè omnibus creditoribus esse præferendos dicit tex. in l. at si quis, & in l. impensa, ff. eod. tit. de relig. & sumpt. funer. l. 2. de priuileg. creditor. l. quæsitum 12. ff. de rebus authorit. iudic. possidend. l. 1. §. impensa. 19. ff. ad leg. falcid. l. in restituenda, 4. cod. de iur. deliberand. l. funeris sumptus, 37. l. si quis 14. §. 11.

11. colonus, ff. de relig. & ſumptib. funer. qui textus euincunt iactam concluſionem, impenſam funeris antè omne debitũ hæreditarium deducendum eſſe, & creditorem pro illo expẽdentem eſſe omnibus creditoribus in illorum concurſu præferendum, & primo loco reponẽdum, docent communiter Michael Beuther par. 1. de Iure prælat. cap. 23. per tot. & par. 2. cap. 29. per tot. Ioannes Koppen. deciſ. 28. n. 15. Maqueda in dict. l. priuilegia ex n. 14. Garto de credit. cap. 4. quæſit. 11. ex nu. 910. Amat. reſol. 3. nu. 7. Laurent. Vrſell. legal. concluſ. cap. 67. n. 1. cum Fontan. Aluarad. Flores de Mena, & infiniti, Acoſta de priuileg. credit. regul. 2. ampliat. 1. n. 1. pluribus congeſtus Ioan. Baptiſta Ventriglia in prax. tom. 2. annotat. 31. §. vnic. nu. 22. cum ſequentibus infinitis cõgeſtis Berlinch. practic. concluſ. tom. 1. concluſ. 64.
20 nu. 84. † à qua prælatione non cadit creditor, licèt in ſtipulatũ, deducta fuerit funeris expenſa iuxtà textum in l. quod ſi maritus, ff. de conſtitut. pecunia, vbi reſpondit conſultus in fin. ibi: *quare ſi in ſtipulatum deducta fuerit funeris expenſa, dicendum eſt locum eſſe priuilegio, ſi modo quis abijciendi priuilegij cauſa non ſtipulatus eſt*; concordat tex. in l. aliam, ff. de nouationibus l. 4. §. 11. ex conuentione de re iudicat. Salgad. de laberint. credit. par. 3. cap. 11. n. 88. vbi tradit expendentem pro funere omnibus eſſe præferendum, licèt expenſas in ſtipulatum deducat.

Et non ſolùm præfertur creditoribus perſonalibus, & tacitam
21 tam hypothecã habentibus; † ſed omnibus indiſtinctè licèt expreſſa hypotheca potentibus per textum expreſſum in l. impenſa 45. de religioſ. vbi dicitur, quod funeris impenſa ſemper deducitur ex hæreditate, cum præcedentia omnium creditorum, quæ dictiones, *ſemper*, *& omnium*, & perpetuitatem ſignificant, & vniuerſalitatem: indè ne textus hic violentiam patiatur attribui oportet creditori pro funere expendenti prælatio, etiam in ordine hypothecam expreſſam anteriorem obtinentium; ſic fuiſſe deciſum, in Regia noſtra Audientia in concurſu bonorum Saluatoris Liperi Niolo, in concurſu hæreditatis Ioannis Andreæ de Hurra ſententia lata in confirmatione placiti Regiæ Gubernationis ex lectura præuia earum ſententiarum atteſtor; in Regia Gubernatione fuit declaratum in concurſu Thomaſij Scarparo, in concurſu bonorum Don Franciſci Sotgiu, & aliorum, quorum memor haud reponor, ſufficit pro omnimoda authoritate authoritas Senatus Sardoi, quæ apud me, & omnes ſub magno prętio conſtituitur: docent Ioan. Garſia de expenſis cap. 8. nu. 23. Berlinch.

linch. loc.cit. n.86. Acosta n.5. Ventriglia n. 23. Castil. decis. 103. Capic. Latro par. 1. decis. 47 n.8. Ioan. Michael Beuther de iur. prælat. par. 2 cap. 9. versic. non ab expresso pignore. Mainer. de pignorib. & hypothec. lib. 2. de priuileg. creditorum, vbi tradunt esse præferendum
22 expendentem pro funere doti,† pensioni domuum, & alijs creditoribus priuilegiatis expressa hypotheca sufultis. Carleu. de iudic. lib. 1. tit. 3. disp. 29. tract. de iudic. præcipuè ex n. 19. Donad. de renunciat. cap. 27. n. 35.
23 † vbi n. 29. tradit has expensas esse deducendas ex bonis fideicommisso subiectis. Censal. ad Peregrin. obseruat. art. 40. versic. secundo obseruo. Vrsell. cõclus. 67. nu. 1. debet tamèn ad hoc, vt hęc tam priuilegiata prælatio arrideat, expendi cor-
24 poris causa † antequam terræ tradatur per text. in l. funeris sumptus, ff. de religios. & sumptibus funeri, putà in emendo sepulchro, in custodiendo corpus, in emenendo syndonem, aut vestem, qua inuoluuntur cadauera, in cera, & clericis, qui illa ad sepulchra associãtur, quæ erogatio expensarũ tangit immediatè funus adscribens sibi antelationem auspicatam, dicit Iuris consultus in Lat si quis, §. funeris, de religios. Garsia de expensis cap. 8. n. 18. Pichard. Rodric. & alij penès Acosta n. 23. & hęc impensa debet esse modificata, vt ibi dicit, iuxtà qualitatem personæ, quę si tàm exigua esset, vt in dedecus de-
25 functi redundaret, † haud arridet locus repetitioni, vel pręlationi, & refert consilium Rebuffi circà quemdam, qui in sepelliendo quodam doctore apposuit duas candelas, & resoluit non esse locum repetitioni expensarum ob miseram modicitatem resoluentem se in
26 vilipendium defuncti, † idem consuluit Ludouis. decis. 78. n. 16. vbi n. 17. aduertit, quod si quis faciat impensam funeris tàm modicam, quæ potius cedat in contumeliam mortui, quàm honorem, pro illa non solùm non gaudet prælatione, sed eam repetere nequeat: itaque pręlatio, quæ competit pro expensis funeralium debet erogari pro corpore pręsenti, non iam humato, inter quas sub ingrediuntur vestes nigri coloris, quibus familia, & vidua superstites vestiri solent, quæ ad funeris sumptus pertinent. l. 1. §. fin. ff. ad leg. Falcid. Mastrill. decis. 10. Surdus apud Ventriglia n. 10. Medic. de sepultur. p. 2. q. 5. n. 19. Lauor. elucubrat. lib. 62. cap. 16. Matthias Berlinch. n. 87. cũ sequentibus, quæ omnes expensæ funerales intelliguntur cum cadaueris curam, vel humationem pertingunt, extrà quam sphęram repositæ nec ad funus pertinent, nec pręlatione aliqua inter creditorum conflicantiã potiuntur. Sic Lauor. Berlinch. Ventriglia, &

Acoſta locis citatis.

Pari paſſu dicebat Regius fiſcus patrimonialis procedere conſonum reponi reſpectu expenſarum exequialium, illas funerales haud nuncupãdas eſſe cum corpore pręſente, nec pro cadaueris recluſione appareant erogatæ: in ore illius funerales, ex quibus quarta parochialis debetur, ſolùm conſtituuntur, quæ corpore pręſente fiunt, non obuenientes, & adhibitæ, vel pro maiori pompa, vel ampliori ſuffragio, pro quo aſſumpto comprobando adducebat Doctores ſuperiùs relatos.

Huic obici Promotor fiſcalis Menſę Calaritanæ ſatisfacebat,
27 † ſeu magis ſatisfacere poterat dicendo cum Lauor. cap 3. nu. 191. Barboſ. loc. cit. n. 37. Zabarella, vbi proximè, opinionẽ contrariam niti ſenſu grãmaticali, de quo iura parùm confidunt cap. 51. quis. diſtinct. 36. non verò legali; iuxtà quem funeralia dicuntur, ſiuè antè corporis terræ traditionem, ſiuè poſteà obueniant ratione funeris, ſiuè in ſuffragium, memoriam, vel aliàs defuncti fiant, erogentur, vel adhibeantur, cap. cum inter. de verb. ſignif. cap. cum liberum, cap. in noſtra, de ſepultur. Federicus de Senis cõſ. 6. n. 2. vbi dicit funeralia, ſiuè mortuaria eſſe, quæ occaſione funeris obueniunt quocunquè tempore. Enriques conſ. 86. n. 9. Azor. par. 2. inſtit. moral. lib. 6. cap. 14. q. 1. verſic. funeralia, Portoles in dub. regular. verbo canonica portio. nu. 5. Hieron. Rodrig. dict. reſol. 18. n. 3. quos
28 ſequitur Barboſ. nu. 37. † ſiuè antequàm corpus ſit terra conditum, ſiuè poſt, etiàm vſquè ad trigeſimum diem, & quandò ſit memoria de funere, Calderin. com. 4. Siluestro verbo canonica portio. num. 15. §. 3. Ioan. Franc. Leo in theſaur. fori Eccleſiaſt. p. 2. cap. 14. nu. 12. Riccius deciſ. 670. p. 1. vbi agit de expenſis factis cum maxima pompa poſt diem funeris, & ſepelitum corpus, de quo caſu etiam agit Genuenſ. in prax. cap. 61. n. 1. reſoluentes ex his expenſis funeris deberi quartã Parochialem. Lauor. nu. 191. & 192.

Hinc ſacra Congregatio negotijs Epiſcoporum, & Regularium prępoſita ſemèl, & ite-
29 rùm partibus plenè auditis, † & nemine diſcrepante die 3. Auguſti 1621. & die 30. Maij 1624 cenſuit, quod ſi Parocho in die funeris fuerit tradita quarta ei debita, & ſequenti die, ſolemniori pompa in alia Eccleſia exequiæ fuerint celebratæ, ex funeribus ſecundo loco celebratis, deberi iterùm Parocho canonicam portionem, pro vt refert Lauor. dict. cap. 3. à n. 179. ad 196. Barboſ. dict. cap. 25. n. 38. & cap. 24. n. 38. & ad Tridentin. Seſſ. 25. de reformat. c. 13. non requiritur, vt exactio quartæ arrideat, pręſentia cada-
30 ueris, † & in funeribus extrà terram

ram

ram iaceat, sàt est intuitu funeris expendi, siuè antè reclusionem corporis, siuè posteà, dùm in memoriam funebrem luctus tendat. Sell. in select. canonic. cap.92. n.11.

Qualitas personæ, perspectio diuersitatis loci, & temporis intercapedo cũctata officere haud
31 poterat; † debetur quarta quãdo quælibet persona quolibet gradu reposita naturæ satisfacit, & eius exequię quandocunquè, & in quocunque loco celebrantur, pro vt in terminis resoluit Riccius in prax. for. eccles. par.1. decis.670. vbi, quartam funeralem defuncto Rege, Regina, siuè persona alia insigni, & post conditum corpus in patria, fiunt exequiæ in alio loco, deberi affirmat: exemplum affert de Regina Margarita Austriæ Matriti defuncta, cuius exequiæ Neapoli in Cathedrali Ecclesia summo apparatu fuere confectæ, resoluens ex cereis, qui à pro Rege donati fuerant prędictæ Ecclesiæ pro luctuosa pompa quartam deberi, cuius decisionis meminit Barbos. n.37. & Lauor. n.191.

Id ipsũ antè docuerat Marc.
32 Anton. Genuens. † in prax. cap. 61. n.1. ibi: *Moritur Rex, vel alia persona insignis sepelitur in patria sua, postea Neapoli, vel alibi fiunt exequia solemnes in Ecclesia, ponitur capsa, siue cęnotaphiũ cum culcitra, cęreisque accensis, canitur missa, ac si ibi adesset corpus mortuum, quaritur: an ista funeralia dici possint, ita vt de illis debeatur quarta funeralis? & videtur quod non, siquidem iuxtà notata in Clementin. dudum, de sepultur. funeralia dicuntur, qua cũ funere ducuntur; contrarium verò tenet Calder. cons.4. de sepultur. ex pluribus ad quem te remitto, & ità seruatur in Ciuitate, & Diocesi Neapolitana; nam Archiepiscopus Neapolitanus ab antiquissimo tempore exigit quartam partem omniũ cęreorum, qui accenduntur circà cadauer sepelliendum in quauis Ecclesia etiàm exempta, dum diuinũ officium peragitur, illamque exigit quando fiunt exequia aliquorum Principum, qui alibi sepulti sunt.* Doctrina hęc in terminis resoluit omnia dubia pro parte Regij fisci opposita, cõcludens funeralia dici obnoxia solutioni quartæ parochialis funebria omnia adhibita, siuè antè reclusionẽ cadaueris, siuè posteà, quæ licèt antelatione non potiantur quando sunt superflua in ordine ad creditores, respectu iurium parochialium pro funeralibus hăbentur, ac per consequens ex illis iure optimo quarta deducibilis constituitur.

Exemptio Ecclesiæ vbi exequiæ fuere celebratæ nullius apparuit roboris in fauorem co-
33 natus Regij fisci † patrimonialis prætensa arridere per Bullam Pij V. quæ incipit, *& si mendicantium* 41. sub dat. Romæ 16. Maij 1567. & 1571. in bullario tom.1. cuius verba refert Lauor. dict. cap.3. n.182.

Bar-

Barbof. n. 13. vbi decifiones, & Doctores indiftincte huius diplomatis Apoftolici mendicãtes omnes conftituunt immunes à contributione quartæ funeralis cumulant afferentes, addo Illuminat. Moron. refponf. 52. ex n. 1. 2. Molfef. in fumma tom. 2. tract. 15. cap. 9. num. 28. Petr. Tond. quęftion. benefic. tom. 1. q 88. quia priuilegium hoc, ad fauorem mendicãtium impartitum fuiffe reuocatum per Cõftitutionem Greg. XIII. in fuo refcripto incipienti, in tanta 9 fub dat. Romæ 11. Martij 1586. in Bullar. tom. 2. apparet, reducens materiam hanc ad terminos Clementin. dudũ, de fepultur. vt in Concil. Trident. feff. 25 de reformat. adiudicans Parochis quartam funeralem iuxtà dictam Clemẽtinam, omni femoto priuilegio exemptionis, pro vt hodiè obferuatur, præcipuè in hoc Regno Sardiniæ, & obferuari in ferè vniuerfo Orbe refert Fufcus de vifitat. lib. 2. cap. 2. n. 27. Barbof. loc. cit. n. 4. 19. & 20. Lauor. nu. 189. docentes deberi quartam funeralem etiam fi fepeliatur defunctus in Ecclefia exempta, attenta reuocatione priuilegij mendicantibus conceffi, & conftitutione communi in dicta Clementina inferta. Sic Carol. Marant. pluribus laudatis tom. 1. refponf. 5. n. 76. Petrus Tondut. n. 13. vbi fallere hanc doctrinam ergà Fratres Prędicatores Ordinis Diui Dominici afferit.

Et quatenus hęc priuilegia per Cõftitutionem Greg. XIII. non iaceret reuocata pro vt vo-
34 luere Cherubin. † in compend. Bullar. fuper dicta Bulla Gregorij XIII. Emanuel Rodrig. qq. regular. tom. 3. q. 74. art. 16. in fin. Tamburin. de iure Abbat. 1. difp. 15. q. 17. nu. 8. Lezana tom. 1. qq. regul. cap. 3. nu. 12. & 13. vbi plena manu protegunt hodierna tempeftate adhùc vigere intactum, inreuocabile, & obferuantia amplexatum priuilegium Mendicãtium circà exemptionem à folutione quartę funeralis per Piũ Quintum impartitum, Illuminat. Moron. refponf. 52. vbi agit de Monafterijs erectis poft Cõcilium Tridentinum, & anteà, concludens ad fauorem huius
35 exemptionis † adhùc tamen in hoc cafu ftante confuetudine, quòd ab omnibus Cęnobijs Mendicantium foluatur quarta in hoc Regno Sardiniæ, exceptis Prædicatoribus Ordinis Diui Dominici, quos haùd hanc foluere quartã in Ciuitate Safferis mẽ patet, in alijs locis ignoro, obligatio adeft foluendi illam per tex. in cap. fi terra cap. accedentibus de priuileg. vbi dicitur, quòd fi confuetudo adfit, quòd foluatur decima à religiofis, debet folui in pofterũ, nõ obftantibus priuilegijs illis impartitis, quæ infpectio eadẽ militat refpectũ quartæ, quia fub eodẽ marte materia quar-

tæ, & decimarum reponitur, sub eisdem regulis duplex hęc exactio confricatur, regitur & constituitur, Lauor. dicit cap. 3. num. 189. versic. & quatenus; consuetudo legem pręscribit in materia quartę ex cap. antiquos 10. q. 1. cap. 1. cap. certificati, de sepultur. Couar. in cap. offic. n. 6. Capicio. decis. 23. Zerol. in prax. p. 2. verbo legatum, versic. octaua, & nona conclusio; vbi post Abb. Innocen. & alios ait: quartam Parochialem deberi, stante consuetudine, non solùm de candelis, sed de omnibus obuenientibus Ecclesiæ ratione sepulturæ, & funeris, Barbos. de offic. Parochi cap. 25. n. 5. & de vniuerso iur. Ecclesiast. p. 3. cap. 24. n. 5. vbi ad id inducit Concilium session. 25. cap. 13. ibi: *Solita esse persolui*, Tamburin. dicta q. 17. nu. 3. quæ debet esse legitimè pręscripta, Moron. respons. 52. n. 5. Ioannes Baptista Spada cons. 20. n. 3. tom. 3. Argumentum constringere videtur;

36 ✝ nam data paritate rationis intèr decimas, & quartam funeralem in mente Lauorij, & comilitonum, debet idem ius sequi tamquàm intèr duo connexa, Octau. Caraciola decis. 18. nu. 27. pluribus laudatis Parexa de instrument. edit. tom. 1. tit. 7. resolut. 8. n. 22. & resol. 10. n. 27. nouissimè Ioānes Baptista Mucci quęstion. forens. 16. nu. 11. Ioannes Baptista Spada tom. 3. cons. 177. nu. 8. vbi hanc regulam procedere dicit etiàm in exorbitantibus, & pœnalibus. Contentionis huius certioratus extitit Dominus noster Rex Philippus Quartus ad instantiam Illustrissimi Archiepiscopi, qui tenoris sequentis literas Regias pro dubij propositi suspensione, & suæ voluntatis placito exhibendo concessit.

37 El Rei.

Illustre Duque de Montalto, primo, mi lugar teniente, y Capitan General. Nobles, y amados, y mañificos consejeros, hauiendo visto lo que me escriue el Arçobispo de essa Ciudad de Caller, en carta de diez y ocho de Agosto de este año, dando cuenta que las Exequias por la Reyna mi mui cara, y mui amada Muger, que Dios aya, se hicieron en el Combento de San Agustin de essa Ciudad, que està dentro de los limites dela Parroquia de Santa Olalla, camara de aquella Mitra, y que por el Arrendador de los derechos della, y por el fisco de la Curia Eclesiastica se ha pretendido la quarta funeraria del tumulo, y çera, segun se deue de derecho, y costumbre, y que teniendo notiçia mi Abogado fiscal de essa Audiençia se ha valido de Saluasguardias reales, para que no molesten à los Religiosos de aquel Combento, con pretexto que no se deue, y suplica mande, que no se le haga perjuycio en esto, pues es de Iustiçia; ha pareçido, que no hauiendo de entrar en mi Real Patrimonio lo que importa esta quarta funeraria, se entregue al Arçobispo, o à la persona, que en su nombre la tuuie-

tuuiere de hauer, y aſſi os encargo, y mando deis orden, que ſe cumpla, que eſta es mi voluntad. Datum en Madrid à 15. de Xbre 1645.

YO EL REY.

Don Clemente Menſa Secretario al Virrei, y Audiençia del Reyno de Sardeña.

ARGVMENTVM.

Sententia, quando dicatur nulla prolata nõ receptis teſtibus per partes oblatis, & quid Senatus Sardous ſenſerit in hoc dubio, refertur; publicatio teſtium non obſtat vlteriori examini quando fuerunt recepti ad perpetuam rei memoriam.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata omiſſis probationibus vtrum ſit nulla, vel iniuſtas variæ ſunt opiniones. 2. & refertur cõmunis opinio cui adheſit Senatus Sardous. 3.*

4 *Sententia remanet nulla ſi proferatur adhuc non receptis teſtibus ex culpa Iudicis, ſi pars ex parte ſua omnes diligentias. fecerit. 5. ſic fuit deciſum in Regia Audientia. 11.*

6 *Commiſſarius examinis teſtium non poteſt recipere nouos articulos, vel reinterrogatoria; nec tenetur facere citare partem ſi in loco iudicij fuit citata. 7.*

8 *Teſtes ſufficit citare in termino probatorio, & procurari examen ad hoc, vt valeant examinari poſt illum: maximè ſi adhùc non eſt adhibita eorum publicatio. 9. & poſſunt examinari poſt terminum quandò publicatio fuit nulla. 10.*

12 *Probationibus ſempèr ſolent fouere ſupremi Senatus, vt amplientur, non coanguſtentur, & in dubijs probatio omnis debet admitti: 13. & valet conſequentia, prodeſt articulus ad probandum, ergo debet admitti. 14. 15.*

16 *Teſtes publicatis atteſtationibus poſſunt recipi, ſi pars altera contrarium probauerit, vel impugnauerit teſtes, ad corroboranda quorum dicta poſſunt examinari de nouo alij teſtes; fuiſſe deciſum ſic in Regia Audientia refertur: & quando teſtes ſunt examinati ad perpetuã rei memoriam non obſtat eorum publicatio, ſic fuiſſe obſeruatum in Regia Gubernatione, refertur. 17.*

18 *Inuidia iuxta Senecam verſatur in vicino.*

19 *Libros edere etiam in re ſatiſtenui multum ſudoris ducit; & quis non debet inſpicere tenuitatem libri, ſed materiam, qua in illo continetur. 21.*

22 *Liber non poteſt componi nouis quaeſtionibus, & rebus ſelectis, languida etiam debet continere, vt omnibus proſit; referuntur exempla hanc aſſertionem confirmantia.*

CAPVT XLII.

DVBIA reperitur quęstio inter Doctores,
1 † vtrum sententia, omissis probationibus, lata sit nulla ipso iure, vel iniusta: aliqui eam vitio nullitatis subijci tamquàm contrà ordinem iudiciarium latã, & contrà ius naturæ probationes defensionem concernentes abducentem putarunt: alij iniustitia affici per medelam appellationis sananda dixere; placitum illorum in distincta arbitria diffusum sub vnicordi fędere haud quiescit, dissidium habet, sub pugna ambulat, vt est videre penès, Vant. de nullit. sent. ex defect. proces. num. 38. Anton. Gabriel. cõmun. conclus. tom. 2. concl. 9. n. 5. Osasch. decis. pedam. 146. n. 16. Triuisan. decis. 53. lib. 1. Crauet. cons. 165. colum. 5. versic. non obstat, Salgad. de Regia protect. par. 2. cap. 1. n. 134.

Pars negans dari nullitatem in sententia, non receptis probationibus, pronunciationem
2 obtinente; † sed tantum sub iniustitiæ nota reponi tutior videtur, nixa textu in cap. cum I. & A. de re iudicat. ibi: *minimè publicatis*; vbi sententiam latam petita testium publicatione, & denegata validam esse habetur, Guid. Pap. decis. 586. rationem adsignat, Gratian. discept. 266. n. 10. quia in ciuilibus probationes non sunt de substantia iudicij, sed pars grauata tenetur appellare, aliàs sententia transit in iudicatum, vt etiam dicebat Surd. cons. 223. n. 21. & decis. 36. n. 6. vbi tenet probationes non concernere ordinem iudiciarium, sed iustitiam partium, & ideò illarum omissionem iniustitia affici nõ nullitati vacare per tex. expres-
3 sum in l. prolatam, † cod. de sentent. cap. bonæ 1. vbi innocent. & alij extra, de elect. hæc opinio stabilita tot iuribus videtur tutior, vt dixi, quidquid alij, vt suprà dubio affecti appareant. Huic opinioni inhęrebat nobilis Antonia Manca, & Giagaracho Ciuitatis Sassaris in lite, quæ vertebatur in Regio nostro Sardoo Senatu cum nobili Don Matthęo Pilo, & Sucharello, cuius memor fui supra cap. 9. obtulerat ad probationem articulorum affixorũ nobilis prædictus de Pilo notam testium, hi fuerant citati intrà terminum probatorium, quibus non receptis, nec examinatis, Senatus ius dixit super causa principali: sententiam hanc fuisse nullam tamquàm latam non receptis testibus, & probatione confecta per eum proposita conatus fuit; conatui fortiter vidua de Giagaracho resistebat sententiam nullitate vacare, iniustitia tantummòdo affici, ex defectu appellationis

in iudicatum fuiſſe translatam, prætendens: hæc prætenſio nitebatur iuribus, quæ tibi delineaui, quæ euincunt ſententiã omiſſis probationibus latam non eſſe nullam, ſed iniuſtam, tranſitum facientem in rem viduatam ex defectu appellationis, Fontanell. deciſ. 442. nu. 8. par. 2. Octauian. Succar. deciſ. Lucen. 25. n. 40.

Opinio hæc, ex diametro alteri oppugnans, ad fœdus reducitur per Doctores diſtinctione
4 ſequenti adhibita, † vel omiſſio probationis ſe tenet ex latere Iudicis, vel ex latere partis; ſi teſtes examinati haud apparent ex culpa Iudicis, tunc ſententia eſt nulla; ſi defectus examinis habet ſe ex parte partis litigantis, tunc iniuſtitia cõmittitur in pronunciatione ſententiæ omiſſis probationibus, non verò nullitas, quæ tantùm adſcribitur culpæ Iudicis, nõ partis, ſub hac diſtinctione germanantur placita repugnantia Doctorum, ſub hoc fœdere ad fœdus reducuntur, pro vt eſt videre penès Alex. conſ. 105. colum. 1. verſic. accedit volum. 5. Maſcard. de probat. concl. 1296. n. 41. tom. 3. fol. 244. ibi: *Idem eſt ſi ſententia lata ſit ſinè probationibus; erit enim ipſo iure nulla, & ſic pro ea non erit præſumendum, dummodo id non ſteterit per partem contra quam pronunciauit, ſed euenerit culpa Iudicis*. eamdem diſtinctionem tenet Anton. Gabriel. lib. 2. concluſ. 9. tit. de ſent. nu. 7. ibi: *Limita niſi Iudex probationes, quas pars facere offerebat, non admiſerit, quia tunc ſententia eſſet ipſo iure nulla*; vbi cumulat Bald. Anton. de Butrio, & alios.

Itaque ſi teſtes examini ſuppoſiti ex culpa Iudicis haud depoſuerint, tali hypotheſi ſentē-
5 tia ſubſequenda † nullitate afficietur ob hunc defectum probationes abducentem, quæ defenſionem concernunt, & ſic ius naturale proueniēs à manu moderantis ipſam naturã tribuentis facultatem defenſionis vnicuique ad ſui ipſius tutamen, quæ in probationibus videtur radicari, & quam Iudex prohibens petit contra hoc ius, & per conſequens nullitatem contrahit, ſi verò à parte contraria haud phyſicè concurrente per ſe ad prohibitionem probationum iniuſtitia ſubſequetur in tali prohibitione iuxtà fœdus Doctorum, cui Regia Audientia annuit, ſequuntur Antonius Faber. in Codic. tit. de teſtib. 15. lib. 4. definit. 60. fol. 338. ibi: *Niſi fortè proponas oblatos fuiſſe iudici teſtes, aut alios probationis modos, quos admittere Iudex noluerit*: quo caſu concludit ſententiam, hoc non obſtante ſequutam, eſſe nullam Carr. de remed. contra præiudicial. ſent. except. 136. n. 3. fol. 588.

Don Matthæus Pilo circà probandum valorem bonorum Aſſeſſoris Angeli Giagaracho
6 articulos formauerat, † teſtiũque

que nomina ediderat ad illos comprobandos; illorum examē fuerat cōmissum spectabili Gubernatori Sasseris, per quem partis aduersæ reinterrogatoria fuerant admissa, sed iure non fouente: interdicitur Commissario accipere interrogatoria circà examen testium, cū hæc debeant præsentari coràm Iudice causæ principalis, à cuius Tribunali litteræ testiū receptoriæ expediātur, Franc. Marc. decis. 427. nu. 2. Ludouis. decis. 466. n. 2. vbi Beltramin. lit. E. ita fuisse decisum refert potestate vacare commissarium admittere nouos articulos, vel interrogatoria testium circà iam propositos, plenè Fontan. decis. 487. nu. 9. Postio de manuten. obseruat. 94. ex nu. 14. mera facultas examinandi testes illi

7 committitur,† non plena iurisdictio indulgetur, & sic non tenetur facere citare partem ad videndum iurare testes, si in loco iudicij fuit citata ad hunc effectū; quia vt dixi ministerium, nec dum examinis testiū cōmendatur cum continuatione actus præcedentis, tamquàm si in loco versantis tribunalis negotium perageretur, Seraph. decis. 106. nu. 3. vbi Theodos. Rub. qui docet hanc nouam citationem nō requiri Ioan. Baptista Ventriglia in prax. annotat. 31. §. 1. n. 6. in fin.

Fuerant Commissario oblati testes, & sæpius instata, ac optata eorum receptio, qua inte-

8 gra non existente,† ad regiam Audientiam plica examinatorum fuit transmissa, in qua ad fauorem nobilis Antoniæ Manca, & in odium Don Matthæi Pilo extitit declaratum contrà hanc sententiam dictum fuit de nullitate tamquàm prolata non receptis testibus ex culpa Iudicis, qui noluit recipere testes in quo actu nititur hæc culpa ad mentem Antonij Fabri loc. cit. non enim ad partes attinet illos recipere, quorum receptio est actus iurisdictionalis per iurisdictioni vacantē exercendus, satisfiunt in termino probatorio nomina testium offerre, instare, ac solicitare Iudicem, & Notarium pro illis recipiendis, quos si recipere noluerint, dicerentur in culpa, & illa vacare partes litigantes iuxtà doctrinam Bartol. in l. damno 8 §. Sabin. 11. ff. de damno infecto n. 8. sub fin. Minsiger. centur. 6. obseruat. 57. n. 6. Marant. in prax. tit. de dilat. par. 6. n. 29. & tit. sin autem prod. test. n. 8. Matthias Berlinch. practicar. conclus. cum alijs tom. 1. tit. 38.

9 de termino probatorio n. 43. † maximè si non esset adhuc facta eorum publicatio, Capic. decis. 90. n. 3. vbi tenet testes citatos in termino posse examinari post illum, si non fuit sequuta illorum publicatio, Paul. Staiban. resol. 54. tom. 1. n. 31. quæ non nocet, si nulliter fuerunt examinati, Farinac. de testib. q. 75. n. 98. vbi docet posse ite-

iterum poſt publicationẽ exa-
mini nouo ſupponi teſtes, quã-
do examen primum nullitate
10 afficitur † Cyriac. Niger. cõtrou.
245. n. 13. fallit quãdo nullitas ſe
haberet ex latere ipſiusmet par-
tis, qua hypotheſi non eſſet lo-
cus ad hoc nouum examen ob-
tinendum Peguer. deciſ. 63. n.
1. & 2. tom. 2.

Senatus die 23. Iulij anno
1661. relatore Don Ioãne Ma-
11 ria Bonfant, & actuario Carta, †
ſententiam, non receptis com-
pletiuè omnibus teſtibus, pro
parte Don Mathei Pilo ſubmi-
niſtratis, prolatam pro nulla
habuit, declarauit, àc pronun-
ciauit, iterum cum præfixione
noui termini ad omiſſorum re-
ceptionemi illũ admittens. Hu-
ius placiti motus adhæſit fæde-
ri prædicto circà nullitatem
ſententiæ, ob non receptionem
probationum, ex latere iudicis
cauſam ducentem patientis ad-
ſcripſit defectum examinis Re-
gia Audientia Iudici comiſſa-
rio, ſicquè pro nulla habuit ſen-
tentiam ſubſequutam, ad illam
impulit interponẽdam doctri-
12 na cunctata, † & etiàm fauor
probationum, *quas Senatus no-
ſter*, vt cum Fontanell. Loquar.
deciſ. 101. num. 24. *plenius be-
nignitate lapſis porrigens manus ſẽ-
per fouet*, nè earũ defectu ius par-
tis pereat, Surd. deciſ. 43. num.
5. & deciſ. 277. num. 9. Gra-
cian. diſcept. forenſ. cap. 892. n.
11. quos laudat, & ſequitur Fõ-
tanell. loc. cit. Cyriac. Niger.
tom. 2. controu. 349. num. 35.
vbi cum Burſat. & alijs dicit,
Principem actus ſuos regulan-
tem non ſolum à iuſtitia fori,
ſed à iuſtitia poli fauore verita-
tis inquirendę, àc adiuuãdę, non
ſolere coanguſtare probationes,
ſed illas ampliare.

Fauor probationũ ad inqui-
rendam veritatem, quã ſibi ex-
torquet, præcipuè in ſupremis
ſenatibus, vbi pro ſcopo æquitas
13 recolitur † cap. 1. de ſentent. & re
iudicat. l. 1. §. ſi quis Vltrò, de
quæſtionib. Valençuel. conſ. 75.
num. 25. Fontan. deciſ. 547. n.
19. Carol. Marant. reſponſ. 77.
num. 8. tom. 5. Magna in cau-
ſa fuit ad ſententiã hanc annul-
latiuam primæuę obtinendam,
quarum repetitus fauor ſibi ad-
ſcripſit cõmune brocardicum:
*probationes eſſe ampliandas non
coanguſtandas* ex text. in l. quo-
niàm in fin ff. de hæred. inſti-
tuend. l. 3. §. eiuſdem ad fin. ibi:
*non vtiquè ad vnã probationis ſpe-
ciem cõgnitionem ſtatim alligari de-
bere* l. ſerui 11. ff. de teſtib. l. nec
omiſſa 15. cod. de reb. credit. ibi:
*cum ad examinationem veri om-
nis iure prodita debet admitti proba-
tio*. Exornant Hypolit. de
Marſill. in rubric. cod. de pro-
bat. artic. 443. aliàs 461. Patia-
nus de probat. lib. 1. cap. 5. ex
n. 9. Ioan. Petrus Surd. deciſ. 277
num. 1. lib. 1. & 331. num. 4.
lib. 2. vbi omnes inculcant, ac
commendant theorema propo-
ſitum, probationes eſſe omni
modo, via, ac ratione amplian-

das

das, vt veritas elucescat, non restringendas, Fontanell. decis.
361. n. 12. tom. 2. Garzia de nobilitat. Gloss. 7. ex num. 55.
Matthias Berlinch. practicar.
conclus. tom. 1. cap. 38. n. 84.

A quo theoremate auspicatur consequentia subsequens;
prodest ad probandum articulus propositus, ergo admitti debet, & hoc non prosit licèt ad
faciendam semiplenam probationem, † vt inclusio, & ad-
14 missio habeat locum, sufficit vt
deseruiat pro aliquo adminiculo quomodolibèt, sic docet cum
Bald. Iacob de Butrio, & alijs
Anton. Faber. in codic. lib. 8.
tit. vnde vi deffinit. 39. fol. 954.
Afflic. decis. 7. nu. 1. *ibi: nam*
Iudex debet admittere omnes probationes in causa, siuè faciant plenam,
siuè semiplenam probationem,
siuè inditium, siuè aliud adminiculum. Fontan. de pact. nuptia-
lib. claus. 6. tom. 2. Glos. 3. p. 3.
num. 48. & quandò adest dubium, vtrùm articuli sint im-
15 pertinentes, † tamquam concernentes probationem nullius
roboris fauore illius, ex capite vt
pateat adictus ad viam laxiorē,
sempèr pro illorum admissione
debet declarari: sic Castill. cum
alijs decis. 136. tom. 2. Ioan.
Baptista Ventriglia in sua
prax. t. 1. annotat. 30. §. vnic.
num. 7. & 15. vbi dicit, tali hypothesi, esse admittendos ad hibita clausula: *saluo iure impertinentium*.

Hæc habetur causa, vt publicatis attestationibus, detur locus
vlteriori testiū examini ad in-
16 quirendam veritatem, † & nè
probationes in restrictam metam recludantur, si pars altera
contrarium probauerit, vel probare conetur: pone casum, me
super aliquo capitulo probando obtulisse testes, qui in mei
fauorem deposuerunt, pars altera probat contrarium fortiori
probatione, vel meos testes impugnat: tali casu ad corroboranda dicta priorum testium,
non obstante illorum publicatione, possum alios testes de nouò producere, & offerre. Vidi
sic practicatum in Regia Audientia in duplici occasione, &
in Regia Gubernatione millies,
fuisse decisum per prædictam
Regiam Audientiam ad fauorem Leonardi Romanella anno 1647, recordor, etiam per doctrin. Innocent. in cap. cum
clamor. 53. sub num. 2. versic. item vbi de testib. Farinac.
quæst. 75. sub. num. 155. Marius Giurb. decis. 73. Cyriac.
Niger controu. 228. tom. 2. n.
5. reddens rationem, quia ille
poterat de suis testibus confidere, nec habebat diuinare quid
testes aduersarij essent dicturi:
immò verisimilitèr proptèr probationes à se factas poterat credere alios non probaturos. Posset
17 iterum † procedi ad nouū testium examen, publicatis attestationibus, quandò testes fuerunt examinati ad perpetuam
rei memoriam, qua hypothesi,

corum

eorum publicatio non impedit
vlterius examen, vt fuit decla-
ratum in Regia Gubernatione
anno 1663. in menſe Septem-
bris, relatore Doctore Franciſ-
co Zucca, & Notario Franciſco
Imponti ad fauorem curatricis
hæreditatis Saluatoris Liperi
Rios anno 1661. violentèr in
Scala de Choca ex ictu Archi-
buſij occiſi, & in odium Don
Gauini Roſſo, ex ſingulari do-
ctrina Farinac. de teſtib. q. 75.
n. 231. Matthias Berlinch. pra-
ctic. concluſ. tom. 1. cap. 40. n.
30. cum alijs.

Nouitate vacare huic capiti
affixa, & tironibus iuris aperta
eſſe quamplurimi autumabūt,
18 de quo puncto dubito, † emu-
latio intra menia depaſcēs, iux-
tà illud Senecæ de breuitat. vi-
tæ cap. 15. *in vicino verſatur in-
uidia*, & Heſiod. in operibus,
& diebus: *ſemper vicinus vicino
eſt æmulus*. Hæc tenuis laboris
eſſe tamquàm in ſatis re aperta
verſantia muſcitabit, quod ſa-
næ mentis depoſito omni vepe-
rino dente, denegabit; patet sē-
tentia Plinij Iunioris lib. 6. epi-
ſtol. 17. ibi: *Eſt enim res diffici-
lis, ardua, faſtidioſa, & quæ eos à
quibus contemnuntur, dedignatur* lo-
quitur de librorum editione,
quam etiam in re leui parere
ſudoris copiam teſtatur Sidon.
lib. 8. epiſtol. 3. *qui tamen doctis
perſonis, non tàm fonte, quam fron-
te ſudantur*: vide Franc. Maria
de Prato practicar. obſeruat. cap.
75. Solorzan. de iur. Indiar. in
epiſt. ad lector. lit. M. in ſua
19 Politica. † Profitentur in aperto
omnes huic rei operam dantes,
laborem ferè extrà vires huma-
nas repoſitum in libris legalis
ſcientiæ elaborandis, eò magis,
ſi in foris frequentare neceſſe ſit
ad clientum iura tutandum, &
voluminoſa proceſſuum folia
conſulendum, qui expenditur;
dignus laude eſt conatus hic, vt
dicit Seneca lib. 1. epiſt. 8. Caſ-
ſan. in catal. glor. mundi, par.
10. conſid. 28. & alij penès Frā-
ciſcū Mar. Prato loc. cit. nec in-
tereſt, quod ſit liber parui vo-
luminis, cum non continēs, ſed
contentum debeamus inſpicere
Plin. Iunior. lib. 5. epiſt. 6. ad fi-
nem. *Si nihil inductum, & quaſi
deuium, loquitur, non epiſtola quæ
deſcribit, ſed villa quæ deſcribitur
magna eſt*. Sydon. Apollon. lib.
2. epiſt. 2. *quapropter bonus arti-
fex & arbiter lector non paginam,
quæ ſpatia deſcribit, ſed villā, quæ
ſpatioſa deſcribitur grandem pronū-
ciabunt*; permultas igitùr tra-
nari vigilias, multos inſōnes no-
ctes ſubire, cum inacceſſibili fe-
rè labore eſt neceſſe in elaborā-
dis Aſtreæ ſcientiæ libris, nec
alia via arripi, excogitari, vel
aſciri queit ad conculcandam
tam ſpineam ſemitam, niſi per
vigilias, ęrumnas, & incommo-
da, vt author ſaltim perpetui-
tatis memoriæ ſibi extorqueat
monumentum, à temporū vo-
racitate immune. Ouid. lib. 4.
triſt. Eleg. 3.

*Ardua per præceps gloria vadit
iter.*

 Et

Et Propert. lib. 4. Eleg. 11.

Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria vires:
Non iuuat ex facili lecta corona iugo.

Prædixi me omnium, quæ in hoc libro continentur antesignanum esse, & primum lapidis motorem, licèt omnium imbecilliorem, repellendum ob tenuitatem virium ab opere arrepto, vt increpabat Annibal Formionem apud M. Tullium 2. de orat. Hanc lauream mihi adscribo, vindico, & adsigno, puta nunc si nota afficiar Sena-
21 tus placita etiàm circà leuia, † vt diiudicas, subsequuta tibi proponere, vt illius mentem teneas, & sequaris: non integer liber nouis quæstionibus, & stillo ferreo debet ornari; nam teste Gosetao in epistol. *Pleraquè fortasse reperies languida, & non semper idem floribus est honos, nequè vno luna rubens nitet vultu.*

Plinius Iunior. lib. 3. epistol.
22 13. adamussim, hoc exhibet. † *nec verò affectáda sunt semper elata, & excelsa; nam vt in pictura lumen non alia res magis, quàm vmbra commendat, ita orationem, tam summiter, quàm attollere decet* Solorzan. de iur. Indiar. 1. tom. lib. 1. cap. 4. n. fin. corpus libri membris diffusis componitur, illa non sub æqualitate reponuntur, alia fortia, alia debilia, alia languida, alia virilia, alia pulchra, diformia alia, in quorum diuisione audiat lector Petron. in Catalect.

Inueniet quod quisque velit, non omnibus vnum est,
Quod placeat hic spinas colligit, ille rosas.

Nec velim sis immemor versus Martialis, quem refert Franc. Maria de Prato tom. 1. discept. in epistol. ad Lectorem.

Sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala plura,
Quæ legis hic, aliter non fit, amice, liber.

Nostri Senatus decisiua vota habes huic paginæ plurima mandata, mentem illius ex illis percipe, siuè humili, vel rudi stylo sint exarata: *quid prodest aurea*, dicebat D. Augustinus lib. 4. de Doctrina Christian. cap. 11. apud Solorzan. in Politic. in dedicat. *Clauis, si aperire quod volumus non potest, aut quid obest lignea, si hoc potest, quando nihil quærimus, nisi patere quod clausum est.*

ARGVMENTVM.

Vtrum possit dici aliquis ante obitum Beatus. Bannitus tempore delatæ tutelæ legitimæ, cessante impedimento bannimenti, recuperat tutelam, si proximior tèpore, quo fuit delata, inueniebatur. Proximior vocatus ad celebrationem Missarum, si semèl quis eligatur, non potest remoueri, licèt accedat proximior tractu temporis effectus.

SVMMARIVM.

1 *Vita beatitudo ab exitu illius est auspicanda, & nemo ante illũ potest dici beatus. 2. Ratio petenda est à temporum varietate. 3. 6.*

4 *Felicitas humana dum matura est, decrescit, & rumpitur.*

5 *Templũ Diui Gauini laudatur.*

7 *Puluis tormentarius in aliquibus Indiæ partibus naturalitèr producitur.*

8 *Deus Dominus est vitæ, ac necis.*

9 *Casus præsentis controuersiæ refertur.*

10 *Contentus quis debet esse acceptis, quando hac prouenere ex fortuito euentu, & non debet dolere de illorum amissione.*

11 *Proximior in Capellania potest vocari, & ille intelligitur, qui tempore delatæ successionis inuenitur habilis: fuit declaratũ in Mensa Turritana 12. & non potest amoueri licèt superueniat tractu tẽporis alius magis propinquior 13. & referuntur plures rationes pro hac opinione firmanda 14. 15. 17.*

16 *Actus legitimus semèl perfectus non potest infitiari, licèt perueniat ad terminum, à quo incipere nequeat.*

18 *Tutela defertur ad instàr successionis facto computo iuxtà ius ciuile, etiàm in causis Ecclesiasticis. Defertur proximiori subsequenti primo repudiante. 19.*

20 *Mutua debet esse inter homines auxiliatio, vt minores per maiores, debiles per potentes coadiuuentur.*

21 *Tutores, vt plurimùm sunt tollitores, & Pupillorum hostes.*

22 *Tempus est rerum vorax.*

23 *Proximior in tutela delationis tẽpore repertus temporalitèr inhabilis vt minor, vel bannitus remouetur ad tempus à tutela, & interim Iudex adsignat datiuũ minori, posteà remoto impedimento recuperat tutelam, fuit sic decisum per Regiam Audiẽtiam, & probatur. 24. 25.*

26 *Tutor testamentarius si decedat, alij Contutores remanent in tutela testamentaria: et si bona sunt multùm pingua, tunc ad arbitriũ Iudicis reponitur, quod possit alium in loco defuncti locare.*

CAPVT XLIII.

FIRMANDVM videtur placitũ Ethicorũ, intèr velamen cęcitatis veritatem allucinantium, circà beatitudinẽ vitæ ab exi-
1 tu illius auspicandam; † dies posteriores esse testes sapiẽtissimos dixit Pindarus in Olymp. Ouid. lib. 3. Metamorph.

dicique Beatus
Antè obitum nemo supremaquè funera debet.

Censuerunt, credo, non fallaci auspicio, neminem Beatum reperiri, nisi honestissimo, & fęlici exitu cursum concluserit,

 cuius

cuius termino inhęret humanę beatitudinis repositio. Auson.

Tunc dico beatam vitam, cum peracta facta sunt
Expectare solum finem docet ortus Athenis.

Solonis fuit hęc firmissima sententia, quam sequuti fuere Valer. Maxim. 1. q. cap. 2. Cicer. 3. de finib. Plato in Epim. lib. 3. cap. 4. Euripid. apud Picolgrad. 9. cap. 9. huic etiam sententiæ adhæsit, deducens ad conatus corollarium conclusionem hãc: *Vnus dies de omnibus fert sententiam*. de vltimo intellexit, cui adscripsit complementum fælicitatis, lauream beatitudinis, & conclusionem totius operis, qua adhùc nõ adhibita, & ignota, complementum deficere adhùc credebat: hanc causam respiciens dixit Ecclesiast. cap. 21. *antè mortem nè laudes hominem*.

Petenda est ratio iuxtà Senec. lib. 1. controuer. in proemio
2 à temporum intercapedine, † & varietate fortunæ, quæ Beatorum numero, nisi functum vita adscribit neminem; veritatem hanc Plinius lib. 7. cap. 40. non obscurè exhibet, & firmat; *quid, quod iste calculs colore laudatus dies originem mali habuit, quàm multos accepta afflixere imperia? quam multos bona perdidere, & vltimis mersere supplicijs; ità est profectò alius de alio indicat dies, & tamèn supremus de omnibus*. Abeunt omnia in hũc nascendi, pereundiquè fatalem girum, variabilem fortunæ rotam, mouibilem temporis cursum, & longæuum nihil, æternum nil in hac machina sublimari reponitur; attolle lumina, & hæc perspicacia acue lustrando rerum humanarum alternas vices, vt in Oceano æstus: tu surgis, ille cadit; ille dominatur, tu fortunæ bili expositus, illius dominio collũ submittis. Varietatem hanc flexibilem omni motu, intercapedini cuiusquè ætatis disseruien-
3 tem † considerans Iustus Lypsius lib. 1. de const. cap. 16. dixit: *Italia sceptrum tenuit, nunc seruiat; vos Gothi, Vandali vos, vos fex Barbarorum prodite è latebris, & gentibus imperate per vices. Adeste etiàm pelliti vos Scitha, & potenti manu paulispèr habenas temperate Asiæ, atque Europæ; sed isti ipsi mòx discedite, & Epirum relinquite ills ad Oceanum genti; fallor enim? an Solem nescio quem noui Imperij surgentem video ab Occidente*. Elegantèr Manilius lib. 1. Astron. istos Regnorum casus, vicissitudines temporum, fortunæ casus, quæ homines, vt pilam ducit, ludit, & illudit. Senec. apud Don Didac. Altomirand. codic. de filijs official. qui in bell. moriuntur ad l. 1. nu. 20. canens, vel vt veriùs dixerim, lugens, dixit.

Quòt post excidium Troia sunt Eruta Regna?
Quòt capti Populi? quotiès fortuna per Orbem
Seruitium, Imperiumquè tulit, varièque reuertit?

Troia-

Troianos cineres in quantum oblita reſouit
Imperium, fatis Aſiæ iam Græcia preſſa eſt,
Secula dinumerare piget, quotieſquè recurrens
Luſtraret Mundum vario Sol igneus Orbe:
Omnia mortali mutantur lege creata,
Nec ſe cognoſcunt terræ vertentibus Annis.
Exutas variam faciem per ſecula gentes.

Quò dilapſa fuit Antiquiſſimæ, & numquàm ſatis laudatæ Turrium Vrbis Romanorū coloniæ ſuperbia,
4 † nobilitas, & dominatio? in puluerem diſſoluta iacet: magna Imperia limites ſuos habent, dixit Iuſtus Lipſius in Centur. 3. Epiſt. 31. ad Belgas, *quò cum venerunt, ſiſtunt, retroeunt, ruunt*, quod eſt idem, quod dicebat Quintilian. in ſuis declamat. *neſciunt diù ſtare ſucceſſus, & quotiès vltrà pro-*
5 *dire fœlicitas non poteſt, redit*; † & Senec. Epiſt. 39. ibi: *Sicùt ſegetem nimia ſternit vbertas, ſicùt rami onere franguntur, ſicut ad maturitatem non peruenit nimia fæ-*
6 *cunditas*, † *idem quoquè Animis euenit, quos nimia fœlicitas rumpit.* Gloriebatur Turrena Ciuitas, prout, & aliæ Ciuitates Regni, diuitijs affluēs, hominibus plena, & victricibus armis conſtipata, effluxit hæc gloria, eiuſquè memoria pulueri mandata iacet; in cuius locum Templum Diui Gauini erectum conſpicitur, expēſis magni Regis Comidæ, cuius ſolum tot martyrum ſub illius viſceribus dormientium deuotionem pellicit, eius pia ſuperbia admirationem etiàm extorquet, tamquàm toto Orbe admiranda, prædicanda, & colenda; tectum plumbeis tegulis compoſitum, valorem decem millium ducatorum excedit, plurima poſſidet quorū memor exiſtens faſtidio vacarem, pietatem incuterem, ac animi ſuſpenſionem fouerem; reputo laborem vacuum cū omnes noteſcat Pinti in tractatu de Chriſto crucifixo huius Templi deſcriptio, illum pete, & ſubtiliori calamo cognitione afficieris: cui conſonat ad literam Epigramma Falc. circà Ædem Diui Laurentij lib. 1. Epigr. 10. ad fin. compoſitum, cuius memor reponitur Laurent. Matth. de regim. Regn. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 1. n. 6.

Extrà non cernes Templum, ſed veriùs Vrbem,
Intùs non Vrbem, ſed verò nomine Cælum.

Inculcant hæc temporum varietatem, fortunæ inconſtantiā, ætatum intercapedines ex diuo placito harum mutationum operatrices, vt ad longum delineant theatr. vit. hum. volum. 3. lib. 4. pag. 734. Anton. Poſſeuin. in Biblioth. lib. 2. cap. 62. pag. 92. vbi omnes Mundi nationes, omniaquè Regna ſæpè mutata fuiſſe; itaut nulla ferè

gens

gens inueniatur prȩter Hebrȩã, quæ certam sui originis rationem, suorumquè Regnorum successionem tradere valeat. Infinitos cōgerit Solorzan. de iur. Indiar. lib. 2. cap. 2. n. 15. & seq. quæ varietas, & inconstantia vitæ potens videtur, vt parumpèr dicebamus, vt nemo valeat dici antè obitũ, Beatus, Fabius Turturet. in suis parall. dissert. 3. n. 16.

7 Hac beatitudine temporali, † vtinàm non æterna, vacauit Ioannes Tamponi Oppidi de Calangianos, diuitijs affluens vitã degens, vita orbatus ab inimicis acersitus mediante inexorabili plumbeo ictu Archibusij tormentarium puluerem (qui naturaliter absque Artifice in aliquibus Indiarũ partibus solet produci, vt affirmat Solorzan. de iur. Indiar. lib. 1. cap. 7. n. 40.) euomente, miserrimè vitam exhalauit, licèt fælix illã duxerit: sunt hæc iudicia Dei incomprehensibilia extrà humanum intellectum reposita; *quis enim nouit sensum Domini, aut quis cōsiliarius eius fuit?* Paul. ad Roman. 11. 3. ipse est Do-
8 minus vitæ, † & necis, distribuens illas ad eius iustum, ac æquissimum beneplacitum, Carol. Marant. respons. 59. nu. 29. tom. 5. & respons. 103. nu. 3. *Tu es Domine, qui vitæ, & mortis habes potestatem, & ducis ad portas mortis, & reducis*. Sapientiæ 16. 13.

Tempore obitus inueniebatur bannitus ab Oppido Thomas Diana defuncti minorum
9 propinquior, † cui obijciebantur falsa calumnia aliqua delicta; officialis encontratæ de Gallura Nicolaus Rubato tutelam legitimam alij minus propinquiori adiudicauit, cuius adiudicationis virtute electus tutor duplicis anni curriculo tutelæ curæ studuit, omnia peragens, quæ verum, & sollicitum tutorem spectant, & muneris executionem attingunt; hoc tempore elapso, cōparuit Thomas Diana immunis ab onere delictorum, quo tempore delatæ tutelæ afficiebatur, tutelam suorum nepotum à sorore ratione propinquioris sanguinis pignoris optans, efflagitans, ac iudicialiter repetēs: conatus hic tutori gerenti haud arrisit, immò durus contorsit, & irrosit. Durum constituitur in ore Xenophon. lib. 8. munus deponere, à quo possessor lucratur fructus;
10 † poterat meo videri honestari duplici capite, contentus, primò acceptorum: Loquitur Luc. Senec. epist. 100. mirabilitèr ad hunc casum: *Si Amicum perdidisses, danda opera erat, vt magis gauderes, quod habueras, quam mæreres, quod amiseras; sed plerique non computant quantum perceperint, quantum gauisi sunt*: fructibus bonorũ pupilli potitus extitit non modicis, attenta lege Sardoa, quæ tutoribus adscribit fructus vniuersos bonorum pupilli, quibus acquiescēs, acquiescere

cere peterat. Secundò ex parùm laboris impensi pro tutela obtinenda Iudicis simplici intuitu illi addicta, indè non dolere ob amissionem tenebatur iuxtà sententiam Cassiador. lib. 2. epist. 2. *Solet facilè labi, quod sinè difficultate potuit inueniri*, quã refert Fab. Turturet. in suis parallel. dissert. 12. tom. 2. n. 183. fol. 519. versic. illud obitèr.

Tutorem electum benè fuisse per Iudicem ad tutelam, vo-
11 catum, † ascitum, ac immissũ prætendebatur ex eo, quòd tẽpore delatæ tutelæ, attento impedimento propinquioris, ille propinquiorem gradum possidebat: in omni actu vocatur, & admittitur proximior, qui de iure, ac facto acquisitionis est capax, vt in Capellanijs sub onere celebrationis Missarum erectis sub cõditione, quòd proximior illas celebret, quæ de iure est valida, & pro tali debet obseruari, adimpleri, ac executioni mandari ex cap. prætereà de Iur. Patronat. cap. quantò de censib. cap. Eleuterius 18. q. 2. Valençuel. cons. 105. n. 1. Lara. de capell. lib. 2. cap. 1. ex nu. 9. ad quarum celebrationem admittitur proximior habilis tẽpore obitus testatoris, vel vltimo possessoris repertus, licèt nõ sit coniunctior respectu omniũ, sufficit, quod sit in actu propinquior habilis proùt fuit declaratum in Mensa Turritana anno
12 1662. † ad fauorẽ Ioannis Antonij Satta Oppidi de Codrongiano, & in odium Philippi Solinas Clerici Presbyteri, casus erat: Dictus Satta, cuius partes peragebat flãmigeratus Aduocatus omni laude extollendus propter nobilitatem sanguinis, & virtutum excellentiam Doctor Protus Quesada, & Ornano, celebrationi Missarum incumbabat, vt propinquus fundatoris, per quem propinquior fuerat vocatus: tractu temporis Reuerendus Philippus Solinas, vt propinquior eas celebrare conatus fuit, cui conatui oppugnauit actu celebrans ex eo, quòd tempore delati oneris propĩquior habilis repertus fuerat, sicque electus, & ampliùs non reuocandus: sententia illum firmauit in Capellania collata, & propinquiorẽ habilem effectum tractu temporis reuocauit à voto illum repellens: copia sententiæ apud Angelũ Martines reponitur.

Sententia hæc per me lata, vt Assessorem Mensæ Turrita-
13 næ, inconuincibilibus nititur † fundamentis, delatæ successionis tempore proximitatem, & habilitatem extorquentibus: in executione celebrationis Missarum, vel alterius successionis, de dispositione morientis agitur, quàm nullo pacto in pendenti existere posse constans constituitur, ex text. in l. fin. in fin. ff. cõmun. prædior. quæ suspensio volũtatis si admitteretur, interim defunctus defraudaretur debitis suffragijs iuxtà mentẽ, & ex-

que nomina ediderat ad illos comprobandos; illorum examē fuerat cōmissum spectabili Gubernatori Sasseris, per quem partis aduersæ reinterrogatoria fuerant admissa, sed iure non fouente: interdicitur Commissario accipere interrogatoria circà examen testium, cū hæc debeant præsentari coràm Iudice causæ principalis, à cuius Tribunali litteræ testiū receptori expediātur, Franc. Marc. decis. 427. nu. 2. Ludouis. decis. 466. n. 2. vbi Beltramin. lit. E. ita fuisse decisum refert potestate vacare commissarium admittere nouos articulos, vel interrogatoria testium circa iam propositos, plenè Fontan. decis. 487. nu. 9. Posttio de manuten. obseruat. 94. ex nu. 14. mera facultas examinandi testes illi
7 committitur,† non plena iurisdictio indulgetur, & sic non tenetur facere citare partem ad videndum iurare testes, si in loco iudicij fuit citata ad hunc effectū; quia vt dixi ministerium, nec dum examinis testiū cōmendatur cum continuatione actus præcedentis, tamquàm si in loco versantis tribunalis negotium perageretur, Seraph. decis. 106. nu. 3. vbi Theodos. Rub. qui docet hanc nouam citationem nō requiri Ioan. Baptista Ventriglia in prax. annotat. 31. §. 1. n. 6. in fin.

Fuerant Commissario oblati testes, & sæpius instata, ac optata eorum receptio, qua inte-
8 gra non existente,† ad regiam Audientiam plica examinatorum fuit transmissa, in qua ad fauorem nobilis Antoniæ Manca, & in odium Don Matthæi Pilo extitit declaratum contra hanc sententiam dictum fuit de nullitate tamquàm prolata non receptis testibus ex culpa Iudicis, qui noluit recipere testes in quo actu nititur hęc culpa ad mentem Antonij Fabri loc. cit. non enim ad partes attinet illos recipere, quorum receptio est actus iurisdictionalis per iurisdictioni vacantē exercendus, satisfiunt in termino probatorio nomina testium offerre, instare, ac solicitare Iudicem, & Notarium pro illis recipiendis, quos si recipere noluerint, dicerentur in culpa, & illa vacare partes litigantes iuxtà doctrinam Bartol. in l. damno 8 §. Sabin. 11. ff. de damno infecto n. 8. sub fin. Minsiger. centur. 6. obseruat. 57. n. 6. Marant. in prax. tit. de dilat. par. 6. n. 29. & tit. fin autem prod. test. n. 8. Matthias Berlinch. practicar. conclus. cum alijs tom. 1. tit. 38.
9 de termino probatorio n. 43. † maximè si non esset adhuc facta eorum publicatio, Capic. decis. 90. n. 3. vbi tenet testes citatos in termino posse examinari post illum, si non fuit sequuta illorum publicatio, Paul. Staiban. resol. 54. tom. 1. n. 31. quæ non nocet, si nulliter fuerunt examinati, Farinac. de testib. q. 75. n. 98. vbi docet posse

ite-

iterum poſt publicationẽ examini nouo ſupponi teſtes, quãdo examen primum nullitate
10 afficitur † Cyriac. Niger. cõtrou. 245. n. 13. fallit quãdo nullitas ſe haberet ex latere ipſiuſmet partis, qua hypotheſi non eſſet locus ad hoc nouum examen obtinendum Peguer. deciſ. 63. n. 1. & 2. tom. 2.

Senatus die 23. Iulij anno 1661. relatore Don Ioãne Ma-
11 ria Bonfant, & actuario Carta, † ſententiam, non receptis completiuè omnibus teſtibus, pro parte Don Mathei Pilo ſubminiſtratis, prolatam pro nulla habuit, declarauit, ac pronunciauit, iterum cum præfixione noui termini ad omiſſorum receptionemi illũ admittens. Huius placiti motus adhæſit fæderi prædicto circà nullitatem ſententiæ, ob non receptionem probationum, ex latere iudicis cauſam ducentem patientis adſcripſit defectum examinis Regia Audientia Iudici comiſſario, ſicquè pro nulla habuit ſententiam ſubſequutam, ad illam impulit interponẽdam doctri-
12 na cunctata, † & etiàm fauor probationum, *quas Senatus noſter*, vt cum Fontanell. Loquar. deciſ. 101. num. 24. *plenus benignitate lapſis porrigens manus ſemper fouet*, nè earũ defectu ius partis pereat, Surd. deciſ. 43. num. 5. & deciſ. 277. num. 9. Gracian. diſcept. forenſ. cap. 892. n. 11. quos laudat, & ſequitur Fõtanell. loc. cit. Cyriac. Niger. tom. 2. controu. 349. num. 35. vbi cum Burſat. & alijs dicit, Principem actus ſuos regulantem non ſolum à iuſtitia fori, ſed à iuſtitia poli fauore veritatis inquirendę, ac adiuuãdę, non ſolere coanguſtare probationes, ſed illas ampliare.

Fauor probationũ ad inquirendam veritatem, quã ſibi extorquet, præcipuè in ſupremis ſenatibus, vbi pro ſcopo æquitas
13 recolitur † cap. a. de ſentent. & re iudicat. l. 1. §. ſi quis Vltrò, de quæſtionib. Valençuel. conſ. 75. num. 25. Fontan. deciſ. 547. n. 19. Carol. Marant. reſponſ. 77. num. 8. tom. 5. Magna in cauſa fuit ad ſententiã hanc annullatiuam primæuę obtinendam, quarum repetitus fauor ſibi adſcripſit cõmune brocardicum: *probationes eſſe ampliandas non coanguſtandas* ex text. in l. quoniàm in fin ff. de hæred. inſtituend. l. 3. §. eiuſdem ad fin. ibi: *non vſquè ad vnã probationis ſpeciem cõgnitionem ſtatìm alligari debere* l. ſerui 11. ff. de teſtib. l. nec omiſſa 15. cod. de reb. credit. ibi: *cum ad examinationem veri omnis iure prodita debet admitti probatio*. Exornant Hypolit. de Marſill. in rubric. cod. de probat. artic. 443. aliàs 461. Patianus de probat. lib. 1. cap. 5. ex n. 9. Ioan. Petrus Surd. deciſ. 277 num. 1. lib. 1. & 331. num. 4. lib. 2. vbi omnes inculcant, ac commendant theorema propoſitum, probationes eſſe omni modo, via, ac ratione amplian-das

das, vt veritas elucescat, non restringendas, Fontanell. decis. 361. n. 12. tom. 2. Garzia de nobilitat. Glos. 7. ex num. 55. Matthias Berlinch. practicar. conclus. tom. 1. cap. 38. n. 84.

A quo theoremate auspicatur consequentia subsequens; prodest ad probandum articulus propositus, ergo admitti debet, & hoc non prosit licet ad faciendam semiplenam probationem, † vt inclusio, & ad-
14 missio habeat locum, sufficit vt deseruiat pro aliquo adminiculo quomodolibet, sic docet cum Bald. Iacob de Butrio, & alijs Anton. Faber. in codic. lib. 8. tit. vnde vi deffinit. 39. fol. 954. Asflic. decis. 7. nu. 1. ibi: *nam Iudex debet admittere omnes probationes in causa, siuè faciant plenam, siuè semiplenam probationem, siuè inditium, siuè aliud adminiculum*. Fontan. de pact. nuptia. lib. claus. 6. tom. 2. Glos. 3. p. 3. num. 48. & quando adest dubium, vtrùm articuli sint im-
15 pertinentes, † tamquam concernentes probationem nullius roboris fauore illius, ex capite vt pateat adictus ad viam laxiorē, semper pro illorum admissione debet declarari: sic Castill. cum alijs decis. 136. tom. 2. Ioan. Baptista Ventriglia in sua prax. t. 1. annotat. 30. §. vnic. num. 7. & 15. vbi dicit, tali hypothesi, esse admittendos ad hibita clausula: *saluo iure impertinentium*.

Hæc habetur causa, vt publicatis attestationibus, detur locus vlteriori testiū examini ad in-
16 quirendam veritatem, † & nè probationes in restrictam metam recludantur, si pars altera contrarium probauerit, vel probare conetur; pone casum, me super aliquo capitulo probando obtulisse testes, qui in mei fauorem deposuerunt, pars altera probat contrarium fortiori probatione, vel meos testes impugnat; tali casu ad corrobanranda dicta priorum testium, non obstante illorum publicatione, possum alios testes de nouo producere, & offerre. Vidi sic practicatum in Regia Audientia in duplici occasione, & in Regia Gubernatione millies, fuisse decisum per prædictam Regiam Audientiam ad fauorem Leonardi Romanella anno 1647. recordor, etiam per doctrin. Innocent. in cap. cum clamor. 53. sub num. 2. versic. item vbi de testib. Farinac. quæst. 73. sub. num. 155. Marius Giurb. decis. 73. Cyriac. Niger. controu. 228. tom. 2. n. 5. reddens rationem: quia ille poterat de suis testibus confidere, nec habebat diuinare quid testes aduersarij essent dicturi: immò verisimiliter propter probationes à se factas poterat credere alios non probaturos. Posset
17 iterum † procedi ad nouū testium examen, publicatis attestationibus, quando testes fuerunt examinati ad perpetuam rei memoriam, qua hypothesi,

corum

eorum publicatio non impedit vlterius examen, vt fuit declaratum in Regia Gubernatione anno 1663. in menſe Septembris, relatore Doctore Franciſco Zucca, & Notario Franciſco Imponti ad fauorem curatricis hæreditatis Saluatoris Liperi Rios anno 1661. violentèr in Scala de Choca ex ictu Archibuſij occiſi, & in odium Don Gauini Roſſo, ex ſingulari doctrina Farinac. de teſtib. q. 75. n. 231. Matthias Berlinch. practic. concluſ. tom. 1. cap. 40. n. 30. cum alijs.

Nouitate vacare huic capiti affixa, & tironibus iuris aperta eſſe quamplurimi autumabũt,
18 de quo puncto dubito, † emulatio intra menia depaſcẽs, iuxtà illud Senecæ de breuitat. vitæ cap. 15. *in vicino verſatur inuidia*, & Heſiod. in operibus, & diebus: *ſemper vicinus vicino eſt æmulus*. Hæc tenuis laboris eſſe tamquàm in ſatis re aperta verſantia muſcitabit, quod ſanæ mentis depoſito omni veperino dente, denegabit; patet ſẽtentia Plinij Iunioris lib. 6. epiſtol. 17. ibi: *Eſt enim res difficilis, ardua, faſtidioſa, & quæ eos à quibus contemnitur, dedignatur*: loquitur de librorum editione, quam etiàm in re leui parere ſudoris copiam teſtatur Sidon. lib. 8. epiſtol. 3. *qui tamen doctis perſonis, non tàm fonte, quam fronte ſudantur*: vide Franc. Maria de Prato practicar. obſeruat. cap. 75. Solorzan. de iur. Indiar. in epiſt. ad lector. lit. M. in ſua
19 Politica. † Profitentur in aperto omnes huic rei operam dantes, laborem ferè extrà vires humanas repoſitum in libris legalis ſcientiæ elaborandis, eò magis, ſi in foris frequentare neceſſe ſit ad clientum iura tutandum, & voluminoſa proceſſuum folia conſulendum, qui expenditur; dignus laude eſt conatus hic, vt dicit Seneca lib. 1. epiſt. 8. Caſſan. in catal. glor. mundi, par. 10. conſid. 28. & alij penès Frãciſcũ Mar. Prato loc. cit. nec intereſt, quod ſit liber parui voluminis, cum non continẽs, ſed contentum debeamus inſpicere Plin. Iunior. lib. 5. epiſt. 6. ad finem. *Si nihil inductum, & quaſi deuium, loquitur, non epiſtola quæ deſcribit; ſed villa quæ deſcribitur magna eſt*. Sydon. Apollon. lib. 2. epiſt. 2. *quapropter bonus artifex & arbiter lector non paginam, quæ ſpatia deſcribit, ſed villã, quæ ſpatioſa deſcribitur grandem pronũciabunt*; permultas igitur tranari vigilias, multos inſõnes noctes ſubire, cum inacceſſibili ferè labore eſt neceſſe in elaborãdis Aſtreæ ſcientiæ libris, nec alia via arripi, excogitari, vel aſciri queit ad conculcandam tam ſpineam ſemitam, niſi per vigilias, ęrumnas, & incommoda, vt author ſaltim perpetuitatis memoriæ ſibi extorqueat monumentum, à temporũ voracitate immune. Ouid. lib. 4. triſt. Eleg. 3.

Ardua per præceps gloria vadit iter.

Et Propert. lib. 4. Eleg. 11.

Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria vires:
Non iuuat ex facili lecta corona iugo.

Prædixi me omnium, quæ
in hoc libro continentur antesi-
gnanum esse, & primum lapi-
dis motorem, licèt omnium
imbecilliorem, repellendum
ob tenuitatem virium ab opere
arrepto, vt increpabat Annibal
Formionem apud M. Tullium
2. de orat. Hanc lauream mihi
adscribo, vindico, & adsigno,
puta nunc si nota afficiar Sena-
21 tus placita etiàm circà leuia, †
vt diiudicas, subsequuta tibi
proponere, vt illius mentem,
teneas, & sequaris: non integer
liber nouis quæstionibus, & stil-
lo ferreo debet ornari; nam te-
ste Gosetao in epistol. *Pleraquè
fortasse reperies languida, & non
sempèr idem floribus est honos, nequè
vno luna rubens nitet vultu.*

Plinius Iunior. lib. 3. epistol.
22 13. adamussim, hoc exhibet, †
*nec verò affectāda sunt sempèr ela-
ta, & excelsa; nam vt in pictura
lumen non alia res magis, quàm
vmbra commendat, ità orationem,
tam summiter, quàm attollere de-
cet* Solorzan, de iur. Indiar. 1.
tom. lib. 1. cap. 4. n. fin. corpus
libri membris diffusis compo-
nitur, illa non sub æqualitate
reponuntur, alia fortia, alia de-
bilia, alia languida, alia viri-
lia, alia pulchra, diformia alia,
in quorum diuisione audiat le-
ctor Petron. in Catalect.

Inueniet quod quisque velit, non omnibus vnum est,
Quod placent hic spinas colligit, ille rosas.

Nec velim sis immemor versus Martialis, quem refert Franc. Maria de Prato tom. 1. discept. in epistol. ad Lectorem.

Sunt bona, sunt quædam medio- cria, sunt mala plura,
Quæ legis hic; aliter non fit, amice, liber.

Nostri Senatus decisiua vota habes huic paginæ plurima mandata, mentem illius ex illis percipe, siuè humili, vel rudi stylo sint exarata: *quid prodest aurea*, dicebat D. Augustinus lib. 4. de Doctrina Christian. cap. 11. apud Solorzan. in Politic. in dedicat. *Clauis, si aperire quod volumus non potest, aut quid obest lignea, si hoc potest, quando nihil quærimus, nisi patere quod clausum est.*

ARGVMENTVM.

Vtrum possit dici aliquis ante obitum Beatus. Bannitus tempore delatæ tutelæ legitimæ, cessante impedimento bannimenti, recuperat tutelam, si proximior tēpore, quo fuit delata, inueniebatur. Proximior vocatus ad celebrationem Missarum, si semèl quis eligatur, non potest remoueri, licèt accedat proximior tractu temporis effectus.

SVMMARIVM.

1 *Vita beatitudo ab exitu illius eſt auſpicanda, & nemo ante illũ poteſt dici beatus. 2. Ratio petenda eſt à temporum varietate. 3. 6.*

4 *Felicitas humana dum matura eſt, decreſcit, & rumpitur.*

5 *Templũ Diui Gauini laudatur.*

7 *Puluis tormentarius in aliquibus Indiæ partibus naturaliter producitur.*

8 *Deus Dominus eſt vita, ac necis.*

9 *Caſus præſentis controuerſiæ refertur.*

10 *Contentus quis debet eſſe acceptis, quando hæc prouenere ex fortuito euentu, & non debet dolere de illorum amiſſione.*

11 *Proximior in Capellania poteſt vocari, & ille intelligitur, qui tempore delata ſucceſſionis inuenitur habilis: fuit declaratũ in Menſa Turritana 12. & non poteſt amoueri licèt ſuperueniat tractu tẽporis alius magis propinquior 13. & referuntur plures rationes pro hac opinione firmanda 14. 15. 17.*

16 *Actus legitimus ſemèl perfectus non poteſt infitiari, licèt perueniat ad terminum, à quo incipere nequeat.*

18 *Tutela defertur ad inſtàr ſucceſſionis facto computo iuxtà ius ciuile, etiàm in cauſis Eccleſiaſticis. Defertur proximiori ſubſequenti primo repudiante. 19.*

20 *Mutua debet eſſe inter homines auxiliatio, vt minores per maiores, debiles per potentes coadiuuentur.*

21 *Tutores, vt plurimùm ſunt tollitores, & Pupillorum hoſtes.*

22 *Tempus eſt rerum vorax.*

23 *Proximior in tutela delationis tẽpore repertus temporalitèr inhabilis vt minor, vel bannitus remouetur ad tempus à tutela, & interim Iudex adſignat datiuũ minori, poſteà remoto impedimento recuperat tutelam, fuit ſic deciſum per Regiam Audiẽtiam, & probatur. 24. 25.*

26 *Tutor teſtamentarius ſi decedat, alij Contutores remanent in tutela teſtamentaria: et ſi bona ſunt multùm pingua, tunc ad arbitriũ Iudicis reponitur, quod poſſit alium in loco defuncti locare.*

CAPVT XLIII.

FIRMANDVM videtur placitũ Ethicorũ, intèr velamen cęcitatis veritatem allucinantium, circà beatitudinẽ vitæ ab exi-
1 tu illius auſpicandam; † dies poſteriores eſſe teſtes ſapiẽtiſſimos dixit Pindarus in Olymp. Ouid. lib. 3. Metamorph.

dicique Beatus
Antè obitum nemo ſupremaquè funera debet.

Cenſuerunt, credo, non fallaci auſpicio, neminem Beatum reperiri, niſi honeſtiſſimo, & fęlici exitu curſum concluſerit,

cuius termino inhęret humanę beatitudinis repositio. Auson.

Tunc dico beatam vitam, cum peracta facta sunt
Expectare solum finem docet ortus Athenis.

Solonis fuit hęc firmissima sententia, quam sequuti fuere Valer. Maxim. 1. q. cap. 2. Cicer. 3. de finib. Plato in Epim. lib. 3. cap. 4. Euripid. apud Picolgrad. 9. cap. 9. huic etiam sententiæ adhæsit, deducens ad conatus corollarium conclusionem hãc: *Vnus dies de omnibus fert sententiam*. de vltimo intellexit, cui adscripsit complementum fælicitatis, lauream beatitudinis, & conclusionem totius operis, qua adhùc nõ adhibita, & ignota, complementum deficere adhùc credebat: hanc causam respiciens dixit Ecclesiast. cap. 11. *antè mortem nè laudes hominem*.

Petenda est ratio iuxtà Senec. lib. 1. controuer. in proemio
2 à temporum intercapedine, † & varietate fortunæ, quæ Beatorum numero, nisi functum vita adscribit neminem; veritatem hanc Plinius lib. 7. cap. 40. non obscurè exhibet, & firmat; *quid, quod iste calculi colore laudatus dies originem mali habuit, quàm multos accepta afflixere imperia? quam multos bona perdidere, & vltimis mersere supplicijs; ità est profectò alius de alio indicat dies, & tamèn supremus de omnibus*. Abeunt omnia in hũc nascendi, percundiquè fatalem girum, variabilem fortunæ rotam, mouibilem temporis cursum, & longæuum nihil, æternum nil in hac machina sublimari reponitur; attolle lumina, & hæc perspicacia acue lustrando rerum humanarum alternas vices, vt in Oceano æstus: tu surgis, ille cadit; ille dominatur, tu fortunæ bili expositus, illius dominio collũ submittis. Varietatem hanc flexibilem omni motu, intercapedini cuiusquè ætatis disseruien-
3 tem † considerans Iustus Lypsius lib. 1. de const. cap. 16. dixit: *Italia sceptrum tenuit, nunc seruiat; vos Gothi, Vandali vos, vos fex Barbarorum prodite è latebris, & gentibus imperate per vices. Adeste etiàm pelliti vos Scitha, & potenti manu paulispèr habenas temperate Asiæ, atque Europæ; sed isti ipsi mòx discedite, & Epirum relinquite illi ad Oceanum genti; fallor enim? an Solem nescio quem noui Imperij surgentem video ab Occidente*. Elegantèr Manilius lib. 1. Astron. istos Regnorum casus, vicissitudines temporum, fortunæ casus, quæ homines, vt pilam ducit, ludit, & illudit. Senec. apud Don Didac. Altomirand. codic. de filijs official. qui in bell. moriuntur ad l. 1. nu. 20. canens, vel vt veriùs dixerim, lugens, dixit.

Quòt post excidium Troiæ sunt Eruta Regna?
Quòt capti Populi? quotiès fortuna per Orbem
Seruitium, Imperiumquè tulit, variéque reuertit?

Troia-

Troianos cineres in quantum oblita reſouit
Imperium, fatis Aſiæ iam Græcia preſſa eſt,
Secula dinumerare piget, quotieſquè recurrens
Luſtraret Mundum vario Sol igneus Orbe:
Omnia mortali mutantur lege creata,
Nec ſe cognoſcunt terræ vertentibus Annis.
Exutas variam faciem per ſecula gentes.

Quò dilapſa fuit Antiquiſſimæ, & numquàm ſatis laudatæ Turrium Vrbis Romanorū
4 coloniæ ſuperbia, † nobilitas, & dominatio? in puluerem diſſoluta iacet: magna Imperia limites ſuos habent, dixit Iuſtus Lipſius in Centur. 3. Epiſt. 31. ad Belgas, *quò cum venerunt, ſiſtunt, retroeunt, ruunt*, quod eſt idem, quod dicebat Quintilian. in ſuis declamat. *neſciunt diù ſtare ſucceſſus, & quotiès vlerà prodire fęlicitas non poteſt, redit*; † &
5 Senec. Epiſt. 39. ibi: *Sicùt ſegetem nimia ſternit vbertas, ſicùt rami onere franguntur, ſicut ad maturitatem non peruenit nimia fæcunditas*, † *idem quoquè Animis*
6 *euenit, quos nimia fęlicitas rumpit.* Gloriebatur Turrena Ciuitas, prout, & aliæ Ciuitates Regni, diuitijs affluēs, hominibus plena, & victricibus armis conſtipata, effluxit hæc gloria, eiuſquè memoria pulueri mandata iacet; in cuius locum Templum Diui Gauini erectum conſpicitur, expēſis magni Regis Comidæ, cuius ſolum tot martyrum ſub illius viſceribus dormientium deuotionem pellicit, eius pia ſuperbia admirationem etiàm extorquet, tamquàm toto Orbe admiranda, prædicanda, & colenda; tectum plumbeis tegulis compoſitum, valorem decèm millium ducatorum excedit, plurima poſſidet quorū memor exiſtens faſtidio vacarem, pietatem incuterem, ac animi ſuſpenſionem fouerem; reputo laborem vacuum cū omnes noteſcat Pinti in tractatu de Chriſto crucifixo huius Templi deſcriptio, illum pete, & ſubtiliori calamo cognitione afficieris; cui conſonat ad literam Epigramma Falc. circà Ædem Diui Laurentij lib. 1. Epigr. 10. ad fin. compoſitum, cuius memor reponitur Laurent. Matth. de regim. Regn. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 1. n. 6.

Extrà non cernes Templum, ſed veriùs Vrbem,
Intùs non Vrbem, ſed verò nomine Cælum.

Inculcant hæc temporum varietatem, fortunæ inconſtantiā, ætatum intercapedines ex diuo placito harum mutationum operatrices, vt ad longum delineant theatr. vit. hum. volum. 3. lib. 4. pag. 734. Anton. Poſſeuin. in Biblioth. lib. 2. cap. 62. pag. 92. vbi omnes Mundi nationes, omniaquè Regna ſæpè mutata fuiſſe; itaut nulla ferè

gens

gens inueniatur pręter Hebręã, quæ certam sui originis rationem, suorumquè Regnorum successionem tradere valeat. Infinitos cõgerit Solorzan. de iur. Indiar. lib. 2. cap. 2. n. 15. & seq. quæ varietas, & inconstantia vitæ potens videtur, vt parumpèr dicebamus, vt nemo valeat dici antè obitũ, Beatus, Fabius Turturet. in suis parall. dissert. 3. n. 16.

7 Hac beatitudine temporali, † vtinàm non æterna, vacauit Ioannes Tamponi Oppidi de Calangianos, diuitijs affluens vitã degens, vita orbatus ab inimicis acersitus mediante inexorabili plumbeo ictu Archibusij tormentarium puluerem (qui naturaliter absque Artifice in aliquibus Indiarũ partibus solet produci, vt affirmat Solorzan. de iur. Indiar. lib. 1. cap. 7. n. 40.) euomente, miserrimè vitam exhalauit, licet fælix illã duxerit: sunt hæc iudicia Dei incomprehensibilia extrà humanum intellectum reposita; *quis enim nouit sensum Domini, aut quis cõsiliarius eius fuit?* Paul. ad Roman. 11. 3. ipse est Do-
8 minus vitæ, † & necis, distribuens illas ad eius iustum, ac æquissimum beneplacitum, Carol. Marant. respons. 59. nu. 29. tom. 5. & respons. 103. nu. 3. *Tu es Domine, qui vitæ, & mortis habes potestatem, & ducis ad portas mortis, & reducis.* Sapientiæ 16. 13.

Tempore obitus inueniebatur bannitus ab Oppido Thomas Diana defuncti minorum
9 propinquior, † cui obijciebantur falsa calumnia aliqua delicta; officialis encontratæ de Gallura Nicolaus Rubato tutelam legitimam alij minus propinquiori adiudicauit, cuius adiudicationis virtute electus tutor duplicis anni curriculo tutelæ curæ studuit, omnia peragens, quæ verum, & sollicitum tutorem spectant, & muneris executionem attingunt; hoc tempore elapso, cõparuit Thomas Diana immunis ab onere delictorum, quo tempore delatæ tutelæ afficiebatur, tutelam suorum nepotum à sorore ratione propinquioris sanguinis pignoris optans, efflagitans, ac iudicialiter repetẽs: conatus hic tutori gerenti haud arrisit, immò durus contorsit, & irrisit. Durum constituitur in ore Xenophon. lib. 8. munus deponere, à quo possessor lucratur fructus;
10 † poterat meo videri honestari duplici capite, contentus, primò acceptorum. Loquitur Luc. Senec. epist. 100. mirabilitèr ad hunc casum: *Si Amicum perdidisses, danda opera erat, vt magis gauderes, quod habueras, quam mæreres, quod amiseras; sed plerique non computant quantum perceperint, quantum gauisi sunt*: fructibus bonorũ pupilli potitus extitit non modicis, attenta lege Sardoa, quæ tutoribus adscribit fructus vniuersos bonorum pupilli, quibus acquiescẽs, acquiescere

cere poterat. Secundò ex parùm laboris impenſi pro tutela obtinenda Iudicis ſimplici intuitu illi addicta, indè non dolere ob amiſſionem tenebatur iuxtà ſententiam Caſſiador. lib. 2. epiſt. 2. *Solet facilè labi, quod ſinè difficultate potuit inueniri*, quã refert Fab. Turturet. in ſuis parallel. diſſert. 12. tom. 2. n. 183. fol. 519. verſic. illud obitèr.

Tutorem electum benè fuiſſe per Iudicem ad tutelam vo-
11 catum, † aſcitum, ac immiſſũ prætendebatur ex eo, quòd tẽpore delatæ tutelæ, attento impedimento propinquioris, ille propinquiorem gradum poſſidebat: in omni actu vocatur & admittitur proximior, qui de iure, ac facto acquiſitionis eſt capax, vt in Capellanijs ſub onere celebrationis Miſſarum erectis ſub cõditione, quòd proximior illas celebret, quæ de iure eſt valida, & pro tali debet obſeruari, adimpleri, ac executioni mandari ex cap. præterea de Iur. Patronat. cap. quantò de cenſib. cap. Eleuterius 18. q. 2. Valençuel. conſ. 105. n. 1. Lara. de capell. lib. 2. cap. 1. ex nu. 9. ad quarum celebrationem admittitur proximior habilis tẽpore obitus teſtatoris, vel vltimo poſſeſſoris repertus, licèt nõ ſit coniunctior reſpectu omniũ, ſufficit, quod ſit in actu propinquior habilis proùt fuit declaratum in Menſa Turritana anno
12 1662. † ad fauorẽ Ioannis Antonij Satta Oppidi de Codrongiano, & in odium Philippi Solinas Clerici Presbyteri, caſus erat: Dictus Satta, cuius partes peragebat flãmigeratus Aduocatus omni laude extollendus propter nobilitatem ſanguinis, & virtutum excellentiam Doctor Protus Queſada, & Ornano, celebrationi Miſſarum incumbabat, vt propinquus fundatoris, per quem propinquior fuerat vocatus; tractu temporis Reuerendus Philippus Solinas, vt propinquior eas celebrare conatus fuit, cui conatui oppugnauit actu celebrans ex eo, quòd tempore delati oneris propĩquior habilis repertus fuerat, ſicque electus, & ampliùs non reuocandus; ſententia illum firmauit in Capellania collata, & propinquiorẽ habilem effectum tractu temporis reuocauit à voto illum repellens: copia ſententiæ apud Angelũ Martines reponitur.

Sententia hæc per me lata, vt Aſſeſſorem Menſæ Turrita-
13 næ, inconuincibilibus nititur † fundamentis, delatæ ſucceſſionis tempore proximitatem, & habilitatem extorquentibus: in executione celebrationis Miſſarum, vel alterius ſucceſſionis, de diſpoſitione moriẽtis agitur, quàm nullo pacto in pendenti exiſtere poſſe conſtans conſtituitur, ex text. in l. fin. in fin. ff. cõmun. prædior. quæ ſuſpenſio volũtatis ſi admitteretur, interim defunctus defraudaretur debitis ſuffragijs iuxtà mentẽ, & ex-

& expressam sanctionē à propinquiore peragendis, & expectaretur, vel dum nòn nati productio, vel iam nati, nòn tamē habilis, habilitas, quod non est ferendum per l. 1. §. si quis proximior. ff. vndè cognati. qui probat in successione non esse attendendam proximitatem illorum, qui nec nati sunt, nec concepti tempore delatę successionis, nec hos posteà natos excludere posse eos, qui semèl successerunt. l. pen. §. quamdiù, ff. vndè legitim. l. 1. §. sciendū, ff. de suis, & legitim. hęredib. l. Titius, ff. eod. l. si quis filio exhæredato, in princip. ff. de iniusto rupto. l. Paulus, §. Pau-
14 lus, ff. de bonis libertor. † quod iuri est consonum, & rationi cōsentaneum, ne voluntates defunctorum sint deambulatoriæ post mortem de vno ad alium, & interim sub suspensione reponātur vsquè dùm alius propinquior superueniat, vel superuenire possit, in quo progressu ferè processus in infinitum possent perpendi: regulatur meritò præcipuè in maioratuum successione, quorum naturam imitantur Capellaniæ, capacitas successionis, proximitas, & habilitas successoris tempore mortis vltimi possessoris, vel delatæ hæreditatis. l. si cognatis, ff. de reb. dub. l. interuenit. ff.
15 de legat. præstand. ratio est, † quia conditio proximitatis cōsideratur in principio primæ existentiæ, nòn autèm futuri euentus, vt elegantèr dixit Baldus in l. precibus nu. 6. cod. de impuber. & alijs substitut. sufficit, vt implementum conditionis tempore delatæ successionis existat, etsi ex post facto non durauerit. l. si quis hæredem, cod. de condit. & substit. & semèl in vna persona ingressa, non potest ad aliam etiā proximiorem transire, donec is, qui semèl ingressus fuit, atquè omnes, qui ab illo processerint, deficiant. Gama. decis. 9. nu. 1. Valençuel. conf. 63. tom. 1. nu. 110. Tondut. quæstion. legal. 89. n. 11. tom. 2.

Subingressio Capellani, vel successoris in locum vltimi possessoris dicitur actus legitimus,
16 † ac perfectus possessione adepta; vnde non potest infici, vel vitiari, etiamsi perueniat ad casum, à quo incipere nequeat. text. in l. etsi plurib. §. etsi placeat de verb. obligat. l. vt pomum, §. 1. ff. de seruitutib. l. via. §. quacumque, ff. de seruitut. vrban. prædior. text. in cap. factum legitimè, de regul. iur. in 6. l. non est nouum cum similibus, ff. eodem, qui inculcant brocardicum hoc satis notum non vitiari actum perfectum etiàm si dilabatur in terminū, cui inhęrere non valeat primæ existentiæ nascentis exordium, sufficit perfecta initiatio, in totali esse repositio ad productionem actus, quo semèl producto, & existente Ius quæsitum dicitur, à quo possidens non est remouen-

mouendus ob deficientiam cauſæ. l. poſt mortem, §. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. l. nō putauit, §. ſed ſi poſt mortem, ff. eodem. Solorzan. de iur. Ind. lib. 3. cap. 2. n. 58.

His, & alijs rationibus cunctatis, fuit declaratum ad fauo-
17 rem miſſas celebrantis, † & in odium propinquioris tractu tēporis effecti, non tempore caſus delatæ ſucceſſionis reperti, cuius propinquitas, licèt coniunctior illo, tunc capacitate vacabat ad acquiſitionem actus, ſicquè tamquàm inhabilis, & tāquàm de medio non exiſtens fuit habitus, & incluſus propinquus habilis repertus, quo ſemèl ingreſſo, dicitur purificata conditio, actus perfectus, locus poſſeſſus, & voluntas teſtātis actui demandata, quapropter ampliùs non vitiandus, non remouendus, non reuocandus poſſidens. In præciſis terminis Capellaniarum docet Molin. de Hiſpaniar. primog. tom. 2. lib. 3. cap. 10. n. 42. Caſtill. pluribus congeſtis, controuerſ. Iur. tom. 5. cap. 91. n. 1. & ſeq. Marius Cutellus de donat. contemplat. matrim. 2. tom. tract. 2. diſc. ſpect. 6. à n. 78. Solorzan. de Iur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 18. n. 90. qui loquuntur in materia maioratus, qui probant ſemèl admiſſum vt propinquiorem repertum, tempore delatæ ſucceſſionis, non eſſe remouendū per propinquiorem magis tractu temporis natum. De fideicommiſſis, & anniuerſarijs loquitur Olea. de ceſſion. iur. tit. 3. q. 4. n. 1. & 2. docens hanc eamdem ſententiam.

Arguebat Tutor, poſſidens propinquior tēpore delatæ ſucceſſionis capax repertus ſibi hæreditatem adſcribit inexorabilitèr, non remouēdus à propinquiori hìc, & nunc non habili, tractu temporis capace effecto: igitur eàdem conſequentia videtur tenenda reſpectu Tutoris legitimi tempore delatæ tutelæ habilis habiti, licèt non propinquiori ſanguinis nexu coniuncti, quòd non remoueatur per propinquiorem poſteà ſuperuenientem: argumentum currere videtur.

Dicebat rursùs tutelam deferri ad inſtàr ſucceſſionis facto
18 computo propinquitatis, † iuxtà computationem Iuris Ciuilis, Sanches lib. 7. de Matrim. diſp. 50. n. 8. etiam in foro Eccleſiaſtico. Garſ. de benefic. par. 7. cap. 15. nu. 25. & 26. Fragoſ. de Regim. Reipub. p. 1. lib. 5. diſp. 16. fol. 825. n. 4. † deferen-
19 dam proximiore repudiante, ſubſequenti in gradu. l. 3. ff. de acquirend. hæredit. Becc. conſ. 26. n. 1. Capic. Latro tom. 1. cōſult. 51. n. 23. reddens rationem, quia cum tutela ad inſtàr ſucceſſionis deferatur, indè proximiore repudiante per legitimā excuſationem, conſequens conſtituitur ſubſequentem fore admittendum; & idem ſi proximior reſpectu alicuius impedi-

menti incapax reperiatur tutelæ onus subire, qua hypothesi, subsequenti illam deferendam esse, tenet Surd. cons. 159. nu. 4. Incapacitas, qua afficitur propinquior tempore delatæ tutelæ, illum de medio amouet reducens in puluerem, tamquàm si in rerum natura non reperiretur, & tribuẽs gradatim subsequenti facultatem succedendi, vt propinquiori habili reperto; hæc forma prælibatur à sæpè dicta tutelã subeundi forma, confricante se cum succedendi regula; adæquantur, germanantur, & sub eodem signo coalescunt tutelæ, & successionis computationes, gradus, & forma, vt dicunt. Fragos. Capic. Latr. & alij penes eos. Addo Rodulph Fabr. in Systemmat. Iuris lib. 1. tit. 14. vndè cum in materia successionis, proximiore repudiante, vel incapace existente, admittitur immediatus, sic respectu tutelæ, proximiore inhabili reperto, subsequens debet vocari immouibiliter, prout in successione cõtingit; cui rationi inhærens Tutor tutelam gerens clamitabat nõ teneri ad relaxationem tutelæ.

Pugnabat contrà affectantẽ tutelam suspectio vehemens, quòd nõ pupilli curæ studebat,
10 † sed anxietate potiendi bonorum fructibus afficiebatur: vt à maioribus, & prudentioribus minores regerẽtur, tutelam lex induxit. l. 1. ff. de tutel. humanis necessitatibus ità exigentibus, quæ hanc mutuam intèr homines opem, ac societatem exposcunt, vt ostendit Iustin. in princ. suæ historiæ, & tenent Alphõsus Guerrero in thesaur. Religionis Christi. cap. 54. in princ. Menchaca in præfat. ad lib. controu. illustr. 120. Rutil. Benzon. de anno Iubil. lib. 5. cap. 9. in princip. pag. 529. Eleganter Sophocles in Aiace in hunc sensum scribit: *Parui sinè magnorum auxilio dubium sibi cõstituũt, quasi in Arce præsidium; optima enim illa societas, qua qui ditior est pauperiorem sibi adiungit, & qui minor est maiorem industria sua erigit*; hoc omnes ambientes, quorum pauci proptèr sarcinam grauis ponderis, qua afficitur, reperiuntur, intra terminos minorum tutioni studendi omni laude digni reponuntur, tamquàm suscipientes curam illorum, qui proptèr ætatis, vel iuditij lubricum, suarũ rerum administratione prohibentur, multis captionibus, & dolis expositi, & sic exercentes opus charitatis. Solorzan. de Iur. Indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 9. n. 47.
11 At si, vt plurimùm contingit, † solum bona affectãt, & pro fructibus pupillorum potiẽdis tutelæ munus subeunt, hi non tutores, sed tollitores dicuntur ab effectu; quià tollunt bona pupillorum, & illos non tuentur. Fragos. de regim. Reipub. par. 1. lib. 6. disp. 15. n. 38. Eleganter Rofred. qq. Bonauent. p. 4. tit. de rationibus distrahen. n. 1. ibi:

ibi: *Quod multi tutelas affectant, vt ex illis bonis incraſſentur, & non ſint pupillis adiutores, ſed hoſtes;* præſumptio hæc auſpicatur ab anxietate tutelas ambiendi, affectandi, & quærendi; anxietas huiuſmodi in noſtro curatore exhibebatur, indè & præſumptio illi inhærens videbatur obſtare ad remouendum illum ab optata tutela.

Lis hæc ducebatur coràm me, vt conſultore, & delegato encontratæ de Gallura, in qua pro Thomaſio Diana pronunciaui illi relaxandam forè tutelam tãquàm propinquiori de-
22 cernens; † ab hac ſententia pars victa ad Regiam Audientiam prouocauit, & in illa fuit firmata, ignoro Relatorem, & Notarium, qui huic placito operam dedère, eorum nomina à memoria effugère ex trãſitu temporis rerum voracis. Ouid. lib. vltim. Metamor.

Omnia conſumitis, vitiaque dentibus aui
Paulatim lenta conſumitis omnia morte.

Auſonius de Patheniana toga loquens:

Miramur periiſſe homines, monumenta fatiſcunt,
Mors etiàm ſaxis, nominibuſquè venit.

Ad excludendam, ſeù euacuãdam præſumptionem affecta-
23 tionis tutelæ, † quæ ſummoperè videbatur conſtringere, ſuppono, in hoc Regno tutorem omnes fructus bonorum pupilli lucrari, obnoxiumquè ſolùm conſtitui ad redditionem rerũ tempore introitus adminiſtrationis repertarũ, prout dixi ſupra cap. 20. ex qua ſuppoſitione videbis optantem tutelam, calumnia anxietatis tutelam ambiendi, vacare, tamquàm lucrũ à lege præſcriptum requirentẽ, & tutamini pupillorum ſtudẽtem, quam illi adiudicaui, & Senatus Sardous detulit meæ ſententiæ placitum confirmãs, nixus text. in l. non ſolùm 12. §. ſi libertus de excuſat. tutor. l. ſi tutor. 9. §. ſi duobus de tutel. & rationib. diſtrahend. vbi habetur tutore legitimo exiſtẽte inhabili, veluti conſtituto in minori ætate, vel aliàs dummodò ſit impedimentum temporale, interim dandum eſſe tutorem datiuum, non propinquiorem ſubſequentem admittendam ad tempus vſquequò proximior impedimento temporali detentus illo vacet ad illam recuperandã: hic eſt vnus caſus in quo in locum datiui ſuccedit legitimus, quod euenit in alijs duobus caſibus, quos explicat Bartol. in l. ſi quis ſub conditione, de legitim. tutel. eſt doctrina hæc Bald. in l. non ſolùm, §. ſi libertus in fin. de excuſat. tutor. & in l. 1. in fin. cod. de teſtam. tutel. qui docent datiuum dandum eſſe tutorem ad tempus, quando proximior inuenitur inhabilis temporalitèr, non verò immediatum proximiorem eſſe admittendum.

Audi Gratian.tom.1.discep. forens. cap.63.n.9. hunc casum
24 figurantem ibi: † *Contrarium declaraui, quià prædicta habent locum, quando præcedens tutor legitimus erat in totum inhabilis, tunc enim est locus sequenti legitimo proximiori in gradu, secùs si primus est temporaliter inhabilis prout in casu de quo agebamus propter minorem ætatem; nam tunc est locus datiuo, cum enim adsit spes, quod ille primus possit esse tutor, interim est prouidendum de datiuo quasi non sit factus locus legitimo subsequenti, cum primus non fuerit penitùs exclusus*. Concludit ad literam exactè doctrina conatum nostrum, inculcans temporali impedimento proximiore laborãte, interim esse prouidendum pupillo de tutore datiuo, in cuius locum posteà succedit legitimus remoto impedimento. Sic Conuersan.de tutel.ad titul. de legitim. agnetor.tutel.fol.61. §.2.n.9. ibi: *Vel quià fuerat datus in defectum legitimi tunc minoris, aut aliàs inhabilis; nam is deindè effectus habilis tutelam recuperat*, eamdem doctrinam videtur subsequi Oliues ad leg. Sardin. cap.101, in fin.

Bannimentum, non loquor
25 de fori iudicato, † quod obstabat propinquiori propter delicta ei falsò prætensa, pro quibus adhùc in absentia non erat dãnatus, impedimentum temporale erat non perpetuũ, reddens illum perpetuò incapacem, & inhabilem absque spe illud remouendi, indè non fuit locus tutelæ datiuæ absolutè, sed ad tempus, nec legitimè deferendæ in personam proximè immediatam, cui si esset locus, & ex perpetuò impedimẽto proximioris in subsequentem esset transfusa, tunc benè intrarent rationes superiùs perpensæ in suo casu certæ, quod numquàm ex consumatione actus legitimi, & existentia conditionis esset remouendus electus à munere, cui fuerat ascitus, prout vi-
26 demus in tutoribus † testamẽtarijs pluribus in testamento electis, etiam cũ clausula simul, quia à tutela testamentaria nõ cadunt, licèt vnus ex consortibus decedat: durat in consortibus in quibus fuit radicata tutela hęc non transiens ad aliã speciem, nisi prima euacuata. Burat.decis.389. Castill. decis. 116.n.9. Paul. Rub. pract. de testam. cap.82, n.11. sed si bona essent multùm pingua, quæ tutores remanentes nequirent regere, posset vtiquè Iudex in locum defuncti tutoris alium subrogare. Franch. decis. 214. Cancer. var. 1. part. cap. 7. de tutorib. apud Leon. decis. 179. tom.2. per tot. Impedimentum erat temporale, cui vacabat proximior, sicquè hoc cessante tutelam recuperare, seù potiùs obtinere constans videtur, prout sic præuiè electus, duplici sententiæ annuens, illam relaxauit.

AR-

ARGVMENTVM.

Creditor anterior, conſentiens fauore certæ Perſonæ ſuū pignus illi hypothecari, non amittit Ius pignoris, ſed tantùm transfundit ſuam antelationem in poſteriorem, cui conſenſum accomodauit ad mentem Senatus Sardoi.

SVMMARIVM.

1 *Creditor anterior, conſentiens hypotheca creditoris poſterioris, à ſua antelatione cadit, & illam transfundit in poſteriorem, cuius hypotheca conſenſit. Sic fuit deciſum per Regiam Audientiam. Probatur. 3. & ſolùm conſentiens, vt ad fauorem certæ, & determinatæ perſonæ pignus ſuū obligetur, cadit à prælatione reſpectu illius, & intermediorum Creditorum, non verò amittit Ius pignoris. 4. 5. 6. 7. 8.*

2 *Conſenſus præſtitus ſuper actu nullo, nullius eſt momenti.*

CAP. XLIV.

DIE 28. Iulij 1655 relatore DD. Dominico Brunengo, Actuario Donadio deciſum fuit per Regiam Audientiam Nobilē
1 Annā Guio, † & Giagarachio per conſenſum præſtitum circà cenſum oneratum per Don Onophrium Fois ſupèr eadem hypotheca, quæ præuiè obnoxia afficiebatur onere quinquè millè librarū ad fauorem dictæ Guio, ſibi præiudicaſſe quoad antellationem, qua potiebatur vt creditrix anterior ratione prioritatis temporis, ſecundumquè creditorem quoad portionem ſui crediti ſubrogatum remanſiſſe in locum prioris conſenſum ſuum, qui accomodauit ſubiugationi hypothecæ reſpectu moderni creditoris. Cōſenſus præſtitus per Nobilem Annam Guio, & Giagarachio
2 validus extitit, † & pro tali in iudiciario diſſidio fuit habitus, reputatus, & tentus, tamquàm interpoſitus ſupèr actu valido, qui ſi nullus eſſet eadem nullitate conſenſus afficeretur. Syluan. conſ. 71. n. 16. Ioan. Bapt. Spada conſ. 58. nu. 5. Vndè, ſi alienatio eſſet nulla, cui quis cōſenſum præbuit, haud præiudicium ſibi alliceret ex illa, tanquàm nulla, orbata poteſtate aliquem producendi effectum. Laurent. Vrſell. legat. concluſ. tom. 1. concluſ. 87. n. 55.

Senatus Sardous tribuit antelationem D. Onophrio Fois
3 eamdem, † quam nobilis Anna Guio tāquàm creditrix potior reſpectu antelationis temporis potiebatur, ratione conſenſus per eam adhibiti, circà hypothecandam eamdem hypothecam, quæ prius annuo cēſui ad fauorem illius obnoxia iacebat creditori poſteriori, qui con-

consensus habitus fuit potens ad transfundendum iura potiora potioris creditoris in posteriorem, cui idem pignus hypothecatur per text. expressum in l. Paulus respondit 12. ff. quibus modis pignus, vel hypothec. soluit. verba sunt consulti: *Paulus respondit, Sempronium antiquiorem creditorem consentientem, cum debitor eamdem rem Titio creditori obligaret, Ius sui pignoris remisisse videri, non etiam tertio in locum eius successisse, & ideò medij creditoris meliorem causam effectā. Idem obseruandum est, vt si Respublica tertio loco crediderit*; quem textum ita sumit Bartol. qui consentit, quòd pignus pignori detur, videtur pignus remisisse, non alium loco sui constituisse. Consonant text. in l. Lucius Titius. 11. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. ibi: *Caiam Seiam, quæ viro pro filia communi in dotem eadem pignora danti consentit, cum communis filia nomine darentur, remisisse videtur obligationem autem perseuerasse. l. si post pignus, ff. de pact.*

Textus hi aliquantulum obscuri intèr Iurisprudentiæ Assèclas ansam ministrarũt quæstioni rigidæ inter eos iam diù
4 actitatæ: † vtrùm creditor anterior, consentiens pignori posterioris, amittat Ius hypothecæ quoàd omnes creditores, & an ista prælationis cessio, & consensus præiudicet, non solùm ipsi priori creditori, verùm etiam alijs intermedijs; vel an consentiens absolutè ammittat Ius pignoris, ita vt simplex, & personalis remaneat creditor sublato prorsus iure pignoris; triplex hæc quæstio ex consensu potioris creditoris circà hypothecandam eamdem rem alij creditori dimanat; agitantur illæ longo calamo penès Doctores in diuersas euntes sentētias, vt est videre penès Salgad in laber. creditor. par. 2. cap. 13. §. vnic. per tot. vbi cumulat copiosè, & iura, & DD. punctum hunc peragentes, pete illum dum occasio anget; sat dijudico placitum Senatus Sardoi tāquàm fœdus intèr quæstiones propositas in medium proferre, iuribus comprobare, ac authoritatibus munire. Nobilis Anna Guio creditrix anterior suum consensum specificè ad fauorem Don Onophrij Fois præstitit; illius personam, successores, & hæredes terminabat,
5 non absolutè, † in abstractò, & absquè expressione personę fuit impartitus, cui specifico assensui adhæsit Senatus, tribuēs creditori, in cuius fauorem potior consensit, eamdem antelationē respectu concurrentis quantitatis, non abducendo à consentiente Ius pignoris, sed subrogando illud in locum creditoris, cuius hypothecæ modernæ annuit: placitum hoc Regiæ Audientiæ fœdus dixi, & iterùm repeto, versari inter dubia superius cunctata; Conueniunt Interpretes, creditorem anteriorem

rem ſpecificè conſentientem, pignori poſterioris ſolùm ſibi præiudicare reſpectu illius pro concurrenti quantitate, & aliorum, qui intermediam ceram occupant, nõ verò abſolutè Ius pignoris amittere. Hæc ſententia communis eſt inter illos, cui Senatus incubuit. Probat text. in l. iubemus, cod. ad ſenat.conſ. Vell. vbi probatur hypothecæ renunciationem eſſe omninò reſtringẽdam ad perſonam cui fit, & ſic eius reſpectu dumtaxàt eſſe attendendã, non autèm ampliãdam quoàd alias perſonas, quibus creditor anterior conſenſum non accõmodauit. Verba ſunt Imperatoris: *Iubemus licere mulieribus, & pro vno contractu, vel certis contractibus, ſeù pro vna, vel certis perſonis, ſeù rebus iuri hypothecarum ſibi competenti, per conſenſum proprium renunciare quodquè ità geſtum ſit, hac authoritate firmum, illibatumquè creditori, ità tamèn, vt generalitèr talis renunciatione pro vno (vt dictũ eſt) contractu, ſeù cęteris contractibus, vel ad vnam, ſeù ad certas res, ſeù perſonas conſenſum ſuum accommodantes qui ſunt, vel fuerint, eadem renunciatio ad illos contractus, & illas res, ſeù perſonas, quibus conſenſum ſuum accomodauerunt, vel accomodauerint, coarctetur.* Probat text. in l. Iulianus, in princip. ff. de legat. 3. l. grege, ſ. cum pignus, ff. de pignorib. l. 3. cod. ſi pig. pignor. dat. ſit. optimus text. in l. 3. l. ſi tibi, ſ. de pignore. de pact.

Supradicti textus probant conſenſum creditoris anterioris, vt res ſibi pignorata alij obligetur, nõ ſoluere pignus omninò, 6 † ſed tantum reſpectu illius, cui conſenſum accõmodauit, ius ſuum remiſiſſe videri, & antelationem cedere: pone anteriorem conſentientem eſſe creditorem pro centum, pro quibus dumtaxàt eidem arridebat prælatio; inferiorem verò, cui conſentit anterior, creditorem eſſe pro ducentis, pro cẽtum ratione conſenſus creditoris anterioris obtinebit prælationem eamdem, qua anterior conſentiens potiebatur reſpectu conſentientis, & aliorum intermediorum, in qua quantitate ſubrogabitur conſentiens in locum iſtius poſterioris; pro alijs verò centum acquiret gradum, & prælationem à tempore, quo cum debitore contraxit ſub hypotheca, talitèr vt cõſenſus, dum eſt ſpecificus reſpectu alicuius perſonæ, operetur transformationem graduum, translationem Iurium, ſubrogationem perſonarum, ceſſionem antelationis intèr anteriorem, & poſteriorem, conſentientẽ, & eum cuius fauore cõſenſus adhibetur: hæc eſt, & fuit mẽs placiti noſtri Senatus, hæc diſtinctio intèr quæſtiones diſpunctas, fœdus intèr dubia, quæ ſecum illæ ducunt, & concluſio in quã omnes conueniũt. Docet Balduin. tract. de pignoribus

ribus ex n.13. Aluarad. de coniecturat. ment. test. lib.2.cap.3. §. primò n.27. & 28. Mier. de maiorat. 3. part. q.18. n.4. & 6. Castill. controuers. iur. tom.3. cap.12. ex n.109. cum pluribus sequentibus, Salgad. infinitis laudatis in laberint. credit. par. 3. cap.13. §. vnic. n.5. vbi hanc distinctionem adhibet, cui Regia Audientia adhæsit, per cõsensum specificũ creditoris anterioris circà hypothecandam eamdem rem sibi obnoxiam, non amittere ius pignoris indistinctè respectu omniũ, à quo caderet, si simpliciter, absolutè, & absquè indicatione certæ personæ illum adhiberet, sed operari tantummodò translationẽ Iurium, & transfusionem personarum de vno ad alium.

Sunt textus pro hac opinione in l. creditor. 12. §. si tecum

7 4. † qui poti. in pignor. habeãt. l. vir vxori 17. §.1. ff. ad Velleian. l.2. cod. de remis. pignor. docent Hartan. pistor. par.3. q. 15. nu. 10. Matthias Berlinch. practicar. conclus. tom.1. conclus.66. n.69. & seq. Acosta de priuileg. creditor. regul.2. ampliat.6. ex n.258. vbi innumeros congerunt.

Plura apud hos Doctores sparsa scio contra iactam conclusionem apponi, quæ tamen triturata in illam dilabuntur in foedus; sat dijudico, in hoc dubio omni ex latere apud Doctores actitato, mentem Senatus nostri tibi certiorem constituisse, vt illi inhærens pro certo habeas tamquàm nixus tam tuto cardini, consensum creditoris anterioris ad fauorẽ certæ personæ adhibitum solũ operari translationem Iurium cum cessione hypothecæ, non verò remissionem absolutam pignoris.

ARGVMENTVM.

Contumacia accusata per falsũ Procuratorem vtrùm possit ratihaberi per principalem, cuius nomine incusata extitit, & vtrùm talis ratihabitio potens sit ad sanandum defectum mandati, taliter, vt virtute præfatæ contumaciæ valeat Reus condemnari: Ratihabitio, vt virtute retrotractiua potiatur, debet supponere principium validum, medium habile, & non præiudicium tertij inducere.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia accusata per aliquem procuratorio nomine, non potest posteà ratihaberi per Dominum in præiudicium illius contrà quẽ fuit accusata. Sic fuisse decisũ per Regiam Audientiam refertur, probatur n.21.*

2 *Ratificatio æquiualet mandato, & possunt rata haberi gesta per falsum Procuratorem: quæ ratihabitio operatur ex tunc, non ex nunc. 3. nomine tamen ratificantis, quod gestum est, fieri debet, aliàs non habet locum ratihabi-*

tiabitio. 4. & ſanat omnem defectum, & nullitatem præcedentem 5. & 6. & poteſt purgari quęlibet nullitas per ratificationem, etiam poſt oppoſitionem partis, & per hæredem contrahentis. 7. 8.

9 *Ratihabitio non operatur iuxtà deciſionem Regiæ Audientię in præiudicium tertij, quo caſu caret virtute retrotractiua. 10. nec operatur ratihabitio, ſeu fictio, niſi quandò extrema habilia, & principium validum eſt. 12. 14. 17. 22.*

11 *Fictio omnis debet niti æquitate.*

13 *Mandatum eſt de ſubſtantialibus iudicij.*

15 *Ratificatio non cadit ſuper actu nullo, & requirit eamdem ſolemnitatem, quam deſiderat celebratio primi actus. 16.*

18 *Prælatio, quæ competit in hypotheca contracta per Procuratorem, non oritur ex die interpoſiti mãdati, ſed à die contractę obligationis. Sic fuit deciſum per Regiam Audientiam. 19. hypotheca verò, quę naſcitur in bonis procuratoris, competit à die ſuſceptæ adminiſtrationis. 20.*

CAP. XLV.

DIE 26. Augusti 1650. Relatore D. Antonio Canales dela Vega, Actuario Sambiguchio, ✝ fuit
1 reuocata ſententia contumaciæ lis lata in Regia Saſſaris Gubernatione contra Don Franciſcum Saſſo, contra quem in prima inſtantia contumaciæ fuerant accuſatæ poſt oblatum libellum per Gauinum Aquena piçolo procuratorio nomine Gauini del Fraſſo, nullam habentem ab eo poteſtatem, quæ poſtea cum clauſula ratihabitionis fuit impartita, cuius intuitu Regia Gubernatio contumacias incuſatas, tanquàm legitimas habuit per ratihabitionis virtutem retrotractiuam, & cuiuslibet defectus expulſiuã; Regia verò Audientia ſententiam hãc reuocauit, eo prætextu, quod ratihabitio nequeat operari in præiudicium tertij, & incapax conſtituatur ſanare procedimenta vitio nullitatis obnoxia, accedente tertij nocumento.

Regij Senatus motiua ratihabitionem excludentia, circa geſta à falſo Procuratore, pugnare videntur expreſsè cum text. in
2 l. licèt, §. falſus, ✝ ff. rem ratam haberi: vbi expreſſis verbis iuriſconſultus geſta à falſo procuratore poſſe à principali approbari, & per clauſulã ratihabitionis æquiualentis mandato retrotrahi ad exordium naſcẽtis actus, ac ſi à principio valida eſſent, docet. Conſonat text. in l. fin. cod. ad Macedonianũ: vbi ratihabitio de iure retrotrahitur, & æquiparatur mandato, cap. ratihabitionẽ, de regul. iur. in 6. cap. nullus laicus, 17. verbo conferat, ibi: *Si tamen*

contulerit, & subsequatur postea consensus Episcopi, benè valet talis donatio. Alex. 3. in cap. sugestum 20. eod. qui textus rotundi sūt in hac inspectione, euincentes ratihabitionem æquiparari mandato, & retrotrahi ad principium gestorum cum approbatione, & exclusione cuiuslibet defectus: comprobat Glos. insignis, in l. si mater §. hoc iure versic. deducit, ff. de except. rei iudicat. & latè disputando concludit non esse ab hac opinione recedendum, cum Bartol. Bald. Iason. & Ancaran. Amic. cons. 8. num. 49. Rota Genuens. decis. 173. n. 14. Guid. Pap. decis. 320. & secundum hanc opinionem iudicatum fuisse in Camera Imperiali attestatur Andr. Gail. practicab. obseruat. lib. 1. cap. 47. num. 5. Mantica. de tacit. & ambiguis, lib. 7. tit. 21. nu. 41. cum sequentib. qui loquitur de actis factis cum Procuratore reuocato, Anto. Fab. in cod. tit. 8. de procuratorib. lib. 2. cap. seù difinit. 10. *ibi: vulgatum est enim hac etiam parte, vt cæteris ferè omnibus ratihabitionem cōparari mandato*, per quam retrogesta validari confirmat. Sequūtur Paul. Rub. decis. tom. 1. decis. 144. num. 8. Postius decis. 638. num. 13. pluribus congestis, Rouit. super Pragmatic. tit. de Procurat. num. 29. Franc. Mar. de Prat. discept. forens. tom. 3. cap. 13. num. 12. vbi dicit ratihabitionem retrotrahi ad tempus contractus, & operari ex tunc, non autem ex nunc à die ratihabitionis, Marin. tom. 1. resol. 145. num. 26 nouissimè Ioannes Bapt. Mucci. qq. forens. quæst. 1. num. 4. Regula hæc, ratihabitionem æquiparari mandato, retrotrahi ad initium actus confecti,

3 contra quam Regius Senatus suum placitum interposuit cū expulsione cuiuslibet defectus, cui ancillatus præuiè iacebat medendo quemlibet morbū, quo laborabat celebratio actus, ratione defectus mandati, constans constituitur, inflexibilis, illedibilis, & tuta, tot legibus apertis stabilita, tot innumerabili interpretum turba nixa. Sunt etiam textus, qui prædictam regulam, cuius sermo versatur, inculcant, euincunt, & constituunt, l. vero procuratori 12. §. vltim. de solut. l. si pupilli 6. item quæritur, & seqq. ff. de negot. gest. l. licet 56. de iudic. l. 1. §. sed & si quod de vi, & vi armat, l. semper, qui non prohibet 60. de regul. iur. l. 7. in fin. cod. quod cum eo, probantes retrotractionem hāc à Regia Audientia repulsam, virtute clausulæ ratihabitionis æquiparari mandato, tenent Peña decis. 578. num. 15. & 592. num. 5, & 100. 2. tom. 1. Salgad de Reg. protect. part. 2. cap. 2. num. 67. vbi loquitur de appellatione interposita à falso procuratore, docetque hanc posse ratificari cum clausula

ſula ratihabitionis, dummodo ſit intra decem dies ad appellandum præſcriptos, valereque ex tunc, non ex nunc, Ioan. Bapt. Spada tom. 3. conſ. 39. num. 10. vbi dicit, ratihabitionem æquiualere mandato, etiam in delictis.

Debet tamen, vt poſſim ratificare aliquid, & clauſulam ratihabitionis iniungere, id
4 quod geſtum eſt, † nomine meo eſſe celebratum, ex vulgari regula, l. mater tua, cod. de rei vindicat. cap. ratum. de regul. iur. in 6. ratum habere non poſſum, quod nomine meo non eſt geſtum; neceſſe eſt in his, quæ nomine mandantis geſta non ſunt, quod præcedat mandatum, & non ſufficit quod ſequatur, cum Thuſc. Alex. & alijs Hermoſill. Gloſ. 1. l. 48. tit. 5 num. 2. fol. 215. & ead. Gloſ. l. 54. tit. 5. num. 3. fol. 247. Marant. reſp. 69. num. 9. tom. 4.

Acta igitur per falſum Procuratorem approbari poſſunt, præcipuè ante ſententiam per dominum, cum clauſula rati-
5 habitionis,† quæ retrotrahitur ad ſananda retro anteà geſta abſquè mandato, Mynſigier. Centur. 1. obſeruat. 44. vbi dicit hoc procedere etiam poſt concluſum in cauſa, Matthias Berlinch. practic. concluſ. tom. 1 concluſ. 14. de Procurat. n. 122 cum ſeqq. vbi diſputat, vtrum ratihabitio procedat poſt ſententiam oppoſita, tamquam ante illam interpoſita, quę omnem defectum euacuat, Larrea deciſ. 46. num. 11. Paul. Stayban. reſolut. 137. num. 17. Centur. 2. vbi dicit per clauſulã ratihabitionis purgari omnem nullitatem antecedentem
6 † per text. in l. licet ſ. falſus, ff. rem ratam haber. quem formalem appellat. Franc. Rocco reſp. 7. tom. 1. num. 11. *ibi: in hac difficultate diximus ex eo, quod acta facta à falſo Procuratore, vel non habente poteſtatem per ratihabitionem principalis conualidantur, & retrotrahuntur, non aliter, ac ſi mandatum ab initio interueniſſet*, vbi cumulat Borell. Theſaur. Rouit. & alios. Tab. Capic.
7 Galeot. tom. 2. † Illuſtrium. c. 6. num. 38. cum ſeqq. Carol. Marant. tom. 4. reſponſ. 63. n. 23. & eſt ratio, quia mandatum Procuratoris dependet ex ſola voluntate Domini, & independentibus ex animo ſufficit ratihabitio teſt. Bald. per tex. ibi, l. ſi tutor tuus 3. cod. in quib. cauſ. reſtit. in integr. Berlinch. tom. 1. practic. concl. 14. num. 124.

Ampliatur, vt ratihabitio excludat, & euacuet quamlibet nullitatem, ſiuè defectum, etiàm poſt oppoſitionem par-
8 tis, † prout docet, pluribus congeſtis, Don Iuan Dexart inſignis Iuriſconſultus Calaritanus deciſ. 16. num. 17. & hæres illius, cuius nomine geſtum eſt negotium, ſi ante ratificationem deceſſerit, poterit contra-

ctum, siuè actum ratificare, & illum ratum habere, l. ab vno cod. de negot.gest.& ibi, Bald. Bart. in l. bonorum,ff. rem ratam haber. Angel. Thusc. & alij penes Hermosill. l.48.tit.5. part.5. Glos.1. fol.215. num.3. hæc sunt, quæ pugnant aduersus placitum Senatus, hæc clamant ad fauorem Regiæ Gubernationis sententię, per quã contumacię accusatæ Procuratorio nomine per Gauinum Aquena Piçoto contra Don Franciscum Sasso fuere habitæ pro legittimis, ratione mandati subsequentis cum clausula ratihabitionis, hæc tot iuribus nixa pugnant apertè cõtra Regiæ Audientiæ sententiam reuocatoriam, virtutem retrotractiuam à prædicta clausula abdicantem, detrucantẽ, & interdicentem; illam fouere, & pro viribus firmare studeamus.

Retrotractio mandati, virtute ratihabitionis principalis, alioquin resultans, † vt vidi-
9 mus per tot iura superiori cera iacta, in præsenti hypothesi fuit repulsa ex eo, quia in præiuditium testis resultabat. Senatus Sardous dixit ratihabitionem operari, & retrotractionem obtinere, quando inspectio præiudicij testis non obijcitur; secus illa in medio versante, quia tunc retro non trahitur mandatum, ne sit in alterius potestate ius testis lædere, quod nunquam ferendũ est, l. 1. §. vltim. l. qui balneum. 9. §. 1. versic. si modo, l. potior. 11. in princip. ff. qui potior in Pignor. habeant, docet Paris. cons. 5. cons. 14. in princip. num. 3. lib. 1. decis. cons. 247. num. 5. Rim. Iun. cons. 203. num. 55. vbi omnes fatentur ratihabitionem non operari retrotractionèm in pręiuditium testis, sed suum effectum producere ex nunc, non ex tunc. Seraphin. decis. 1165. num. 6. Surd. cons. 160. n. 26. lib. 2. Anton. Fab. in cod. tit. 20. definit. 1. ad Senat. Consult. Macedon. *ibi: nec enim vnquam in praiudicium testis retrotrahitur propter medium inhabile, quod vt nostri solent dicere, impedit coniunctionem extremorum, facitque ne liber sit recursus*. Postius decis. 612. num. 4. versic. *in cuius praiudicium ratificatio subsequuta non operatur, cum non retrotrahatur in praiuditium testis*: Paul. Rub. decis. 245. num. 3. versic. *ratificatio enim ęquiparatur mandato, non tamen in hoc casu trahitur retro, cum agatur de praiudicio capituli*. Carol. Marant. resp. 69. p. 4. n. 12. Salg. de retent. Bullar. 2. p. c. 17. n. 52 ver. deindè mouetur, pluribus ibi laudatis; Ancharan. Regner. lib. 2. q. 23 n. 8. & est text. in l. si patrem. §. final. ff. quemadm. seruit. amittatur, Merlin. controu. forens. tom. 1. cap. 68. num. 21.

Operatio trãslatiua ex clausula ratihabitionis procedens ad conualidanda retroacta à
10 Procuratore falso, † fictio translati-

ſlatiua dicitur, & eſt temporis retrotractio appellata. Zambarell. conſ. 105. num. 13. Ganauer. deciſ. 27. num. 30. verſic. *quoniam retrotractio eſt fictio*, quæ haud in teſtis præiudicium tamquam priuilegiũ nudum à lege inpartitum operari valet; vacat omni effectu, poteſtate, & viribus fictio, accedente teſtis detrimento, in cuius præiudicium haud iura fictionem aliquam amplexantur, l. ſtipulatio de dote, ff. de iure dotium, l. in inſulam, §. final. ff. ſoluto matrim. Bartol. in l. debitum ʃ. 1. ff. rem ratam haberi. Monter. deciſ. 50. n. 17. Salgad. in laberint. creditor. p. 2. cap. 28. n. 47. Gutier. de gabell. 88. quæſt. n. 22. Merlin. controu. forenſ. tom. 1. cap. 48. num. 21. vbi loquitur de fictione inducta à lege in odium contumacis, quam non operari in præiudicium teſtis tenet Gregor. Ganauer deciſ. 36. num. 30. ratio genuina ſi-
11 gnatur; fictio inductiua, † ſeu translatiua ſemper ęquitate nititur, fundatur, & ſtabilitur, ratione naturali auſpice, quibus reluctantibus fictio aliqua concipi nequit, l. qui in vtero de ſtatu homin. l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſu Capien. & ibi Bartol. & Iaſon. Ganauer. loc. cit. & conſ. 5. num. 125. vbi fundamentum fictionis dicit eſſe ęquitatem, Laurent. Vrſell. legal. concluſ. c. 65. n. 16. vbi dicit ceſſante æquitate, tanquam cauſa efficiente, ceſſare fictionem, Lelio Altograd. ſcõ. 83. num. 44. plura apud me diſſert. 6. num. 44.

Rurſus fictio, ſeu ratihabitio non operatur, & producit virtutem translatiuam transferẽtem tempus ſecundi actus ad tempus primi, niſi habeat ex-
12 trema, † & media habilia poſitiuè, & realitèr, id quod ſpetiale eſt in qualibet fictione, per text. in l. bonorum, ff. rem ratam haber. l. neceſſariò, verſic. quod ſi pendendę, ff. de pericul. & comod. rei venditæ, vbi in fictione translatiua requiritur habilitas in vtroque extremo à quo, & ad quem, ita vt non ſufficiat habilitas extremi à quo in potentia, ſed requiritur in exiſtentia, & eſſentia, l. 2. ff. de vſufruct. ear. rerum, Paz. de tenuta cap. 33. num. 7. Honded. conſ. 16. num. 47. vol. 1. Velaſq. ad l. 40. Taur. Gloſ. 7. num. 15. Anton. Fab. lib. 4. tit. 20. def. 1. Salgad. in retent. Bullar. 2. par. cap. 17. num. 52. verſic. tum etiam. Merlin. controu. 68. nu. 15. & 16. at ſic eſt, quòd quando, falſus Procurator exiſtit comparens in iudicio nomine alterius, datur inhabilitas primi extremi à quo ratio-
13 ne nullitatis actus, † & defectus præexiſtentis materiæ, cũ mandatum ſit de ſubſtantialibus iudicij, in quo proceſſus ſubſtantiatur cap. cum in iure de offic. de legat. l. exigendi 12 cod. de Procurat. & ibi Bald.

Mat-

Matthias Berlinch. practic. cōclus. cap. 14. num. 1. lib. 1. inde repugnat coniunctio exstremorum, ac per consequens potentia, & effectus translatiuus virtute clausulæ ratihabitionis. Eleganter probat, Merlin. t. 1. cap. 21. num. 5. *ibi: nam regulare est in materia assensus, illum supponere extrema habilia, id est, materiam, circa quam versatur, esse habilem, & praexistentem, ideo si inuenit contractum validum, ipsum totaliter confirmat; sin autem inualidum, talem relinquit, quia assensus nihil operatur, vbi non inuenit quo figat pedes; vndè cum contractus huiusmodi concessionis in ipsius ortu, & formatione sit nullus, est irritus; ideo ratificatio, & assensus superueniens nihil operatur.*

Nullitas actus, cui ancillatur accusatio contumaciæ, celebrata per nō habentem potestatē,
17 cum requiratur ad illam, † vt reus legittimè sit citatus, id est accersitus ab habente potestatem, Matth. Berlinch. practic. conclus. cap. 17. tom. 1. num. 74 impedit extremorum coniunctionem, cum medium inhabile, vel principium nullum tollat extrema habilia coniugi posse, l. fin. ff. de fluminib. l. qui Sella, §. fin. de seruitutib. Vrban. prædior. Surd, cons. 8. num. 17. & cons. 136. num. 34. Anton. Monach. decis. Florent. 62. num. 18. Ludouic. Postius de manutent. obseruat. 55. num. 55. Carol. Marant. respons. 59. num. 11. part. 4. Hermosill. Glos. 12. l. 4. tit. 1. num. 8. fol. 51. & Glos. 12. l. 4. tit. 5. num. 73. fol. 5. Prato discept. 33. n. 31. 1. p. Castill. controu. lib. 5. 2. part. num. 14. Valençuel. cons. 177. à num. 64. quorū omnium ratio est, quia ratificatio, & ratihabitio non cadit super actu nullo, & inualido. Bartol. in l. quod obseruare, de offic. Proconf. Trentacinc. var. lib. 2. tit. de procurat. num. 8. resolut. 9. Olac. decis. pedam. 119. n. 26. Surd. decis. 145. Ioan. Bapt. Cost. de retrotract. cap. 8 Cas. 4. num. 16 Valenç. cons. 177. à num. 53. vbi dicit, actum nullum non posse ratificari cum retrotractione in prçiudicium testis ex tunc, sed ex nunc, cum superueniens consensus actum nullum non reuiuiscat, sed actum nouum efficiat, & constituat, & ita eędem solemnitates, quæ in celebratione illius desiderantur, requiruntur in ratificatione, quia reuera nouus est contractus, cum primus nullus fuisset, l. nuptiæ 8. ff. de ript. nuptia r. l. si vt proponis. cod. de nuptijs. Salgad. loc. citat. versic. altera est ratificatio. Valençuel. num. 52. Larre. decis. 46. n. 11.

Igitur nullitas actus, & præiudicium testis in causa extite-
18 re †, vt contumaciæ accusatæ per non habentem mandatum haud per consensum subsequētem cum clausula ratificationis pro validis per Senatum habi-

tæ

tæ fuerint, repulſa translatiua virtute, quæ alioquin accedente ratihabitione producitur, cuius productio per inſpectionẽ præiudicij teſtis impeditur; hinc iuxtà veriſſimam opinionem hypotheca contracta per Procuratorem non retrotrahitur ad tempus mandati in prędiudicium teſtis medio tempore contrahentis, ſed operatur ex nunc à tempore contractus,
19 quo obligatio fuit adepta, † & orta in actu exercito. Bald.cõſ. 198. num. 10.lib.1. & conſ.466 volum. 5. Rota Genuenſ. deciſ. 188. num. 12. vſquè ad fin. quæ loquitur in fortioribus terminis in eo, qui per publicum inſtrumentum ſe cõſtituit obnoxium ſoluere quid quid aliquis nomine ſuo acceperit ad cambium, qua hypotheſi, fuit deciſum hypothecam, & prælationem non oriri ex die huius mandati, & promiſſionis principalis, ſed à tempore pecuniæ effectiuè acceptæ ad cambium. Marta. conſ. 79. num. 10. 11. & 12. Gracian.diſcept. forenſ. 124. n. 22. Franc. Manent. deciſ. Delphinal. 166. num. 16. part. 1. ex Carraſc. & alijs probat Hoguerol. allegat. 22. num. 8. non dari in præiudicium medio tempore con-
20 trahentium, † nec dari retrotractionem ad tempus interpoſiti mandati, ſed competere prælationem à die in actu obligationis conceptæ. Salgad. de retent. Bullar. 2. part. cap. 17. num. 52. in fin. & in laberint. creditor. part. 1. cap. 30. nu. 30. Acoſt. de priuileg. creditor. regul. 5. ampliat. 3. Sic fuiſſe deciſum in confirmationem ſententiæ Regiæ Gubernationis per Regiam Audientiam ad fauorem Ioannæ dela Giacio Caſtri Aragonenſis vidi Anno 1657. relatore Bonfant: hypotheca verò, quæ acquiritur in bonis Procuratoris ratione eius adminiſtrationis incipit à die ſuſceptæ adminiſtrationis. Gaſpar. theſaur. qq. forenſ. lib. 2. quæſt. 84. ex num. 8. Anton. Fab. in codic. tit. quib. mod. Pign. vel hypothec. tacitè contrahat, deciſ. 26. Virgil. de legitim. perſon. cap. 16. num. 73.

His iactis dijudico dubia ex contrario cunctata, euacuata, & Senatus placitum firmum remanere, quod alijs exemplis
21 vtiquè poſſem roborare; † ſed ne ad longum punctum protraham, ab illo ſuperſedeo: ſat probaſſe putans, retrotractionem non operari in præiudicium teſtis; quod Senatus perſpexit, cui ſtuduit, & ad excluſionem pœnę contumaciarum per non habentem legitimum præuiè mandatum incubuit, nixus, ni fallor, doctrinæ in terminis præciſis præſentis caſus Anton. Fabri. in codic. tit. 20. definit. 2. lib. 5. verba ſunt: *inde fit, vt ſi falſus Procurator pro te contra me iudicio adfuerit, ego verò abfuerim, non poſſit pro te ferri ſententia, quam-*

uis

nis tu falsi Procuratoris factum ratum habueris, siuè antè, siuè post sententiam, si non à tempore ratihabitionis secutæ ex integro fiam contumax, & in epygrapha dicit: *Iudicium à falso Procuratore institutum, non potest ratum haberi ad constituendum aduersariū in contumacia, & dolo*, rationem affert litt. I. potest enim fieri, vt ideo absfuerim, quia sciebam falsum Procuratorem eum esse, qui tuo nomine contra me agebat, & ideo non posse me ex causa fieri contumacem, sed ius meum durare. Argum. l. sicut §. non videt ff. quib. mod. Pign. vel hypothec. soluit, & cum Procurator assertus mandato vacauit, non solum iudicium esse non potuit, sed neque dici controuersia, l. licèt in principio 24. cod. de Procurat. l. 1. cod. quib. res iudicat. non nocet, l. falsus 21. codic. de furt. Virgil. de legitim. person. in prelud. ex num. 1. atque indè contumaciæ incursus aliquis non potuit considerari ex defectu legitimitatis personæ in iudicio comparentis absque mādato, l. ad peremptorium 68. cum seq. de iudic. cum contumaciæ incursus præsupponat inobedientiæ delictum, l. contumacia 53. de re iudic. quæ deficit deficiente actore legitimo.

Augetur ratio, eo ipso, quod quis absque mandato ad iudicium aliquem prouocauit, fuit vocatū ius quæsitum ad deducendam nullitatem citationis ex
22 defectu mandati, † prout dicit Anton. Fab. loc. cit. in fin. in glosa: at sic est, quod post ius quæsitum alteri non retrotrahitur ratificatio, Bartol. in l. si vxor, §. si quis vxorem num. 3 versic. vel aliter ratihabitio, ff. ad leg. Iul. de adulter. Sarnien. sup. regul. de trienal. quæst. 59 cum Verall. & alijs Peña decis. 110. num. 4. & 171. num. 9. tom. 1. vbi dicit, ratificationem procedimentorum cum clausula ratihabitionis non retrotrahi in præiudicium testis, quando huic fuit ius quęsitum, igitur ius dicendi de nullitate aduersus accusationem contumaciarum per non habentem potestatem adhibitam, haud potuit tolli tamquàm ius quæsitum ratione defectus personæ in iudicio suppositæ per ratificationem, & ratihabitionem principalis, ex regula, quod ius nobis quæsitum non possit tolli absque facto nostro, Rouit in pragmatic. 1. num. 7. de instant. caus. non restit. Capic. Latr. decis. 68. ex num. 1. lib. 1. Biloch. allegat. 4. num. 8.

AR-

ARGVMENTVM.

Ad cap. cauſæ omnes Seſſion. 24. de reformat. per quod Ordinarijs in prima inſtantia, biennij meta ad earum expeditionem præſcribitur, vtrum ſi cauſa, vel quia leuis, vel quia intra breuius tempus expeditionis eſt capax, ante curſum biennij poteſt declarari; & nollet Epiſcopus ſententiam dicere, niſi ſpectato tempore per Concilium præfixo, poterit ſubditus ad Archiepiſcopum per viam querelæ adire; & vtrum hic tali hypotheſi poterit Epiſcopo terminum ei bene viſum iuxta qualitatem cauſæ iniungere ad illam expidiendam ſub poena euocationis in grauamine extraiudiciali; & appellatione ab illo interpoſita, non tenetur Archiepiſcopus ſeruare formam Concilij: Epiſcopus poteſt per Archiepiſcopum non viſis actis, & abſq; partis citatione inhiberi temporaliter non perpetuè, exaratur quam ſit turpe priuata odia ſub velamine officij vindicare.

SVMMARIVM.

1 *Caſus præſentis dubij proponitur.*

2 *Appellatio ab Epiſcopis ad Archiepiſcopum prætextu retardatæ iuſtitiæ non admittitur, niſi tranſacto biennio per Conciliũ in cap. cauſæ omnes, ſignato 3. 12. vbi refertur declaratio Sacræ Congregationis, & ad hoc, vt Epiſcopus conſtituatur in mora, non ſufficit tranſitus biennij, ſed debet proteſtari iteratis vicibus, vt cauſam expediat 13. requiritur etiam, quod hæc negligentia ſe teneat ex latere Epiſcopi, & quod cauſa potuerit expediri ante biennium 15.*

4 *Inhibitiones obtentæ à Metropolitano, non ſeruata forma Concilij, ſunt nullæ, cum debeant eſſe viſis actis, & cum citatione partis; intelligitur de inhibitionibus perpetuis non temporalibus, & refertur praxis tribunalis Turritani. 5. 7.*

6 *Sic fuiſſe deciſum in rota contra menſam Ampurienſem refertur. 8. clauſula ſi quis reſoluitur per comparationem in ſimplicem citationem.*

9 *Appellatio in grauamine extraiudiciali debet interponi infra decennium.*

10 *Epiſcopi amittunt primam inſtantiam per grauamen extraiudiciale, ſi ab hoc appellari contingat iuxtà duplicem declarationem Sacræ Congregationis; refertur deciſio menſæ Turritanæ ſuper hoc habita, & ſententia iudicis appellationum Regni Sardiniæ contra doctorẽ Auguſtinum Font Vicarium Algarenſem. 11.*

14 *Appellari non poteſt à negligentia iudicis, niſi pluries requiratur ad expeditionem cauſæ.*

16 *Terminus quando Iudici præfigitur ad declarationem cauſæ, non conſtituitur in negligentia*

 ante

ante illius transitum, nec in sindicatu poterit culpari, si causam antea non expedierit 17.

18 Negligentia afficitur iudex, si nõ expediat causam intra terminum ei praefixum, quae praesũptio n dubio intrat, nisi contrarium probetur per iudicem.

19 Archiepiscopus non habet iurisdictionem in causis suffraganeorum, nisi mediante legitima appellatione.

20 Iudices saeculares causam remitẽtes iudici Ecclesiastico ex defectu iurisdictionis, non possunt illi statuere terminum ad illam expediendam.

21 Episcopi tenentur ante biennium causas subditorum expedire, quando illae antè hoc tempus expeditionis sunt capaces; fuit sic prouisum in mensa Turritana, vbi Archiepiscopus Episcopo Ampuriensi praefixit terminum ad causae declarationẽ ante biennium, attenta iam conclusione causae facta in tribunali Episcopi: rationes referuntur. 26. 33. 37. 38. vbi defenditur posse Archiepiscopũ in casu querelę subditi suffraganei iniungere Episcopo pręceptum; quatenùs intrà terminum ei bene visum causam expediat sub poena euocationis. 39 43.

22 Appellatio competit ab indebita carceratione, & afferuntur plures declarationes Cardinalium circa hanc facultatem reis elargitam.

23 Iudex tenetur quam citius causas reorum expedire, aliàs si damna sequantur; tenetur ad illa, & peccat lethaliter.

24 Archiepiscopus potest notoria crimina, & peccata subditorum suffraganeorum corrigere, & iubere Episcopis quatenùs iustitiam faciant. 25.

27 Odia priuata quis non debet vindicare sub velamine proprij officij, & exaratur quam sit turpe, perniciosum, & exacrabile. 28. 29.

30 Iudex licet non possit esse clementior lege, cum sit seruus illius, ex causa tamen potest abbreuiare terminum, & per Epicheiam iuxtà mentempr ę sumptam ex causa ius dicere. 31. 32.

34 Clementia summopere iudicibus Ecclesiasticis comendatur, & de eius laudibus.

35 Exequutor intelligitur relictus, quando ei mandatur distributio alicuius rei, quo casu augmentum eum non spectat, anni dilatio, quę exequutoribus indulgetur, intelligitur, si res anteà non potest exequi, secus si breuiùs potest expediri, quia tunc peterunt exequutores ante annum compelli. 36.

41 Superior excitans iurisdictionem inferioris potest illi praefigere terminum ad causam expediẽdam; veluti in remissione vassalli baronalis adhibita per iudices Regios; qui hunc terminum poterunt pręfigere. 42.

CA-

CAPVT XLVI.

VACAMVS normæ præscriptæ
per Concilium
Tridentinum in
cap. causæ omnes
session. 24. de reformat. cir-
1 ca expeditionem causarum, †
quomodolibet ad forum Eccle-
siasticum spectantium intrà
biennium in prima instantia
Episcopis, cæterisque Iudici-
bus ordinarijs comendatam;
quem articulum, cum sit satis
notus, corde haud resideт reuol-
uere; dubium suscitatum in
tribunali Ecclesiastico Turri-
tano, me existente assessore il-
lius, inter Episcopum Ampu-
riensem Illustrissimum Don
Laurentium Sampero, & Pro-
motorem fiscalem mensę Tur-
ritanę, fuit circa appellationem
interpositam à quodam carce-
ribus oppidi de Tempio deten-
to iam per spatium sex men-
sium, ex ordine dicti Illustrissi-
mi Episcopi, per furtum ei prę-
tensum, & patratum in Eccle-
sia Deiparæ de lugar santo;
causa eius rei concluia inuenie-
batur pluribus diebus penes as-
sessorem pro capescenda decla-
ratione, repetitis vicibus illam
optauerat, & iudicialiter requi-
siuerat, quam cum obtinere
magno labore, & temporis in-
teruallo interposito dijudicauit;
ad Metropolitanum, tamquam
à denegata, vel retardata iusti-
tia appellationem interposuit
Carceratus: hinc dubium, vtrũ,
non transacto biennio per Cõ-
cilium signato, fas sit reis ad iu-
dicem superiorem conuolare,
mediante querela, quando an-
te hunc terminum expediri
valet processus declaratio, susci-
tatum fuit; cuius ex vtroque
latere fundamenta aliqua tibi
proponam, cum hæc inspectio
tangat maiorẽ indaginem, &
decisionẽ subsequutam referã.

Ab Episcopo ad Metropoli-
tanum non esse recipiendas ap-
pellationes respectu denegatæ,
vel retardatæ iustitiæ, nisi trã-
sacto biennio constans videtur
resolutio, ex præfata consilij
sanctione resultans, † quæ hanc
2 metam præscribit, & terminũ
adsignat ad causarum decisio-
nem, quo efluxo Ordinarios in
mora reponit, tribuens parti-
bus litium iurgijs suppositis ad
superiorem reclamandi facul-
tatem, pro vt sic docet plena
manu Aloys. Ric. in decis. cu-
riæ Archiepiscop. 4. p. decis.
273. num. 5. & 6. Ioan. Maria
Nouar in noui iuris Pontific.
prat. conclus. cap. de causis pri-
mæ instantiæ conclus. 2. alias
55. num. 21. Almindares in
addit. ad recopilat. leg. Nauar-
ræ tit. 18. l. 7. de religion. 6. in
declarat. num. 40. lib. 2. qui &
alij consultò ommissi infiniti
inculcant causas omnes infra
bienniũ esse coram Ordinarijs
terminandas, † anteque huius
3 metæ transitum non licere reis

ad superiorem reclamare, nisi accedente sententia diffinitiua, vel interlocutoria habente vim diffinitiuę. Augustin. Barbos. de potest. Episcop. tom. 2. allegat. 81. num. 8. & 9. Stephan. Gracian. discept. forens. c. 837. à num. 16. tom. 5. Flores Dias de Mena practic. lib. 1. quæst. 12. à num. 8. Leo in thesaur. fori Ecclesiastic. part. 2. cap. 1. num. 7. Narbon. ad leg. recopil. l. 59. Glos. 1. principali à n. 23. lib. 2. tit. 4. recopilat. Ioan. Anton. de Saura in voto Platonis de primis instant. c. 1. f. 82.

Ante quod tempus inhibitiones obtentæ Archiepiscopo
4 non ligant suffraganeos, † tamquam expeditæ contra formã Concilij, & placitum Sac. Congregationis, quod ad litteram refert Quaranta in summa bullar. verbo Archiepiscopus fol. 68. & Ioan. Baptist. Ventriglia, in tract. de iurisdict. Archiepiscop 137. ad tenorem cap. Romana de appellat. in 6. vbi præscribitur forma, quæ circa appellationes recipiẽdas, & inhibitiones interponendas haberi oppertet, nempè cum inspectione actorum, & citatione partis, Valençuel. cons. 125. num. 26. quarum solemnitatum obseruantia haud procedit in inhibitionibus tempo-
5 ralibus, † sed perpetuis iuxtà praxim. huius Regni Sardiniæ, & præcipuè mensæ Turritanæ, in qua solet interponi hoc decretum ad calcem appellationis schedulæ per appellantem porrectæ, *dicat pars altera infra quatuor cur appellatio admitti non debeat, & interim inhibeatur Iudex à quo per terminum vnius mensis*; inhibitio, quæ vt attestata causet, debet personaliter notificari. Petrus Tondut. de præuent. cap. 9. num. 47. & ob-
6 tenta cum clausula *si quis, &c.* † per comparitionem resoluitur in simplicem citationem, Ioan. Baptista Spada cons. 11. n. 25. tom. 1. perpetuò in Concilio Tridentino, & in Sacræ Congregationis sanctione, nisi adhibitis præscriptis solemnita-
7 tibus, interdicitur, † non temporalis, quæ non visis actis, & absque aliqua præuia citatione potest impartiri: sic cum Verall. Camill. Borret Zerola, Marquesan, Paz, & Genuens. Salgad. de Regio protect. p. 2. cap. 10. num. 37. ibi: *& licet in puncto iuris resolutio huius quæstionis verissima sit, at disputando, pro qua quondam vti obseruata vidi pluries in hoc Senatu vim fieri appellationi a supersessoria, ac inhibitoria tẽporali vim facere non defferentem declaratum; post modum autem cum inter iudices Ecclesiasticos ordinarios, & delegatos frequentatus est, & praualuit stillus huiusmodi inhibitionis temporalis, per Rotam pariter approbatus, non immeritò etiam illum attendentia suprema tribunalia vim non fieri quotidie declarant, illi omnino inhærendo quoad violentię cognitionem, de quo stillo inter Iudices Eccle-*

Eccleſiaſticos teſtantur deciſiones Rotę, & num. 47. *ac propterea vim nullam facere Iudicem Eccleſiaſticum, negantem dilationem appellationi interiectę ab huiuſmodi inhibitione temporali decernitur in Senatu*. Tribunalia Eccleſiaſtica in hoc Regno huic praxi ſtudent, poſſem plurima exẽ-
8 pla comulare, labori parco, † cũ occaſio haud vrgeat; ſufficiat inſinuare diſſidium anno 1657 inter tribunalia Turritanum, & Ampurienſem ſuſcitatum ſuper appellatione à Collegiata de Tempio interpoſita; ad eius calcem inhibitio temporalis per Vicarium Sede vacãte doctorem Thomaſiũ Querquì extitit impartita, contra quam, & alia procedimenta celebrata in tribunalium contentione Promotor fiſcalis menſæ Ampurienſis recalcitrauit, per rotam verò Romanam illa pro valida fuere habita.

Euaneſcit prima inſtantia, & terminus biennij per Concilium ſtatutus, quando in aliquo negotio Ordinarius proceſ-
9 ſit extraiudicialirer, † ſi ab hoc grauamine extraiudicialiter illato, ad ſuperiorem fuerit appellatum intra decemnium, in quo debet appellari in extraiudicialibus, Sperell. tom. 2. deciſ. 182. num. 27. prout in iudicialibus Ioannes Baptiſta Spada, conſ. 7. num. 2. tom. 1. per quem actum ſatisfactum dicitur diſpoſitioni Tridentinæ præſeruanti primam inſtantiam omnium cauſarum Ordinarijs cũ præfixione biennij metæ, & ampliùs iudex grauans non poterit ſe intromittere in vlteriorem negotij cognitionem, quæ mediante appellatione ad Archiepiſcopum deuoluitur; ſunt terminãtes Sacræ Congregationis ſanctiones, quas ad litteram refert
10 † Narbon. in dict. l. 59. Gloſ. 1. nu. 179. tit. 4. lib. 2. tom. 3. recopil. ibi: *an decretum Concilij ſeſſion. 24. cap. 20. locum habeat, quando Ordinarius extraiudicialiter procedendo grauat partes, adeò vt liceat partibus à tali actu extraiudiciali ad alios ſuperiores iudices appellare, ſeu reclamare quatenus ius id permittat: ſed omnino cauſam grauaminis in prima inſtantia coram eodem Ordinario cognoſci debeat? Congregatio cenſuit hoc caſu non habere locum decretum Concilij*: & ibidem iterum cum Vicarius Coimbrenſis deputaſſet quemdam beneficiatum Eccleſiæ Sancti Iacobi in illius Parochum, Beneficiati ob irreparabile damnum, & præiudicium appellauerunt, & cum de cauſa committenda ageretur, oppoſitum fuit, quod cauſa deputationis coram Ordinario eodem tractari deberet beneficiatis; verò reſpondentibus decretum, c. 20. Concilij, nõ habere locum, vbi Ordinarius extraiudicialitèr procedendo grauat partem, res delata eſt ad Congregationẽ Concilij, & Congregatio, cenſuit, hanc

hanc causam esse legitime deuolutam: nam illud decretum habet vim deffinitiuæ, & id, quod debebat agere iudicialiter, egit extraiudicialiter, à quo etiam datur appellatio cap. concertationi. de appellat. lib. 6.

Punctus hic successit disputari anno 1662. inter doctorem Augustinum Font Vicarium generalem Alguarensem, † & Promotorem fiscalem
11 mensæ Turritanæ; decreuerat ille extraiudicialiter venditionem cuiusdam armēti Vaccarum, quæ erant doctoris Petri Sotgiu rectoris oppidi de Buddusò pro soluendo parlamēto, & regio donatiuo, vt prætendebatur: ab hoc grauamine extraiudiciali appellauit Rector Petrus Sotgio ad mensam Turritanam, in qua contra inhibitionem impartitam, & appellationem admissam præfatus Vicarius putans se grauatum recalcitrauit, & à sententia lata decretum Concilij non procedere in grauaminibus extraiudicialibus, & abdicante totam iurisdictionem ab illo, & illam retinendo in tribunali Metropolitano declarante, ad iudicem appellationum doctorem Felicem Carnicer Canonicum Calaritanum appellationem interposuit, per quē sententia hæc per me adhibita, tamquam assessorem mensæ Turritanæ, fuit firmata iure optimo, cum per grauamen extraiudiciale Ordinarij cadāt à prima instantia, & ius causas intra bienniū decernendi amittant iuxtà præfatas declarationes Sacræ Congregationis, docent Flores de Mena Var. quæstion. lib. 1. q. 4. num. 37. circa finem. Salgad. de retent. bullar. 2. part. cap. 5. part. 2. num. 10. & 2. part. cap. 23. num. 26.

Non effluxa biennii meta, appellatio in hypothesi à denegata, & retardata iustitia
12 fuerat interposita, † fundans appellans grauamen in retentione processus tam prolongata, & denegata causæ declaratione pluribus vicibus requisita, optata ac petita; connatui oppugnabat fiscalis mēsæ Ampuriensis, appellationem hanc esse inadmissibilem deducens; dicebat bene posse reum à denegata, & retardata iustitia appellare, non tamen transacto biennio, impartito per Cōcilium ad causarum decisionē, ante cuius termini transitum, nec Episcopus afficitur mora circa expeditionem causæ, nec quærelæ locus proponitur ad reclamandum, tamquam à retardata iustitia. Sic Aloysius Reccius in prax. aurea resol. 334. à princip. & decis. 153. part. 4. vbi testatur ita decisum fuisse per Sacram Congregationem, Marchesan. de commissionib. part. 2. §. 4. n. 54. Barbos. de potest. Episc. tom. 2. allegat. 81. sub num. 9. Salgad. plu-

pluribus laudatis de retent. bul. lar. 2. part. cap. 6. num. 6. ibi: *quod si infra illum terminum cauſa non expediatur, poteſt auuocatio impetrari* Maſtrill. deciſ. 336. num. 3. to. 3. Ioan. Baptiſta Ciarlin. controu. iur. tom. 2. c. 85. n. 2. & 94. vbi ad longum defendit, niſi tranſacto biennio cauſam ſuffraganeorum ad Archiepiſcopum auocari prætextu negligentiæ non poſſe.

Et non ſolū requiritur tranſitus biennij ad euocationem cauſæ ad Iudicem ſuperiorem

13 ad mentem Concilij, ✝ ſed erit adnimaduertendum, quod ad hoc, vt negligentia Ordinarij detegatur, tenetur pars non ſemel, ſed pluries proteſtari apud eumdem Ordinarium, vt cauſam terminet, neque labi patiatur biennium Concilij, ſecundum Alex. cõ. 64. lib. 1. & conſ. 64. lib. 6. Anton. Grauat. in annot. ad c. 5. lib. 3. prax. Octauiani Veſtrii verbo dummodo. num. 7. vbi num. 88. refſert alios. Ioan. Mar. Nouar. in noui iuris Pontific. practic. reſolut. cap. de cauſis primæ inſtantiæ concluſ. 2. alias 55. n. 4. in fin. Riccius, Barboſ. & alij ſupra. Narbon. in l. 59. Gloſ. 1. num. 100. lib. 2. tit. 4. tom. 3. recopilat. Ioan. Baptiſta Ventriglia in ſua praxi tom. 1. annot. 49. num. 5. quod eſt re-

14 gulare, ✝ vt Iudex requiratur repititis vicibus ad expeditionem cauſæ ad hoc, vt ab illius tarditate poſſit ad ſuperiorem appellari per text. in cap. ex ratione de appellat. text. expreſ. in l. vt fundus, ff. commun. diuidund. Matien. lib. 5. recopilat. tit. 7. lib. 10. Gloſ. 12. n. 2. Auiles cap. 1. præter Gloſ. fi. nu. 2. 42. Trullench. ad præcepta decalog. lib. 7. cap: 13. dub. 3. num. 16. fol. 314. tom. 2. docet pluribus laudatis, Maſtrill. tom. 3. deciſ. 236. per totam, Scaccia de appellat. quæſt. 15. n. 281. nouiſſimè Angel. Scialoyæ de foro compet. c. 2. nu. 19.

Deſideratur rurſus, vt cauſa ſit talis qualitatis, quod intra biennij terminum poſſit eua-

15 cuari, ✝ & quod tarditas expeditionis ſe habeat ex latere Epiſcopi, apparēte propter eius negligentiam expeditione vacaſ. ſe: etenim ſi ex ipſius Ordinarij parte minime ſteterit, quo minùs intrà aſſignatum tempus à Concilio cauſa deſierit terminari, ſed ob cauſæ grauitatem, aut qualitatem, aut partium cauillationes, & ſubterfugia fuerit dilata, minimè amittit primam inſtantiam, & extra biennium poterit cauſam cognoſcere, remota omni ſpe euocationis ad Iudicem ſuperiorem prætextu tranſitus bieñij, cum hic negligentię Iudicis non adſcribatur, ſed vel cauſæ ponderi, vel partium diffuſis Iurgijs, ſic infinitis laudatis, Salgad. dict. 2. part. c. 6. num. 6. Narbon. in l. 59. Gloſ. 1. num. 95. tit. 4. tom. 3. lib. 2. recopilat. Ciarli. dict. cap. 125. ex n. 94.

In

In præsenti hypothesi deficiebat transitus biennij, & sic cessabat negligentia culpabilis Ordinarij tribuens facultatem appellandi, 16 † & via inducta per Concilium ad euocationem causæ. Nititur pondus in concessione termini à Concilio præscripti, intra quem expeditio causæ ad forum Ecclesiasticum spectantis commendatur, signatur, & sancitur; qui Iudici indistinctè arridet ad illam interponendam, nec ante adstringitur, nisi proprio motu accedente, illam terminare; quoties enim in iure iudici termini ad expeditionem causarum certa meta iniungitur, tunc, nec hac efluxa, onere afficitur maiori breuitate adhibita illi studere, nec hanc labi sinens dicitur grauare partes, & illa lapsa, si ob grauitatem ipsius causæ, vel partium technas, haud potuit obtineri, locus non competit ad reclamandū, partes non dicitur grauamine aliquo afficere, & poterit etiam post terminum signatum effluxum ius dicere, pro vt probat Iason. in l. properandum. num. 2. & 27. de iudicijs Tyraquell. de retract. titul. 12. Glos. 2. num. 10. Anton. de Sola in constit. Sabaud. tit. de iudic. decret. causas, Glos. 3. n. 5. Scaccia de appellat. q. 15. n. 61. Narbon. num. 95. sunt textus in cap. cum venerabilis de exceptionib. notabilis Glosa in l. intrà. Vtile verbo egressi ætatē ff. de minoribus l. quinquennium, ff. de adulter. l. si cum ipse, ff. de excusat. tutor. l. fin. ad fin. cod. de adulter. quo etiā casu termini præfixi ad expediendam causam non poterit 17 sindicatui supponi, † nec poena aliqua affici propter negligentiam ommissionis circa causæ expeditionem, si hanc ante terminum signatum non adhibeatur, cum per præfixionē termini reponatur dominus ad placitum suum interponendum Iudex quandocunque, dummodo illo non effluxo, sic cum alijs Fragoso de regim. Reipublic. p. 1. lib. 7. disp. 23. num. 80.

Negligētia ergo Iudicis hic deficiebat, quæ solum consistit in non faciendo id, ad quod 18 tenetur, † intra tempus à iure præfixum, ex Bonifacio VIII. in cap. 51. compromissarius. 37. in princip. ibique Glosa verbo negligenter, de elect. lib 6. cap. si Clericus 11. de præpend. sequitur Rota penes Cauall. decis. 155. num. 2. Carol. Marant. tom. 5. respons. 94. num. 20, & in dubijs semper pręsumitur negligentia hęc culpabilis, ex lapsu termini pręfixi ad aliquid faciendum, nisi legitimis documentis pręsumptio hæc euacuetur per probationem, quod actus exequutioni haud mandatus fuit ex intrinseco, vel extrinseco accidenti absque culpa Iudicis, vel alterius obstricti ad operationem actus.

Sic

Sic cum alijs Mar. Giurb. obseruat. 81. num. 3.

Si ergo deficit negligentia, quæ in hoc casu lapsui biennij solùm inhæret, deficere etiam
19 debet potestas ad appellandū, † & sic radix iurisdictionis in Archiepiscopo, quæ solum illi attribuitur respectu suffraganeorum per membrum legitimum appellationis, & non per viam querelæ, vel aliàs ex cap. Romana de appellat. in 6. cap. 7. in princip. de foro competent. in 6. cap. venerabilibus, de sentent. excommunicat. eod. lib. qui probant Archiepiscopum in causis suffraganeorum per appellationem legitimam solùm acquirere iurisdictionem, cap. pastoralis: de officio ordinar. cap. duo simul, eod. titul. cap. 1. eod. titul. lib. 6. cap. conquestus. 9. quæst. 3. c. 1. de foro competent. lib. 6. Concil. Trident. dict. cap. & sess. 13. cap. 1. & 2. de reform cum Quarant. Barbos. Genuen. & alijs Ioan. Baptist. Ventriglia tract. de iurisdict. Archiepiscop. cap. 102. vbi cum pluribus capitulis sequentibus docet, ad Archiepiscopum per suffraganeos non posse adiri, nisi per viam appellationis, non vero per viā nullitatis, restitutionis in integrum, vel recursus, & nisi mediante legitima appellatione arridere illi iurisdictionem in causis suffraganeorum, Fragos. de Regimin. Reipublic. tom. 1. lib. 2. disput. 19. §. 1. num. 10. Ioannes Baptista Spada tom. 1. com. 55. num. 6. Angel. Scialoye de foro compet. tit. 51. num. 99. deficiente vero radice iurisdictionis in Achiepiscopo habetur, tamquam priuatus in causa, quæ illi indebitè fuit appellata, & solùm eius partes erunt in remissione actorum cum condemnatione expensarum absque præfixione termini ad declarandum, vt in hoc casu fuit imposita per Illustrissimum nostrum Archiepiscopum Turritanum Don Ignatium Roio insequentem praxis tribunalis Turritani vestigia iam diu sectata, non obstante obstaculo opposito omni conatu per Promotorem fiscalem Episcopatus Ampuriensis.

Pondus nititur in defectu iurisdictionis; fassi sumus Archiepiscopum nón obtinere iurisdictionem in causis suffra-
20 ganeorum, † nisi mediante legitima appellatione, vidimus interpositam in hoc fuisse immaturam, ergo præceptum affixum ab Illustrissimo Archiepiscopo causam criminalem, quæ fuit illi appellata, & remissa ad Episcopum Ampuriensem, intra spatium vnius mensis decidendi sub poena euocationis, videtur iniustum, & nullum, tamquam contra expressum decretum Concilij interpositum; exemplum habemus in remissione causæ à Iudice sæculari ad Ecclesiasti-

eum celebrata, in cuius articulo remissionis haud statuere valet, & præfigere terminū intra quem obstingatur de causa illa cognoscere, cuius incidētis inspectio non illū tangit, tanquam reposita extra sphęram eius iurisdictionis. Iudex secularis, quando remitit incidentis spiritualis congnitionem Iudici Ecclesiastico, fatetur carentiam iurisdictionis, vnde præfigere nequit terminum ad illius cognitionem, cum hæc præfixio vulneret potestatem, & ad pūctum iurisdictionis pertineat. Fermosin. cap. at si Clerici q. 12. num. 2. de iudic. cum Barbos. Dian. & quam pluribus Cortiad. decis. 24. num. 92. Ergo idem dicendum venit in Archiepiscopo respectu Episcopi, quod non possit statuere terminum circa expeditionem causæ, quando illi hæc remititur ex defectu iurisdictionis. Ergo praxis tribunalis Turritani coruptela dici oportet, tāquam exosa iuris principijs.

Fateor has rationes sub pon-
21 dere reponi; † quibus non obstāntibus, ex voto meo Illustrissimus Archiepiscopus Illustrissimo Episcopo Ampuriēsi Don Laurentio Sampero partes, & acta remisit, cum clausula, quod, attenta conclusione causæ intra breue tempus capacis expeditionis, iam in suo tribunali adhibita, illam intra terminum vnius mensis expediret sub cominatione, quod illo efluxo, posset reus carceribus detentus à retardata iustitia apellare, cuius tenoris quamplurima decreta in archiuijs huius Turritanę mensę ex reuolutione præuiè facta inueni, ad sedandum animos tam dicti Episcopi, quam eius asessoris, qui pleno ore decretū hoc esse turbatiuum primæ instantiæ, iuris asistentia vacare, ac contra Concilium Tridentinū, biennij metā Ordinaris præscribens tendere adducebant: parcant tamen mihi, cum praxis tribunalis curiæ metropolitanæ, & decretum illi inhærens, limitandi sufraganeis terminum ad expediendum causas reorū, quando propter earum qualitatem de breui possunt expediri, iure nitatur, quod comprobo sequentibus.

Primo quia facta conclusio causę in prima instantia, & reposita illa in posse iudicis ad suū
22 placitum interponendum, † si nimis illius interpossitionem differt, dicitur reum indebite vexare longa, & indebita carceratione, qua versante ad tenorem Concilij licita erit apellatio, cum carceratio sit grauamen irreparabile ducēs secum facultatem appellandi in tribunalibus Ecclesiasticis. Aloysi. Ricius in prax Ecclesiastic. resolut. 505. num. 4. versic. primus. Zerol. in prax. Episcopal. part. 2. cap. 4. artic. 25. num. 4. Barbos. ad cap. 20. session. 24. de reformat. Narbon. ad l. 59. Glos.

Gloſ. 1. n. 109. vbi ſupra, vbi refert duplicem declarationem Cardinalium, quarum vna est. *An liceat à grauamine indebitæ carcerationis: Congregatio cenſuit licère, & Epiſcopum debere cauſam tranſmittere ad Iudicem appellationis*, Salgd. de Regim. protect. part. 2. c. 4. in princip. Fragoſo de Regim. Reipublic. tom. 1. pag. 762. num. 425. lib. 5 part. 1. diſp. 13. quis non videret indebitam eſſe carcerationem, ſi Epiſcopus pro cauſa leuis ponderis ſubditum carceribus mancipatum detineret, & poſtquam illa eſſet concluſa intra duos menſes, vellet illius declarationem diferre vſquè ad biennium? eſſet hęc iniuſtitia execrabilis, damnum medela dignum, à iuſtitia deuiatio, proprię paſſionis, magis quam publicæ vltionis vindicta, grauamen irreparabile, & carceratio indebita, à cuius grauamine licita eſt appellatio.

Secundò, Iudex culpabili negligentiæ cum damno reorum circà declarationem cauſæ incumbens, lætaliter peccat, ad damna tenetur, † à iuſtitiæ re-
23 cta operatione deuiat, pro vt Theologi omnes concludunt inculcantes, cauſas præcipuè carceratorum, ne longa carceratione marceſcant, eſſe de breui expediendas, & non ad longum protrahendas, vide Dian. Moral. tom. 3. tract. 5. Miſcellan. reſol. 45. vbi diſputat ſi Iudex peccaret, ſi prætio accepto vnam cauſam præuiè expediret, quam aliam. Trullench. lib. 7. ad præcept decalog. c. 14 dub. 6. num. 10. haud indiget patrono aſſertio hæc; culparem ego, & tu etiam, ſi Confeſſoris munus peragens ad ſuos pedes deiectus, Iudex cauſam carcerati domi retentam abſque expeditione fateretur detinere reum, mortiferæ culpæ conſtitueres, & ad damna obſtringeres. Pone caſum, Clericum ab Epiſcopo in carceres eſſe deiectum pro leui cauſa, quæ intra ſpatium vnius menſis concluſa conſtituitur; Epiſcopus pro prima inſtantia ad declarationem capeſcendam, vult biennio flui, num ne tunc iniuſtitiam faceret, & intercedēte peccato procederet? meo iudicio in vtrumque ſcopulum impingeret; at ſic eſt quod Ar-
24 chiepiſcopus poteſt crimina, † & peccata publica ſubditorum ſuffraganeorum emendare, & corrigere etiam extra uiſitationem per cap. 1. §. ſanè verſic. notoria de cenſib. in 6. qui textus licèt loquatur de Archiepiſcopo verſante in viſitatione, verum DD. præſentim Abbas in cap. ex frequentioribus, n. 10. de inſtit. extendunt hanc facultatem corrigendi notoria crimina, & peccata ſubditorũ ſuffraganeorum etiam extra viſitationem, Quarant. in ſummar. bullar. verbo Archiepiſcopi authoritas, nu. 19. & ſeq. Barboſ. de vniuerſ. iur. Eccleſ.

lib. 1. cap. 7. num. 90. Dian. moral. tom. 7. tract. 2. reſol. 7. Ioannes Baptiſta Ventriglia in prax. tom. 1. annotat. 49. §. vnic. num. 11. & poteſt etiam Archiepiſcopus cōpellere ſuffraganeum ad iuſtitiam mini-
25 ſtrandam ſubditis, † & ad faciendum id, in quo negligentia afficitur, & notorio vexamine inculpatur, docet Abbas in cap. ſi quis contra 40. & 41. num. de foro competen. Felin. in cap. paſtoralis num. 6. ad fin. de offic. ordin. vbi dicit, quod ſi Epiſcopus à iuſtitiæ recta operatione deuiat in ſui muneris exercitio, quod tunc poterit per Archiepiſcopum, compelli, & poenis cominatis cogi ad iuſtitiam exercendam. Cum Quarant. Barboſ. & Genuen. Ioannes Baptiſta Ventriglia tract. de iuriſdict. Archiepiſ. cap. 85. per tot. cum gramma-
26 tic. Vulpiel. † & alijs. Angel. Scialoyæ de foro competent. cap. 2. num. 25. 26. ergo ſi Archiepiſcopus poteſt peccata notoria diœceſis ſuffraganeorum, corrigere, & Epiſcopos ſuffraganeos compellere ad iuſtitiā exercendam iuxtà Deum, & iura; poterit illi præfigere terminum ad expediendum reos ante biennium iuxtà qualitatem cauſæ, cum retardatio venata ad illos vexandos peccatū notorium inducat, & iniuſtitiam culpabilem comitetur.

Si Epiſcopus vellet cauſam ſui ſubditi concluſam iam ex
27 parte illius, † & ſolùm declaratione vacantem, vſque ad biennium protrahere, vindicta magis proprij odij, ac priuatæ inimicitiæ lenocinium, quam Concilij mentis amplexatio diceretur, humana perſuaſio haud capit ex tam prolongato carcere iuſtitiæ rectæ adhibitionem; propriæ irę, ſemper malitia adſcriberet, quod à ratiōne deuiat; *Recta regenda rationis, dicebat, Simanc. lib. 10. epiſtol. 47. vigor expoſtulat, ne quis priuata odia publica poteſtate vindicet aduerſus leges ipſarum auxilio;* quod vtique fędum eſt, & exoſum. Caſſiodor. lib. 4. epiſtol. 10. *fœdum eſt inter iura publica priuatis odijs licentiam dare, nec ad arbitrium proprium iudicādus eſt inconſultus feruor animorum, iniquum quippè eſt quod delectat iratum.*

Nihil magis Deo inuiſum eſt, quod maximè vindicat, quam abuti publica poteſtate ad priuatas vltiones corripiendas, deflectens munus ad alte-
28 rius onus, † & pro delictis excludendis alienis, proprijs patrandis ſub tutamine officij doloſo animo ſtudère, Seneca lib. 1. de clement. cap. 19. tradit, quod etiam ſi apes ſint ad iras præcipites, & pro corporis captura efugienda, cum ipſo vulnere aculeos mittant præ feruore iracundiæ; Rex tamen illarum abſque aculeo conſtituitur, ne ſub clipeo publici muneris ad priuatas vltiones diſſol-

soluatur. ibi: *voluit enim natura nec sæuum esse, nec vltionem magno constituit pectore, telumquè detraxit, & iram eius inermem reliquit,* Fragos. de regimin. Reipubl. §. 3. part. 1. disp. 1. n. 40. sub exitiali nocumento reponitur publici muneris prætex-
29 tu, † & velamine ad vindictã priuatam progredi, quam iura egrè ferunt, iniurias irrogari vndè iura nascuntur, l. meminerint. cod. vndè vi. Glos. 1. in l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iur. quæ sub tali colore inflicta maiori aculeo afficit iuxtà Ciceron. in Verrem. action. 3 *nullæ sunt occultiores insidiæ, quam quæ latent in simulatione officij.* Et tendit semper illa in commune dispendium, & Reipublicæ iacturam, vt cum Isocrate, Quintiliano, Robert, Symanc. Amisco, & alijs probat Valençuel. cons. 91. tom. 1. n. 28 Larrea allegat. fiscal. c. 2. n. 14. Hæc dicta sint, non respectu Illustrissimi Episcopi Ampuriensis, de cuius iurisdictione sermo versatur, quod absit, cuius intacta virtus à cunctatis deuiat; in abstracto meus sermo iudicum mores vitio huic adscriptos improbat, terminat, increpat, arguit.

Tertiò licèt Iudex, non possit esse clementior lege, authentic. de iudicib. §. oportet. versic. maneat collat. 6. quia est
30 seruus, & minister legis, † Tyraquell. de pœnis temperand. causa. 16. num. 3. Gregor. de Ganauer. decis. 56. num. 44. Cicer. in cluentiana, ibi: *vt corpora nostra sine mente, sic Ciuitas sine lege suis partibus, vt neruis, ac sanguine, & membris vti non potest. Legũ ministri magistratus, legum interpretes, iudices legum idcircò omnes serui sumus, vt liberi esse possimus,* Iustus Lipsius var. lect. lib. 3. cap. 28. Aristotil. Rethoric. 1. Diuus Thom. 1. 2. q. 44. artic. 3. qui portus inter humanas procellas, & ad iurgia obiurgantia sedanda vnicum sydus constituitur; si ruinæ verò incumbat, omnia in dissonum dissoluta constituentur, Cassiador. lib. 1. epistol. 15 *vnus enim inter procellas humanas portus instructus est, quem si homines (loquitur de lege) feruida voluntate prætereunt, in vndosis iurgijs semper errabunt;* tamen
31 ex causa potest, † & abbreuiare terminum legalem, restringẽdo illum ad arctiorem metam, quando illi sic bene visum fuerit in cuius arbitrio reponitur, Regens Vico ad pracm. c. 3. tit. 10. n. 1. per text. in cap. ęgrotos, 5. q. 5. l. non nunquã de iudic. c. si Episcopus 3. q. 2. vt cum Bartol. Afflict. & alijs tenet Sanfelic. decis. 268. num. 11. tom. 2. & per epicheiam iuxtà men-
32 tem præsumptam ius dicere, † quando lex simpliciter prolata ex aliqua loci, temporis, vel personæ circumstantia, redditur iniqua, plenè Trullench. in præcept. decalog. alijs laudatis lib. 8 cap. 1. dub. 5. tom. 2. num. 5.

Vin.

Vincent. Turturet. in paralel. ethic. & iuridicis dissert. 54 ex num. 156. Leges mortales sunt, & iuxta circumstantias casus, & temporis mutantur, cum Tito Liuio, lib. 34. Ramiref. de Prado in Cõcilior. in innod. in
33 lit. B. fol. 1. † Videretur reddi nimis graue Concilium, quod est omnino contra eius mentem, si in causa leui non indigente, non solum spatio duplicis anni, nec mensis, ad illius expeditionem indulgeret Ordinarijs biennium ad hanc interponendam, interimque reum carceribus mancipatum, cum bonorum iactura, cum dispendio personæ, cum ruina fatali illius retineret marcescẽtem, vsque ad transitum huius temporis; grauamen hoc tam nimis durum ad mentem Cõcilij nõ subintrat, hoc epicheia abhorret, mens præsumpta fugit, tamquam sapiens peccatum, iniustitiam inuoluens, grauamen indebitæ carcerationis secum ducens, & contra clementiam tendens, quæ cuncto opere iudicibus præcipuè Ecclesiasticis commendatur. Fragos. de Regim. Reipublic.
34 tom. 1. §. 3. l. 1. disput. 1. † de qua debet gloriari non pœnitere, prout dicebat Rodulphus Imperat. teste Enea Siluio lib. 2 commentar. de gestis Alphonsi ibi: *seuerum, & immitem fuisse me aliquando pænituit, lenem, & placabilem numquam*: vtique Ordinarij inherẽtes verbis Cõcilij carcere biennali reos grauare, qui rigido corde, omni deposita benignitate, tentauerint, haud laudem Cæsaris sibi adscribent, cuius tanta fuit, vt Marius, non semel dixerit; *O Cesar, qui apud te audent dicere, magnitudinem tuam ignorant; qui non audent, humanitatem, & clementiam nesciunt*, teste Fragoso de regim. reipub. vt supra, Vernul. instit. polit. lib. 4. tom. 10. cap. 11.

Videmus executoribus testamentarijs esse impositã anni metam ad muneris executio-
35 nem, † prout dicebam tom. 1. discept. 15. num. 42. & tunc etiam intelligitur executor electus, quando mandatur alicui distributio legati, seu assignationis fructuum bonorum factæ in pios vsus Ioann. Baptista Spada tom. 1. cons. 140. num. 10. quo casu augmentum bonorum, si quid superuenerit, haud illud tanget, Spada n. 22. alijs laudatis. Meta annalis,
36 quæ indulgetur, † executoribus, intelligitur, quando res, quę executioni mandari debet, ad sui adimplementũ tali spatio indiget, si intra breuius tẽpus expediri queit, poterit Iudex illos constringere ante anni lapsum ad implementum, iuxta saniorem opinionem in vtroque foro sequendam, quidquid dicat Escob. de vtroque foro, artic. 1. §. 3. n. 50. probatur ex cap. 51. hæres. de testam. ex text. in l. cum res, ff. de legat.

gat. 1. quæ ſtatuit, ſi res legata propria erat teſtatoris, & hæres copiam illius habet, teneri illum ſtatim abſque vlla mora ſoluere; comprobat text. in l. ſi domus §. in pecunia, ff. eod. tit. & ratio eſt, quia anni, & ſex menſium dilatio, quæ in ſuo caſu ſeparato, imponitur executoribus teſtamentarijs ad ſoluenda legata pia, non indulgetur ad tollendam obligationē ſoluendi, & exequendi defuncti voluntatem intra illud tēpus ſine iuſta cauſa, ſed ne vltrà illud tempus diferatur, & ſic ſi comodè ante hoc tempus poteſt exequi, tenetur in foro conſcientiæ, & poterit cogi per Iudicē exequutor ad exequutionem. Sic Molin. de iuſtit. & iur. tom. 1. diſp. 251. §. dubium item. Fagundes de contractib. lib. 6. cap. 4. num. 7. Trullench. 7. decalog. cap. 17. dub. 1. num. 7. Valer. de different. inter vtrumque forum. verbo legatum, different. 1. ex num. 2. Cauall. in commun. quæſtion. q. 374. num. 6. & 7. vbi ait, quod ſi diſpoſitio ſit talis naturæ, vt ſtatim exequi poſſit, tunc non debet expectari tranſcurſus anni, ſiue legata ſint pia, ſiue prophana, cum Merolla, Sanchez, Lugo, Philippo dela Crus, & alijs Dian. moral. 5. Miſcelan. reſol. 59. 3. part. & 8. part. tract. 5. de exequ. utorib. teſtam. reſol. 52. Carpius de exequutorib. teſtam. lib. 3. cap. 1. n. 5. p. Paul. Rub. de teſtam. c. 62. num. 129. & 130.

Hæc eadem diſpoſitio videtur inhærere termino impartito per Concilium ad expe-
37 diendas cauſas in prima inſtātia, ✝ qui non debet eſſe omnino eas decidendi intra hoc tēpus, ſed ne vltra differatur, cum ſit habena prolongati curſus, quo ante Concilium Ordinarij vtebantur, non autem tollit quin ſi cauſa ratione ſuæ qualitatis poſſit ante expeditioni mitti, debeat, & non ſpectari anni dilatio, quæ fauorabilis in mente Concilij reis conſtituitur, & hoc argumento retorqueretur cōtra reos. Recurrant Ordinarij, ſi anxietatibus angantur, ad mentem Concilij, non ignorant hanc legis verbis eſſe anteponendam, vt ſuperius dicebamus, cap. 34. ſciunt obnoxios eſſe comtitulos iuſtitiam exhibere, quæ ſupprimeretur, ſi vellent cæce, & abſolutè in omni negotio etypum biennij recurrere; patres ſunt, non victrici; paſtores à Deo ſunt ſignati; non deuoratores; Iudices, non Carnifices; inde cauſas, vt citius expediant, & ab amaritudine conuulſæ iuriſdictionis euadent.

Mitto obſeruantiam tribunalis Turritani, quæ per ſe ipſam ius facit per cap. cum dile-
38 ctus, de conſuetudin. cap. veniſſent de inſtitut. ✝ mitto praxim illius, cui haud inhæreo ne videar illa potius, quam iure dubium fugare; ad mentem

Con-

Concilij, quæ, vt se habeat exhibui, huic debent ancillari Episcopi, vt iustitiam exerceāt, & in priuatam vltionem carcere biennali ne videantur dilabi; diu huius meæ sententiæ assèclas, cuius plurimos suppono, ne nouam opinionem fouere videar, cum notescat dicterium cunctatum nouissimè per Ioan. Baptist. Mucci. var. quæst. q. 26. nu. 1. nouas opiniones semper aliquid mali inducere, quam plurimo sudore adhibito scrutatus, & inuenire insudaui; sed tantum ad manus peruenit Ioan. Baptista Ventriglia nouissimè in suo tractatu de iurisdict. Archipiscop. cap. 156. num. 6. punctum hunc resoluit iusta nostrum votum ibi; *secundo intellige ad finem, vt valeat Metropolitanus de causa cognoscere, & illam ad se euocare, quod non potest, non tamen ad finem, vt valeat Metropolitanus requisitus per viam querelæ, mandare suffraganeo, quod iustitiam ministret, vt tenetur, illique præfigere competentem terminum, intra quem causam determinet, quod benefacere potest Metropolitanus, quem adijt subditus suffraganei per viam querelæ; ita post Felin. in cap. pastoralis sub nu. 6. ad fin. de officio ordin. Scaccia de appellat. q. 17. lim. 1. n. 57. in fin.*

En doctor in terminis, qui docet in casu negligētię Ordinarij Archiepiscopum per viā

39 querelæ posse adiri, † huncque posse illi præscribere terminū ad determinationem causę, qui recursus non potest intelligi, vt arripiatur post biennium, quo effluxo non querela, sed absoluta appellatio competit, non remittit Metropolitanus Episcopo causam, sed sibi retinet! ante biennium loquutus fuit Ventriglia docens in casu negligentię, qua afficitur Ordinarius nolens expedire causam de breui, quando prolongitate vacat eius discussio, posse per querelam recurri ad Archiepiscopum, qui debet remittere causam cum præfixione termini ad illam decidendam, & non sibi retinere; quia hoc decretum importat iustitiæ administrationē, quam iniungit sub pœna euocationis Ordinario ad illum constituendum in culpa, & priuandum priuilegio primæ instantiæ, cum hæc non amittatur, nisi ex culpabili negligentia contracta post iniunctionem præcepti

40 superioris, † prout dicit Abbas in cap. si quis contra Clericum num. 7. de foro competent. vbi dicit in casu negligentiæ Episcopi debere Archiepiscopum præcipere, & signare terminum ad causam expediendam, & non illam suo tribunali assumere, Ioan. Baptist. Ventriglia in eod. tract. cap. 86. num. 1. Angel. Scialoye de foro compet. cap. 2. num. 25.

Nec admiretur mensę Ampuriensis partes peragens, posse superiorem etiam inferiori remit-

mittendo cauſam, recurſum ad illum interponentis, ſignare terminum ad illam expediendam, cum recurſus ille quomodolibet interpoſitus, licèt non abſolutam iuriſdictionem ſubminiſtret, tribuit tamen excitatiuam potentem iniungere præfatum terminum, tamquã ſapientem iuſtitiæ adminiſtra-
5 torem; legat quæſo ad deponendum dubium cap. paſtoralis de offic. ordin. & inueniet ibi, poſſe ſuperiorem excitantem iniurisdictionem inferioris ei mandare, vt intra certum tempus cauſam aliquam decidat, docet Rolandus conſ. 48. num. 22. lib. 2. Cancer. var. 3. part. cap. 13. num. 310. exemplo docemur recurſus, ratione retardatæ iuſtitiæ, qui à vaſſallo baronali ad Iudicem ſuperiorem arripitur, per quem Baroni poterit præceptũ iniũgi, vt intra certum, & determinatum tempus bene ei viſum, iuxtà qualitatem cauſę, illam expediat ſub poena euocationis, vt dicit Ripoll. de regalib. cap. 6. num. 59. Paul. Xamar. de offic. iudic. & aduocat. part. 1. quæſt. 24. num. 22. Regens Vico ad pragmatic. lib. 1. tit. 8. cap. 8. & ſi Baro intra terminum præfixum cauſam vaſſalli non expediat, ob illius negligentiam, elapſo termino poterit ad ſuperiorem euocatio optari, & interponi, vt in dies obſeruat Senatus Sardous, & Regia Gubernatio. Maſtrill. de magiſtratib. lib. 4. cap. 16. num. 126. & deciſ. 147. à n. 20. lib. 2. pluribus cumulatis Cortiada. deciſ. 24. num. 91.

Habes euacuatum dubium ex Concilio proueniens, quod debet intelligi in biennij con-
43 ceſſione de cauſis, † quæ hanc metam ad ſuarum deciſionem eflagitant, non de illis, quæ expeditionem breuiorem capiunt, quæ inſpectio videtur conſona: nam ſi Ordinarijs indulgetur diffuſius tempus in cauſis arduis, quæ intra biennium concludi haud valent, vt æqualitas in iudicijs ſeruetur, ſi ſub tali qualitate reponuntur, vt intra duos menſes valeant expediri, non debet anni, nec biennij curſus expectari; æqualitas enim in iudicijs ſemper fuit grata, præſcripta, & ſtatuta. Ganauer. deciſ. 10. nu. 11. & inæqualitatis nota contraheretur, ſi in cauſis diffuſis tempus diffuſius vltrà bienniũ indulgeretur, & in breuibus breuius, non ſtatueretur, quæ inæqualitas contra reum tenderet, quem iura ſuppeditant, non ſubmergunt, fouent, non extingunt, adiuuant, non detruncant. Habes Archiepiſcopum poſſe præceptum iniungere Ordinarijs ei bene viſum, iuxta qualitatem cauſę iuriſdictionem illius excitando cum cauſæ remiſſione ad cauſas expediendas, cum præceptum hoc ſapiat, decretum ius, & iuſtitiam miniſtret; curent Or-

dinarij omni breuitate expeditiones causarum ad hoc, vt Deo placeant, propriæ conscientiæ studeant, damna reorum reparent, iustitiam faciant, & à cõflictu recursus subditi efugiant, acquieuit Episcopus Ampuriensis pręcepto iniuncto per Metropolitanum circa expeditionem causę intra spatium vnius mensis, agnouit enim hanc fuisse tacitam mentem Concilij, quæ in conflictu quolibet, si hoc affici ingenium humanum circa legis, vel testantis cunctandam voluntatem contingat, debet verbis, & eorum apparatui, siue cortię præferri, vt dicebam longè in cap. 34. supra: addo nouissimè Ioann. Baptist. Spada cons. 35. num. 2. tom. 3. Ioan. Baptist. Mucci. quæstion. forens. 29. num. 28.

ARGVMENTVM.

Expensæ, pro reddenda ratione tutelę, à bonis pupilli sunt deducendæ, licèt Tutor sit putatiuis, & absque præuiè adhibitis debitis solemnitatibus administrauerit. Nequit Tutor pulsari pro restitutione bonorum inuentario compręhensorum, nisi prius computo administrationis dispũ. cto; & vtrum perdat salarium, si non adhibeat debitas solemnitates.

SVMMARIVM.

1 *Casus præsentis dubij refertur.*

2 *Expensas tenetur soluere, qui vtilitatem capit ab actu, in quem erogari debent.* 5.

3 *Labore proprio gloriari naturale est, & hoc dicitur prœmium virtutis.* 4.

6 *Tutelę munus est sarcina magna, & onus, à quo Tutor liberatur per redditionem rationis.*

7 *Tutores plures, omnes in solidum tenentur, siuè omnes administrauerint, siuè vnus, licèt inter se diuiderent tutelam.*

8 *Redditio rationis tutelę respicit vtilitatem pupilli in radice, & est de connexis, ac dependentibus officij administrationis.* 9. *Et sic debet fieri sumptibus pupilli, sic Senatus Sardous declarauit.* 21. *quod procedit, licèt Tutor administrauerit, non debitis solemnitatibus interpositis.* 27. 30. 29.

10 *Tutor non tenetur reddere bona inuentariata, nisi pręuiè con. fecto calculo suę administrationis circa data, & accepta: sic fuisse decisum in Regia Audiētia in duplici casu refertur. Probatur.* 11. *nam Tutor non dicitur debitor, nisi dispuncto calculo.* 14. 16.

12 *Exitus acta probat.*

13 *Confessio accepti in redditione rationis, non prœiudicat, nisi acceptetur, & exitus.*

15 *Illiquidum dicitur debitum, quod*

quod dependet ex calculo, & non facto, non currit intereſſe, & quod plus eſt, licèt ſit confectum, dum tamen ſententia non fuerit ſequuta, illud approbans.

17 *Pupillus, facto computo, poteſt exequutionem facere contra tertium poſſeſſorem, ſi bona Tutoris fuere poſt ſuſceptam tutelam alienata.*

18 *Ratio adminiſtrationis pro reddita habetur, quando ſtat per eũ, cui reddi debet, quin minus reddatur.*

19 *Salarium, quod adſignatur Tutori, debet eſſe immune ab omni onere, & expenſis.*

20 *Sumptus, qui erogantur pro collectione fructuum, ab ipſis fructibus deduci debent.*

22 *Nulla res iuxtà ſententiam Senecæ rectè exerceri valet ab homine occupato.*

23 *Tutor, non conficiens debitas ſolemnitates, poteſt vt ſuſpectus remoueri, & quidquid agit, nullitèr agit.* 24. *& perdit ſalarium.* 25. *Si verò eſſet nominatus adminiſtrator, poſſet ſibi adſcribere adminiſtrationem abſque his ſolemnitatibus; ſic fuiſſe in duplici caſu deciſum per Regiam Audientiam teſtatur Author* 26.

28 *Salarium debetur Tutori tutelã exercenti abſque debitis ſolemnitatibus, tamquam Tutori putatiuo, vel negotiorum geſtori. Sic fuiſſe deciſum per Regiam Audientiam refertur.*

30 *Expenſa erogata per Tutorem de adeundo diuerſum locum, pro ſubeunda tutela, debent reſici per pupillum.*

CAP. XLVII.

1 DONNA Geronima Gualbes,† & Bacalar Marchioniſſa de Palmas curatrix, ſeu quaſi, cum tali putatiuo nomine pluribus annis functa eſt Tutricis officio, ad iudicium vocata à Donna Ioanna Maria Gualbes filia, & hærede in bonis liberis Don Alonſi Gualbes Marchionis de Palmas mariti defuncti prædictæ nobilis Geronimæ in ſecundis nuptijs pro redditione rationis ſuę villacationis tutelæ adminiſtrationis, expenſas redditionis calculi ex cumulo bonorum pupillæ, ſcilicèt ſpoſtulas iudicij, & aliorum intermèdiorum ſumptus, deducendos fore contendit: cui conatui duplici inhærens fundamento pupilla repugnabat.

Primum eſt, quod lib. 1. diſſertat. cap. 23. num. 2. affixi, nempè refectioni expenſarum iacere obnoxium illum; cuius commodum tangit celebratio 2 actus,† alligantur quaſi indiſſolubili nexu ſumptuum refuſio, & vtilitatis actus ſpes; ad quem hęc pertinet, ſpectat, & illorum erogatio, refectio, ac ſupportatio, taliter, vt currat de plano argumentum; expenſa-

rum merè afficiatur ille, quem vtilitas actus tangit, quo vsus fui in prædicta dissertatione, quod nunc repetere haud erubesco, licèt in illud irruam.

Occidant miseros crambe repetita magistros.

Vt dicit Franc. Maria Prato practicar. obseruat. cap.1.n.fin.
3 vt labore proprio gloriar, † quod naturali philautia hominis possidet, Horat. 1. carm. 18.

Subsequitur caecus amor sui.
Et tollens vacuum plus nimis gloria verticem.

Rationem reddit Gregorius Papa in can. Ecclesiasticis 67. in princip.12.quest.2.inquiēs: *Ecclesiasticis vtilitatibus desudantes, ecclesiastica dignum est vtilitate gaudere, vt qui se voluntarijs obsequiorum necessitatibus spōtè subijciunt, dignè nostris prouisionibus consolentur:* laborum hęc inspectio videtur vtilitas, Carol. Marant. respons. 45.par.4. num.22. quam respiciens Tybullus cecinit.

Nec te pæniteat duros subijsse labores,
Aut operi insuetas attenuasse manus.

Proprio labore brauium sibi
4 asciri, † illum iterata vice repetere pro fructu capescendo non modicæ laureæ reponitur, in quo videtur angustiarum pro sectanda virtute passarum niti præmium, vt dicebat Senec. lib. 4. de benefic. cap. 1. quem refert Don Didac. Altamiran. ad leg. 1. cod. de filijs official. qui in bell. moriunt. c. 1. num.43.

Expensarum igitùr refusio ab vtilitate actus auspitatur, vt illas refundere, reficere, & erogare obstringatur, qui vtilita-
5 tem actus celebrandi, † vel celebrati sibi adscribit. Sunt textus rotundi in l.fin.cod.de stat. & imagin. ibi: *nequaquàm ex descriptione sumptus colligi patimur, sed eius, cuius ad honorem petitur, expensis proprijs statuam collocare præcipimus,* l. sed hæreditas, §. 1. ff. ad exhibend. vbi habetur expensas soluendas esse ab eo, ob cuius gratiam actus fit, cap. Ecclesiasticis, 64. 12. quæst. 2. cum Peña. Carol. Marant. Fontan. & Larrea. Ego dict. cap.23. num.2. & sequentib. vbi plures alios modernos cumulaui, & si hæ expensæ essent erogatæ à tertio, possent vtiquè repeti vtili actione negotiorum gestorum, l. si pupilli. §. si Titius, ff. de negot. gest. Larrea. allegat. 3. num. 9. & 16. Paul. Christianei. decis. 112. n. 5 lib. 2.

At sic est, quod redditio rationis administrationis tutelæ
6 vtilitatem tangit Tutoris, † & officium: cum illa non impartita, reponatur sub quadam seruitute, & perpetuo animi turbulento motu, & veluti ancillatus; per text. in Clementin. in plerisque, §. quod si num. 6 de elect. vbi suadetur tutelæ munus esse onus, & sarcinam adducentem libertatem, l. tria one-

onera, ff. de excuſat. Tutor. vbi Iuriſconſultus pleno ore fatetur eſſe onus tutelę adminiſtrationem, cui ſtudens Tutor dicitur onere affici. Franc. Mar. de Prato, tom. 2. diſcept. 5. num. 63 ſolidatione verò obtenta liberari, Matthias Berlinch. practic. concl. tom. 2. concluſ. 12. num. 44. & ſic, *illi incumbit, & rationes actus ſui conficere, & pupillo reddere; cæterum ſi non fecit, aut factas non exhibet hoc nomine iudicio tutelæ tenebitur* Vlpianus loquitur, lib. 3. ad edict. in lib. 1. ℱ. officio tutoris, ff. de tutel. & rationib. detrahend. rationẽ affert Iuſtinianus Auguſtus in ℱ. fin. inſtit. de Attiliano Tutore, ſequentibus; *impuberes autem in tutela eſſe naturali iuri conueniens eſt; vt is, qui perfectę ętatis non eſt, alterius tutela regatur; cum ergo pupillorum, pupillarum, què Tutores negotia gerant, poſt pubertatem tutela iudicio rationem reddunt.* Carol. Marant. reſp. 80 num. 22. part. 5. ad hoc, vt Tutores à geſtis liberationem obtineant, rationem reddere obſtringuntur, mediante legitimo calculo, quo haud confecto, continuo oneri ſuccumbunt in ſolidum, etiam ſi plures eſſent nominati à teſtatore, vel Iudice, iuxtà text. in l. tres Tutores, ff. de admin. tut. l. 1. ℱ. nunc tractemus de tutela, & rationib. qui docent, Tutores plures, ſiuè omnes adminiſtrauerint, ſiuè vnus, teneri omnes inſolidum. Gutier. de tutel. 1. part. cap. 15. à num. 1. Ioan. Bapt. Thoro in cõpend. 2. par. verbo
7 tutela, cũ pluribus; † quod procedit, licet ipſi inter ſe diuiſerint tutelam, l. 2. cod. de diuid. tutel. cum ex tali diuiſione nudum tantum miniſterium, nõ autem poteſtas, nec exercitium diuiſum cenſeatur. l. inter Tutores de admin. Tutor. pluribus laudatis Salgad. in laberint. cre. dit. part. 2. cap. 12. à num. 26. Matthias Berlinch. practic. cõcluſ. tom. 2. num. 34. Arias de Meſa. var. reſolut. lib. 1. cap. 20. ſub num. 4. infinitis congeſtis Olea de ceſſion. iur. tit. 5. q. 7. n. 4. Meritò euincitur ob hoc onus euacuandum redditionẽ rationis interponendam eſſe in exonerationem Tutoris, ob eius officium, & vtilitatem; igitur iuxtà regulam Superiori cera iactam, expenſis illius ratio reddẽda videtur, prout reddendam forè conabatur pupilla de Gualbes.

8 Huic argumento occurrere poterat pars tutricis, † prout occurriſſe puto, dicens: benè verum eſſe redditionem rationis ob inſpectionẽ cunctatam obtinendæ abſolutionis tangere curatoris vtilitatem in actu finitæ tutelæ, in ſuo verò naſcenti exordio pupilli commodum reſpexiſſe, ne tutamine deſtitutus impingeret in bonorum ruinam, quam facili negotio, iuuenili feruore tumeſcente, ſubire poſſet: l. fin. cod. de adminiſtrat. tut. Franc. Maria de Pra-

Prato, discept. disc. 5. for. 5. t. 1. n. 59. illius vtilitati iura studuerũt circa dationem curatoris, hæc fuit in causa ad illam venandam, indè redditio rationis habetur tamquàm de connexis tutelæ officij, & sic respiciens commodum pupilli, prout re-
9 spicit Tutoris datio: † argumentatur hac forma Balet. in l. 3. cod. de adulter. per consequens tenetur pupillus erogare expensas pro calculo administrationis conficiendo, sicut à suo patrimonio deducũtur durante tutela pro concernentibus officium gerendis; cum primus, & posterior actus sub inspectione administrationis comprænhendantur: sic ego dict. loc. num. 22. Anton. Sala ad decret. Sabaudiæ prim. part. decreti quitationem. Glos. 6. decretis malitijs.

Hanc rationem nudè per me
10 loco citato perpensam, † tamquàm illo tunc ad punctum principalis scopi, non spectantem, nunc sequentibus comprobo pro stabiliendo placito Senatus, qui meę sententię incubuit. Tutor iuxtà crebriorem opinionem, quam vidi praticari in hoc Regno pluries in tribunali Regiæ Gubernationis, & recordor in duplici casu fuisse decisum in Regia Audientia, nempè anno 1659. ad fauorem Iacobi Spañolo oppidi de Sorso contra Margaritam Zapino eiusdem oppidi, relatore DD. Laurentio Sporlin, & anno 1645. ad fauorem nobilis Margaritæ Pilo Sucharello dominæ Baroniæ de Butifigali, & in odium Don Francisci Quesada Patris mei, relatore D. Antonio Canalis dela Vega, cuius sententiæ copia apud me quiescit, non obstringitur finita tutela, vel cura, ante redditam rationem suæ administrationis ad restituendũ bona in inuentario contenta, nisi prius liquidatis omnibus
11 datis, † & acceptis. Inciuile dixit esse Iurisconsultus in l. inciuile, ff. de legib. Iudicem, nisi tota lege perspecta, iudicare; pari passu in ciuile iudicatur, Tutorem, nisi omnibus parcellis dispunctis, debitorem constitui, & nisi liquidata eius villicatione, posse pro aliquibus bonis pupilli restituendis compelli, quorum restitutio dicitur calculi finis, dependens à solidatione illius; exitus acta probat. l. aut facta. §. euentus, ff. de pœnis. l. ordinata. ff. de liberal. causa. Martin. del Villar in defens. Regni Aragon. fol. 128 §. 3. tit. 3. quod grauiter Franc.
12 Petrarcha exarauit, † dicens: *vitam exitus, diem vesper probat.* Carol. Marant. respons. 6. p. 4. num. 48. exitus gestę administrationis probat rectam, vel inflexam rationem, exitus debitorem tutorem constituit, vel etiam creditorem: hoc non assequuto, effectus perpensi claudicant, concinit lex antiqua Græcorum, *neminem*, sanciens.

ciens *pro magiſtrato benè adminiſtrato corona donari debuiſſe, niſi prius adminiſtrationis rationem rectè reddidiſſet*, refert Alex. ab Alex.lib.4. Dier.genial.cap.6. cuius memor conſtituitur Demoſthenes in oration. pro coron. contra Eſquinem.

Ab exitu geſtę adminiſtrationis, per diſpunctionem calculi aſſequendo, pendet produ-
13 ctio cauſæ effectiuę, † & conſtitutiuæ debiti curatoris deducēdi ab introitu, & exitu, datis, & acceptis; quæ inter ſe ſunt adeò inſeparabili nexu illaqueata, maritata, & connexa, vt numquam præiudicet confeſſio accepti, niſi ſimul, & expenſum, per text. in l. cum quæritur. ff. de admin. tut. acceptetur. Eſcob. de ratiot. cap. 21. num. 14. & 15. Giurb. deciſ. 15. ex num. 3. & adſtat Meſan. Gloſ. 6. cap. 9. nu 4. part. 1. Bouadill. in politic lib. 5. c. 44. num. 78. Amat. var. reſol. t. 2. reſol. 58. num. 13. Salgad. cum infinitis, & ad longum in laberint. credit. part. 3. cap. 7. ex num. 20. ratione cuius inſeparabilitatis prouenit, vt Tutor non poſſit dici debitor ex in-
14 troitu, † qui prouenit ex inſpectione inuentarij, niſi ſimul exoneratio per data, & exitum ſumatur, cui inhæret exitus, à quo ſolidatio, vel conſtitutio crediti pendet. Coſta conſ. 6. ex num. 11. Noguerol. allegat. 33. ex num. 32. Fab. Capic. Galeot. illuſtr. tom. 1. controu. 31. nu. 89. & ſequent. Petrus Tondut. in quęſtionib. regalib. ciuilib. quæſt. 59. num. 1. vbi loquitur de credito ſociali, quod exigibilitate carere tenet, niſi diſpunctis computis inter ſocios, ad hoc, vt calculo adhibito conſtituatur in liquido creditor, vel debitor.

Debitum, quod dependet ex
15 calculo † nō ſolidato, illiquidū dicitur ex Decio. conſ. 618. n. 5. Menoch. conſ. 746. n. 6. Graſſ. de exceptionib. excep. 36. n. 4. Ego tom. 1. diſſert. 17. num. 53 ſolùm dicitur clarum, & conſtans, quod, ex ratiocinio computationis adhibito, reſultat, deberi. Amat. var. reſol. tom. 2. reſol. 58. nu. 13. 14. & 15. Salgad. pluribus laudat. loc. cit. num. 27. Franc. Maria de Prato diſceptat. forenſ. tom. 2. c. 49 num. 42. & ſequentibus, vbi admirabilitèr dicit, non ſolùm calculo non adhibito, non dici quem debitorem, ſed nec deberi intereſſe, & quod plus eſt, etiam diſpuncto illo, ſententia tamen non ſequuta, vult Author iſte ad conſtitutionem debiti, & curſus vſurarum, tamquàm ex re liquida, præuiam confectionem calculi anteire, debere, ac ſententiam illam approbantem, his deficientibus, rem illiquidam conſtitui, poteſtate vacantem ad conſtitutionem debiti, & producendū curſum vſurarum.

His rationibus, & alijs ſta-
16 bilitur prima noſtra aſſertio, à qua digreſſi ſumus paululū † ad illam virilius coroborandā,

ad

ad Tutorē non teneri ad restitutionem bonorum inuentario comprehensorum, etiam de liquido ad pupillum spectantiū, nisi prius confectis computis, solidatis parcellis, & dispuncto ratiocinio, contrariumque effici autumat absurdum esse Escob. de ratiot. cap. 21. num. 17. Fachin. controuer. iur. lib. 8. cap. 58. versic. se hoc. Fontan. decis. 233. num. 14. tom. 1. vbi docet, non posse administratorem conueniri pro certa quantitate restituenda, sed tantum pulsandum esse pro redditione rationis suæ villicationis. Thomat. decis. 85. num. 11. 28. & 29. vbi reddit rationem, nu. 10. quia petens rationem potest aliquando reperiri debitor, & sic Tutor tali casu vacans obligatione restituendi bona pupilli. Rota genuens. decis. 202. cum Gutier. Baeza, & alijs Salgad. ex num. 22. præcipuè. n. 30. Franc. Rocca. respons. to. 1. tit. de mandat & comprem. num. 102. nouissimè Angel. Scialoyæ de foro competent. cap. 29. num. 32. quidquid dicat. Surd. & Hermosill. l. 9. Glos. 4. tit. 2. num. 81. fol. 173. tom. 1.

Si ergò pupillus interdictus reponitur vindicare à Tutore
17 proprium patrimonium, † nisi mediātè actione tutelę per redditionem calculi; igitur illius vtilitas requirit, ac appetit hāc redditionem, cum illa non adhibita, nequeat frui proprijs bonis, nec ipsum Tutorem ad aliquid compellere, nisi dispūcto calculo, quo confecto, licet pupillo, etiam exequtionem facere contra tertium possessorem, in quem post susceptam tutelam bona sua tutor alienauit, illo tamen citato. Marin. quotid. resol. tom. 2. cap. 63. num. 8. euincitur meritò vtilitatem pupilli tangere dispun-
18 ctionem computi tutelæ, † ad illum pertinere pro bonis proprijs adipiscendis, pro conueniendo tutore, pro acquirendo in re, & vtilitate proprio patrimonio; Tutor enim tamquàm reus, nec tenetur se exhibere cum saco parato, nec vnquàm tam solicitudine anxius constituetur pupillum prouocans ad confectionem calculi, dicet se promptum versari, dum pulsabitur ad rationem reddēdam, qua protestatione versante, habebitur pro reddita ex regula illa, quam docet Scialoyę loc. cit nu. 31. ratio administrationis pro reddita habetur, quando stat per eum, cui ratio reddenda est, vt non reddatur. l. iure ciuili. ff. de cō. dit. & demonstr. l. scribit. ff. de contrahend. empt. ergo expensas erogare debet pupillus pro redditione rationis, tamquàm pro re ad suum cōmodum spectante.

19 Secundò salarium, † quod assignatur Tutori, debet esse immune ab omni onere, expēsis, & sumptibus, prout dicit Baeça de decim. tutor. cap. 29. num. 11. vbi decimam fructuū debi-

debitam tutori in Regno Caſtellæ pro ſalario Tutoris deducendã eſſe immunem ab omni expenſa concludit, docet idem Solorzan. in politic. de iur. Indiar. lib. 3. cap. 11. lit. B ſi pro redditione rationis tutelæ obnoxius Tutor iaceret refectioni expenſarum, illius cauſa obuenientium, haud integrum ſalariũ lucraretur, ſed diminutum, & non immune ab his expenſis, à quarum refectionis onere in ore prædictorum Doctorum vacat: indè ne illo oneretur, ſumptus cunctati à bonis pupilli veniunt deducendi.

Tertio expenſæ, quæ fiunt pro reddenda ratione tutelæ, reſtitutionem pupilli bonorũ concernunt, & illorum fructuũ intereſſe, vt vſurarum pupillarium conſequutionem, ad hoc vt illa adhibita appareat, in qua quantitate relinquatur, conſtituatur Tutor, & ſic pro illo exequi poſſit; at ſic eſt, quod ſumptus, qui erogantur pro conſequendis fructibus ali-
20 cuius hæreditatis †, fundi, vel aliàs, deducuntur ex corpore ipſiuſmet hæreditatis, & ab iiſdem fructibus, qui colliguntur, iuxtà text. in l. diuortio. ſ. impendi. ff. ſolut. matrim. l. fructus. ff. cod. vbi Vlpian. cenſuit fructus eos dici, qui ſupererint deducta expenſa. Alex. Sperel. deciſ. 118. num. 75. verſic. *Et eſt regulare, quod in calculandis fructibus deduci debent onera, & expenſæ*, vbi cummulat plures Doctores. Solorzan. loc. cit. lit. B. verſ. *limitando aſſi las reglas vulgares, que dizen, que los bienes, y fructos ſe entienden, y atiende n, ſacadas deudas, y coſtas.* Barbat. de diuiſion. fruct. part. 2. cap. 5. num. 32. Ganauer. deciſ. 34. num. 10. igitur fructus bonorum pupilli, & ipſamet bona reſtitui debent affecta onere expenſarum concernentium actũ reſtitutionis, quæ refici debent, ſeu refundi ab ipſiſmet fructibus.

Senatus noſter pronunciauit ſolum inhærens per me perfunctoriè exaratis loco citato
21 ſuperiùs, † expenſas omnes reficiendas fore à bonis pupillæ, pro quo placito firmando rationes has affixi, quem omni conatu venerari, & eius opiniones colere ratio ſuadet, iuxtà vulgare adagium: *Spartam nactus es, hanc orna*, de quo M. Tullius ad Actic. lib. 4. Epiſtol. 6. & alij apud Eraſm. in adagijs vltimæ impreſſionis; inſudaui diu huius opinionis in præciſis terminis verba facientes aſſeclas inuenire, Antonium tamen Sola venatus fui; infælicitas hæc haud adſcribatur verſutiæ, vel voto; ſed breuitati temporis, in quo elaboraui, & negotiorum moli, quibus oppreſſus vitam duco: dicebat Seneca de breuitate vitæ cap. 6. *nulla res benè exerceri po-*
22 *teſt ab homine occupato.* † Ouid.

Carmina ſeceſſum ſcribentis, & otia quærunt.

Xxx Iuue-

Iuuenal. satyr. 7.
Pectora nostra duas non admittentia curas.
Cassiodor. lib. 9. Epistol. 21. *cesset illa Satyris doctoribus querulis vsurpata sententia, quia duabus curis ingenium, non debet occupari.* Solorzan. en el tratado delas plaças honorarias. num. 30.

Pupilla egrè ferens stimulum Senatus, quo pro ratiocinio conficiendo ad erogandas expensas compellabatur, dicebat hanc refectionis necessitatem procedere respectu Tuto-
23 ris, † qui præuiè requisitis solemnitatibus celebratis administrationi studuit, non simplicis administratoris inordinatè, & solemnitatibus iuris non adimpletis, curam gerentis; exceptionis limitatiuæ conatus tendebat ad constituendam administratricem in mala fide ob administrationem adhibitam absquè debitis requisitis à iure, tali hypothesi præscriptis, quorum neglecta confectio Tutorem suspectum constituit, tribuens legitimam causam ad illum ex hoc capite remouendum, Carnajan. decis. Lucens. 6. num. 1. & 5. & decis. 15. num. 1. Thoro voto 81. n. 4. tom. 1. ad quas, & maiores solemnitates mater tenetur; text. expressus in authentic. vt sine prohibitione matres. §. final. collat. 7. vbi sublato iuramento antiquo de non admittendis secundis nuptijs, & in renunciatione Velleiani, & legum auxilij poni solito, cętera adimpleri debere matres filiorum tutelam suscipientes, statuitur. Pinell. in l. 1. 2. part. num. 28. cod. de bonis matern. Gregor. de Ganauer. cons. 6. num. 94. & 95. & reddit etiam omnia
24 acta † nulla talis solemnitatũ adimplementi præteritio, iuxtà text. in l. fin. §. fin. cod. arbitr. tutel. & in l. si Tutor tuus cod. in quibus caus. restitut. in integr. non est necessar. l. magis puto. §. ne passim. ff. de rebus eorum; qui apertè probant gesta per Tutorem, non confectis solemnitatibus de iure desideratis, omnia vitio nullitatis iacere affecta, obnoxia, & subiugata, robore carentia, tamquàm si non essent extrà humanam mentem producta: explicant in varijs casibus Doctores hunc punctum satis diffusum peragentes, præcipuè Thesaur. qq. forens. quæst. 21. lib. 1. num. 1. Cyriac. controu. 411. num. 17. Virgill. de legitim. person. cap. 7. à num. 1. Fragos. de regim. Reipub. to. 1. disput. 16. part. 1. lib. 6. Thoro voto 81. num. 6. versic. *ideò neque in iudicijs adesse tam actiuè; nam Tutor non faciens solemnia, litigans pupilli nomine, facit iudicium esse nullum.* Andreol. controu. iur. cap. 35. ex num. 1. tom. 1. Ganauer. latè cons. 6. artic. 2. num. 93. versic. *quia quando illud esset verum; ad huc erant aliæ solemnitates, cuius defectus*

ſectus induceret nullitatem, vt eſt defectus inuentarij, & defectus ſatisdationis, & hoc licèt eſſet teſtamento datus tutor, quia nihilominus adimplere debet ſolemnia: aliàs omnia ab eo, vel contra eum celebrata, erunt nulla. Matthias Berlinch. practic. concl. tom. 1. vbi latè con-
25 cluſ. 16. num. 10. † & non ſolùm tutor reus nullitatis conſtituitur ob neglectas ſolemnitates; ſed nec ſalarium lucratur, quod adſcribitur tantum vero tutori, non inordinatè munus gerenti. Gutier. de tutel. par. 3 cap. 8. per tot. vbi dicit abſolutiſſimum eſſe, tutori non deberi ſalarium ex tutela nulla. Don Ioann. Maria de Aliueſi iurisconſul. Saſſarenſis controu. 14. num. 19. in fin. niſi in teſtamento, non ſolùm tutor, ſed etiam adminiſtrator eſſet electus, ac deputatus, quo caſu, licèt non ſatis dederit, & à manu Iudicis adminiſtrationem accipiat, validè munus ſuum geret. Angel. conſ. 103. num. 3
26 verſic. † niſi teſtator. Mynſiger. Centur. 2. obſeru. 37. Matthęus de Afflict. deciſ. 262. incip. fuit in conſilio. num. 6. latè Gabriel. conſ. 25. num. 6. lib. 2. vbi ſi teſtator dixit, eligo Petrum in tutorem filiorum meorum, & adminiſtratorem eorum bonorum, tali caſu poſſe ipſo iure tutorem ſibi adſcribere adminiſtrationem, tenet. Matthias Berlinch. loco citato verſic. *niſi ex teſtamento appareat, quod Pater eum, non ſolum tutorem; ſed etiam adminiſtratorem bonorum pupilli fecerit, tunc iudicium merito valet; etiam ſi prædicta ſolemnia non fecerit*. Thoro voto. 75. num. 22. tom. 1. Virgil. de legitim. perſon. cap. 5. num. 8. & vidi in duplici caſu anno 1661. dum in Ciuitate Callaris reperiebar, declaratum per Regiam Audientiam, tutorem inſimul, ac adminiſtratorem à teſtatore deputatum, poſſe per Iudicem illi non commiſſa adminiſtratione, nec alijs ſolemnitatibus præmiſſis, quæ de iure deſiderantur in introitu tutelæ, vt apud præfatos Doctores delineatur in introitu tutelæ legitimè ſe immiſcere in ſui muneris operationem, partes, quæ huic duplici deciſioni fuere ſuppoſitæ, nunc obliuioni mandatæ iacent, mihi crede, tamquam de viſu atteſtanti.

Pupilla inhærebat nullitati adminiſtrationis per nobilem Geronimam Bacallar confectę ad ſe eximendam ab onere re-
27 fuſionis expenſarum, † non erogandæ pro actu nullo, pro actu prohibito, & celebrato abſque adſiſtentia iuris; ſed facili repulſa fuit exceptio euacuata; nullitas cui ancillantur geſta per tutorem abſque debitis ſolemnitatibus tutelę ſtudentem, haud tollit, quin, & ipſemet adminiſtrator obſtringatur rationem reddere, & quod reddi-

tio rationis attingat ad vtilitatẽ pupilli,& sit de connexis ipsiusmet administrationis, quæ ratio est vna ex principalibus, superiori cera cunctatis, ad cõstituendum illum obnoxium refectioni expensarum, circà computum à tutore reddendũ, contingentium; ratio hæc prout,& alię ad prędictam opinionem amplexandã concinnentes militant respectu administratoris, vel tutoris putatiui; vndè idem ius debet condi, & sic computum ratiocinij vtilitatem illud eflagitantis vulnerans, conficiendum esse expen. sis pupilli videtur constans, prout Senatus Sardous pro cõstanti habuit.

Vidimus administratori, seù
28 tutori putatiuo, † absq; debitis solemnitatibus interpositis, administrationem gerenti, suum salarium taxari; non vt tutori, prout voluit. Gutier. de tutel. cap. 8. part. 3. sed vt negotiorum gestori, prout decisum inuenio apud eamdem Regiam Audientiam an. 1641. actuario Ioanne Baptista Massidda, referente D. Antonio Canalis, ad fauorem nobilis Margaritę Passamar, & contra eius filios Ciuitatis Saceris, testatur Don Ioan. Maria Aliuesi controu. 15. in fin. vbi inseruit ad pedem litteræ tenorem sententiæ, in qua salarium dictæ nobili de Passamar fuit taxatum tamquã negociorum gestrici ex bono, & æquo, licèt non vt legitima tutrix, & adhibitis debitis solemnitatibus iu administrationem bonorum filiorum se immiscuerat, quam opinionem docet ipsemet Gutier. loc. cit. in fin. vbi tenet tutori putatiuo deberi moderatum salarium, iuxtà facultates pupilli, & labores in gerẽdo officio impensos, non tamen lucrari idem, quod tutori vero debetur, putà in Hispania decimam, in Regno Sardiniæ in oppidis omnes fructus pupilli hæreditatis, asserit; docet idem etiam Fragos. de Regim. Reipublic. part. 1. lib. 6. disput. 18. nu. 18 versic. quod verò ibi in fin. *igitur si in danda tutela aliqua so ennitas fuit ommissa, ex qua tutor non verè dicitur tutor, quamuis administret, non recipiet decimam tutoribus debitam, sed salarium moderatum arbitrio boni viri iuxtà facultates, ac patrimonium minorum, & laborem in administratione impensum vltrà expensas vtiles, & necessarias.*

Euincitur ergò meritò, expensas confectionis calculi, tãquam connexas administra-
29 tioni tutelæ, † & pupilli commodum attingentes, erogandas esse ex cumulo corporis administrationis, non solùm in casu legitimi tutoris ritè, & rectè administrantis; sed & respectu administratoris ob æqualitatem rationis, ob confricantiam argumentorum, & ob exonerandum administratorem ab onere harum expen-

sarum

ſarum, quo ſi afficeretur, dimi-nueretur eius ſalarium, & damnum cogeretur ſubire in tutelæ adminiſtratione contrà text. in l. munerum, ff. de muneribus, & honorib. ibi: *quæ animi prouiſione, & corporalis laboris intentione ſine aliquo gerentis detrimento pertractantur; veluti tutela, & cura*; qua ratione perpenſa, † dixit Excob. de ratiocin. cap. 25 lib. 1. num. 64. expenſas erogatas in adeundo locum, qui eſt caput iuriſdictionis, pro diſcernenda ſibi tutela, refundendas eſſe ex bonis pupilli, cum nullus proprijs expenſis militare cogatur, & cum tutor teneatur ad omnes ſumptus quomodolibet contingentes, ratione tutelę vertentis in ſui, & bonorum tuitionem, ac ſecuritatem.

ARGVMENTVM.

Exigibilitas nominis debitoris intelligitur promiſſa per clauſulam facere, habere, & poſſidere; qua accedente promiſſione cedens tenetur ad perpetuum periculum de facto, ac de iure eueniens, vis præcepti potens videtur ad virium defectum ſanandum. Recenſetur humanarum rerum varietas.

SVMMARIVM.

1 *Timor decet magis in opere inicũdo, quam fiducia; & ille dicitur naturalis quando grauitas operis vires ſuperat.*

2 *Præceptum ſuperioris dicitur potens ad vires ſubminiſtrandas.*

3 *Exempla Regiæ Audientiæ magna potiuntur authoritate.*

4 *Caſus præſentis controuerſię refertur.*

5 *Cedens nomen debitoris tenetur tantum ad veritatem nominis ceſſi, non ad bonitatem præcipuè, quando hęc deficit ex euentibus tẽporis. 6. Licet cedens promiſerit ampliſſimis clauſulis defendere, ac conſeruare indemnem ceſſionarium, quia intelligitur reſpectu veritatis crediti. 7. Senatus declarauit obſtringens cedentem ad exigibilitatẽ nominis ceſſi; quando hæc fuit ſtipulata 16. probatur pluribus authoribus. 18. & exigibilitas intelligitur promiſſa per clauſulam habere, & poſsidere. 19. & hęc exigibilitas debet eſſe perpetua. 23. præcipuè, quando inexigibilitas procederet ratione æris alieni, quo cedens ante ceſſionem grauabatur 24.*

8 *Bona mundana ſunt caduca, & ſub ſtabili termino non quieſcunt.*

9 *Varietas rerum humanarum recenſetũr. 10. Pendens à diuina prouidentia, & non à ſortis nomine, vt Ethnici dijudicabant. 11.*

12. *Ven-*

12 *Venditor nominis debitoris promittens exigibilitatem illius, non tenetur, si hæc deficiat post exactionem plurimarum pensionum. 15.*

15 *Euictio competit pro tota euicta parte rei venditę, non verò competit, quando actus peccat in forma. 14.*

17 *Sententię iustitia dignoscitur ab illius motiuis.*

20 *Querelam haud quis debet exhibere de eo, quod ipsemet voluit.*

21 *Excussionem, non tenetur facere creditor in bonis debitoris, quã do formauit iste concursum suorum bonorum, fuit sic decisum in Regia Audientia. 22.*

26 *Sapientes, non sumus maioribus nostris; & libentèr debet soluere pœnam, quando hęc se tenet ex proprio facto.*

CAP. XLVIII.

PRO scopo habui in hoc libro, quo vacaui in primo dissertationum,
1 † Senatus nostri amplissimi exempla colligere, typisque mandare in non mediocrem tui vtilitatem, labori studui, licèt parùm de meo ingenio confidens, timidus, ac tremens iuxtà illud Plinij Iunior. epistol. 17. lib. 4. *Etenim nescio, quo pacto magis in studijs homines timor, quam fiducia decet:* accidebat hoc in Romano eloquentiæ Principe attestante de se ipso lib. 6. epistol. 7. *in principijs dicendi tota mente, atque omnibus artubus contremisco,* quã comotionem, naturalem putat. Senec. epistol. 11. profluentem, vel ab operis grauitate, vel animi tenuitate, *quibusdam* ait ille, *etiam constantissimis in conspectu populi sudor erumpit, non aliter, quam fatigatis, & ęstuantibus solet, quibusdam tremunt genua dicturis, quorumdam dentes colliduntur, lingua titubat, labra concurrunt in catu dicturo veluti ètonito vox hęsit:* Theophrasto homini in circulis, & semicirculis eloquentissimo, alioquin stupefacto ob laboris arripiendi pondus vox hæsit: sic contigisse, refert Fab. Turturet. in suis paralel. tom. 2. dissert. 23. num. 201. quo laxiori causa morbo laborasse crede me viribus destitutum ad arreptum onus ferendum, sicque ferè ab illo deuiaui; obtemperaui plurimorum, quibus obsequium presto, præcepto, hoc potens, credens rusticitatem meam in igneum calamum dissolu-
2 turum; † hæc est vis præcepti, hæc potentia superioris mandati, virium defectum in crestam diffundentis, & virilem suppeditantis animum, loquitur Antonius Epistol. ad Theodosiũ Imperatorem, audi illũ:

Non habeo ingenium Cęsar, sed iussit, habebo:
Cur me posse negem, posse quod ille putat.

Inua-

Inualidas vires ipſe excitat, & iuuat idem
Qui iubet, obſequium ſufficit eſſe meum.

Vtique potero adſcribere qualibet calumnia affectus ob operis tenuitatem magna in parte illius conatui deditus, cupiens prędictis mandatis volūtatem ſubmittere: mihi reſponſum ſufficit Plin. Iunior. lib. 2. epiſtol. in fin. *à te enim ratio exigetur, me excuſabit obſequium*. Exempla, quæ in hoc libro de-
3 lineaui, † habita apud Regiam Audientiam, magnam authoritatem ſibi adſcribunt vt vidiſti cap. 13. ſupra, iudicantis animos ad illa ſectanda alliciētia, & inducentia ad hoc, vt in ſimilibus caſibus eadem forma procedant iuſtitię vindices. l. filius ad leg. Cornel. de faſis. l. 1. §. Si vir. ff. ad Silaian. l. 1. co. quæ ſit longa conſuetud. l. 3. de ędific. priuat. ibi: *probatis iis, quæ in oppido frequenter in eodem genere controuerſiarum ſeruata ſunt*; inculcant quam plurimi authoritatem hanc amplam, quā ſibi extorquent placita Senatuū, paſſim illa nobis commēdatur ſequenda, vt veritatis littus attingamus in diſperſo difficultatum, ab humanis technis ſuſcitantium, gurgite, prout eſt videre penès Solorzan. de iur. Indiar. lib. 2. cap. 24. tom. 1. num. 63. vbi cumulat penès innumerabiles, noſter Don Ioan. Dexart. deciſ. 100. num. 23. Syderis huius Archigubernus conſtituor, ſiue indicator: illius influxus ſequens portum attinges, liber à procellis dubiorū, ingenij pelagus vndiquè concutientibus iuxtà Hærodot. de orig. iur. pag. 8.

Caſus, quod occurrit anno 1648. in Regia Audientia, diſputari ſubſequenti figura repo-
4 nitur. † Don Petrus Gaia nobili Margharitæ Sucharello matri Don Matthæi Pilo Domini Baronię de Putifigali cenſum creatum proprietatis quinque mille librarum, cuius ſolutioni Don Onufrius Fois iacebat obnoxius, vendidit, ſub pacto, quod illum teneret, & in ſana pace poſſideret, venditor què de euictione teneretur de facto, ac de iure contra ſingulas perſonas; verba contractus hæc erant, *prometent Ferlo hauer, tenir, y en ſana pau poſſeir, tant la proprietat de dit cenſal, com penſions y rates de aquell in omni caſu, & euentu*: tractu temporis fallitus apparuit Don Onufrius Fois, cuius filius Don Saluator Fois, & Barbarà omnia paterna bona publico concurſui expoſuit; Don Matthæus Pilo filius, & hæres vniuerſalis Donnę Margaritæ Sucharello litem ſuſcitauit contra Don Franciſcum Gaia nepotem Don Petri Gaia eius aui paterni, & hæredem, virtute euictionis cenſus ob cōcurſum formatum à principali debitore ſequutę, proprietatem, damna, & penſiones repetens; huic conatui reus conuentus ſe

oppo-

opposuit : causas, quas ad sui exonerationem exhibuit, huic paginæ currenti, & breui calamo mittam, ac affigam; cum hic punctus ad longum apud doctores referendos dispunctus appareat, solùm corde residet Senatus nostri Sardoi mentem tibi indicare, licèt non ignorē dogma Iurisconsulti, quod res practicabilis, & plenè,& largè agatur; vt in l. legaui 26. de liberat. legat. l. Iusto.44. de vsu cap. Solorzan. in politic. lib. 5. cap.11. Liter.B. Dicebat ex l.si nomen ff. de hæredit.& action. vendit.vbi Vlpianus;ita respōdit, *si nomen sit distractum, Celsus libro 9. digestorum scribit locupletem esse debitorem, non debere præstare, debitorem autem esse præsta-*
5 *re*, † *nisi aliud conuenerit*, venditorem nominis de periculo in substantia non in quantitate teneri, & sufficere facere nomen verum de iure, id est, quod sit debitor, non autem de facto, id est, quod sit exigibilis; prout alij dicunt, tenetur cedens de veritate nominis cessi, non autem de eius exigibilitate; quam conclusionem desumptam ex prædicto textu, qui in terminis illam decidit, docent innumerabiles, quos laudant, & sequuntur Gusman de euiction. quæst. 35. à num.4. Hermolil. in l. 23. tit. 5. p. 5. Glos. 4. à num. 45. Censius de censib. quæst.72. num. 23. versic. prima est. Thoro voto 91. à n.34. Galterat. de renunciat. lib.1.c.4 à num.95. Fontanell. decis.167. à num.2. Cyriac. controu. 169. lib. 1. num.4. & 10. & controu. 375. à n.15. Pistor. obseruat.212. num. 1. Marilian. decis.5. n.2. Decker. lib.1. decis. Belgic. dis-
6 sert. 5. num. 7. † vbi omnes, pluribus rationibus ab eis cumulatis, tenent venditorem nominis cessi obstringi ad veritatem illius prestandam, non idoneitatem tractu temporis, præcipuè, quando hæc deficit ex futuris euentibus post contractum venditionis contingētibus per text. in l. Lucius ff. de euict. bonus textus in l. 1. cod. de pericul. & comod. rei venditæ, & ibi Bartol. & Salic. cum Surd. & alijs Gregor. Ganauer. decis. 9. num. 55. Hodierna cum multis controuersia 27. num. 2.

Procedit hæc conclusio ad
7 fauorem venditoris, † licèt iste in ventre contractus venditionis promiserit defendere, & conseruare indemnem cessionarium, quia ad veritatem nominis, non autem ad illius bonitatem tenebitur, dicunt sic Thoro num.7. Censius, & Gusman. num. 62. Ludouis. decis. 379. num. 5. Petrus Tondut. quæst. 49. in quæstion. ciuilib. num. 1. & procedit licèt promissio euictionis esset concepta cum quibuslibet clausulis amplissimis, quę ad veritatem nominis debitoris, non ad bonitatem stipulandam tendere videntur. Surd. consil.441. num. 7.

Ma-

Marin. quotidian. reſolut. cap. 42. num. 2. & etiam ſi promiſerit euictionem de iure, ac de facto, quæ obligatio videtur dirigi non ad exigibilitatē, ſed reſpectu euictionis, vt in præcisis terminis docet Minſiger. Centur. 1. obſeruat. 54 Hodiern. controu. 27. num. 11. vbi ad longum.

Addebatur in hoc caſu fuiſ-
8 ſe probatum pro parte † Don Franciſci Gaia tempore nominis debitoris venditi hunc fuiſſe diuitijs affluentem, patet omnes in preſenti etate vitam degentes, quæ ampliſſima bona poſſidebat Don Onophrius Fois opidi de Bolotena ; tracta temporis, cum ſint hæc caduca, & volubilitati fortunæ ancillata. Claudian. & Senec. apud Altamiran. in l. 1. cod. de filijs Oſſicial. qui in bello moriunt. n. 20. ruinā paſſa, hęc eſt
9 natura mundanæ diuitię, † vt ſub ſtabili termino non quieſcat Tybull. lib. 3. elegiar.

Et quæ præterea populus miratur in illis
Inuida, quæ falſo plurima vulgus amat,
Non opibus mentes hominum, curaque leuantur,
Nam fortuna ſua tempora lege gerit.

Et Ouid. pulchrè apud Lelium Biſciolæ horar. ſucceſſiuar. lib. 1. cap. 2.

Fortuna arbitris tempus diſpenſat vbique,
Illa rapit iuuenes, ſubſtulit illa ſenes;
Quocunque ruit, furibunda ruit, totumque per orbem
Fulminat, & cæcis cæca triumphat equis.

Alterna lex eſt, vt inquit Iuſtus Lipſius lib. 1. de conſtant. cap 16. à primis cunabulis omni huic mundo dicta, *naſci, de naſci, oriri ab oriri*, nec quicquam ſtabile, aut firmum arbiter ille rerum eſſe voluit præter ipſum, *cui ſoli*, vt Sophocles dixit, *nunquam Sene-*
10 *ctus atra, nec mors imminet,* † *ſed alia miſcet domitor ętas omnia*: hanc volubilitatem Seneca agnouit in Octauiano, dicens: *regitur fatis mortale genus, nec ſibi quiſquam pondere poteſt firmum & ſtabile, per quę caſus voluitur varios ſemper nobis metuenda dies*: hunc ſpectat Biogenij iocus relatus à Laertio lib. 6. rogatus enim quomodo ſepelleri vellet? in faciem inquit; percontanti cauſam quoniam, ait, paulò poſt futurum eſt, vt inferiora fiant ſuperiora; alludens
16 temporum mutationem nullo ſtabili puncto Inhærentium, quibus inuertentibus credebat cadauer verſus terram faciem retinens, illico ſupinum reponendum: hæc noſtra vita eſt; hunc continuum ludum ludimus, rotam volubili orbe verſamus, *infima ſummis, ſumma infimis mutare gaudemus*; ſic dicebat Seuerin. Boethius 2. de conſolat. Proſa. 1. Hanc momentaneam rerum ſub lunarium viciſſitudinem conſiderans M.

Yyy Tul-

Tullius exclamauit penes Andre. Rauchar. in epistol. tom. 2. quæstion. *O Dij boni, quid est in hominis vita diu? mihi ne diuturnum, quicquam videtur in quo est aliquid extremum, cum enim id aduenit, tum illud, quod preterit, effluxit, tantum remanet, quod virtute consequutus sis*: pendent hæc
11 à diuina voluntate, † ac prouidentia, non à fortunæ, fortis, siue fati nomine, vt Ethnici iudicabant: ab eius arbitrio procedit bonorũ distributio, graduum diuisio, ac fortunæ varietas, dicunt Diuus Augustin. & eius additionator, Ludouic. Viues lib. 5. de Ciuitat. Dei c. 9. Petrus Gregor. lib. 21. de Republic. cap. 3. Mar. Ant. Muret. in orat. de fato apud Senec. pag. 279. Iust. Lips. de constant. lib. 1. cap. 17. & 18. sic explicandus Manil. lib. Astr. venit, dum ait.

Fata regunt orbem, certa stant omnia lege,
Longaque per certos signantur tempora cursus.

Don Onufrius Fois tempore nominis debitoris venditi locuplex reperiebatur, fortunæ varietatis bili expositus fuit, hanc non sui oneri videtur tribuendam, sed temporum volubilitati, seu potius diuinæ prouidentiæ, hic & nunc tempore contractus idoneus, & soluendo probatus fuit; non soluendo ex euentu temporis fuit
12 constitutus, † quod periculum futurum ab euentu temporis dependens ad venditorem non spectare, sed ad emptorem clamitabat conuentus reus; dicebat se obnoxium esse ob clausulas exigibilitatis contractui affixas nomen debitoris verũ, & idoneum prestare; sed non post perfectum contractum; sed tempore tantum venditionis initę: adducebat pro se Pereir. decis. 28. vbi ad longum defendit sufficere esse nomen debitoris exigibile tempore cessionis, licèt postea fiat inexigibile, cuius periculum ad emptorem spectare tenent sic Capic. Galeot. lib. 1. controu. 23. à num. 72. Hodierna controu. 27. à n. 39. & non solùm futurum periculum ad emptorem spectare, sed presens etiam voluere Ant. Faber. lib. 12. coniectur. c. 7. Schifordiguer. lib. 3. tract. 23. quæst. 13. circa finem.

Euictio, quę competit etiam euicta parte, ex re vendita tali-
13 ter, † vt à toto contractu recedere liceat ob partis euictionẽ sequutam. l. tutor. 49. §. 1. ff. de minoribus. l. cum plures 72. vbi Glos. in verbo cautione, ff. de euict. Franc. Rocco tom. 1. respons. 87. num. 17. noster Dexart. decis. 77. num. 2. vbi euicta parte rei venditæ posse reuerti ad primæua iura docet. Larrea decis. 72. non vero cõ-
14 petit, † quando actus peccat ratione formæ, vel inuenıatur à lege prohibitus Mangil. de euict. quæst. 58. num. 18. Cęsar de Afflict. controu. iur. c. 2. num. 9.

num. 9. non videtur procedere
ex defectu idoneitatis nominis
15 debitoris, † quando à princi-
pio fuit ſoluendo, & poſt ven-
ditionem illius plures penſio-
nes ſoluit, poſtea vero fuit fa-
ctus non ſoluendo; doctrina
eſt hæc Cenſij de cenſib. q. 72.
num. 23. verſic. ad effectum,
vbi dicit, eum, qui ius exigendi
annuam preſtationem ceſſit,
eamque promiſit exigibilem,
huic obligationi ſatisfeciſſe cē-
ſeri, ſi ceſſionarius bis, vel ter
illam annuam penſionem exe.
gerit, vult iſte author promiſ-
ſioni exigibilitatis per vendi-
torem ſtipulatæ ſatisfieri per
exactionem cenſualium reddi.
tuum ſaltim trium annorum,
ſic ſenſiſſe Rotam in deciſ. 506.
& 507. refert, excuſans promit-
tentem exigibilitatem à per-
petua obligatione, cui natura
cōtractus, & verò ſimilis mens
contrahentium repugnat, &
ipſimet ęquitati iuxta quam
non eſt conſonum quem ſe ob-
ſtringere ad futuros euentus re-
poſitos extra illius poteſtatem.
l. 11. ff. de euictionib. Merlin.
de Pignorib. lib. 5. tit. 1. q. 21.
num. 69. Olea de ceſſionib. iur.
tit. 7. quæſt. 3. num. 28. verſic.
*& tunc cedens futuri etiam peri-
culi damnum patietur, non tamen
in perpetuum tenebitur ad nominis
exigibilitatem, imò liberabitur ſi
per aliquos annos puta duodicim,
vel vt alij dicunt poſt tres, vel
quatuor annos debitor cenſus ſol-
uendo exiſtat, & ſoluerit annuas
penſiones*: probatum fuerat ex
parte Don Franciſci Gaia Don
Onuphrium Fois debitorem
principalem ferè per ſpatium
viginti annorum perſoluiſſe
nobili Margaritę Sucharello an
nuos redditu, à quorum ſolu-
tione poſtea receſſit paupertate
oppreſſus ex euentibus tempo-
rum contracta, quam idonei-
tatis carentiam, tamquam tē-
pus futurum concernentem ce-
dere in damnum ceſſionarij, &
non cedentis conabatur, ac de-
ducebatur ex parte hęredis ce-
dentis. Sardous Senatus die 18.
Octobris 1648. Notarium Car.
ta, & relatore DD. Gauino Li-
peri Paliachio, Don Franciſcū
Gaia condemnauit ad reſtitu
tionem pretij vna cum fructi-
16 bus decurſis, † & expēſis ratione
inexigibilitatis, & impotentię
de facto exactionis nominis
ceſſi, attēto D. Onuphrius Foris
factus erat non ſoluendo ob cō-
curſum formatum inter illius
creditores, periculum inexigi-
bilitatis paſſę poſt venditum
17 censū venditori, † non emptori
ad ſcribens motiua ſententię il-
lius iuſtitiam indicabunt iuxta
Vernul. inſtitut. politicarum
lib. 3. tit. 4. cap. 10. vbi dicit ex
motiuis ſententiæ cognoſci illi-
us iuſtitiam, & nota quod licèt
de iure Iudex non teneatur in
in ſua ſententia cauſam affi-
gere cap. 51. Cut. de ſentent. & re
iudicat. Valençuel. conſ. 169.
num. 5 Xamar. de offic. iudic.
p. 1. q. 15. in Regno tamen Sar-

diniæ tam iudices inferiores, quam superiores tenentur eorũ placita motiuis, quibus ad declarationẽ mouentur, illustrare, docet Cortiada. decis. 24. n. 47. intelligisse in prima instãtia, non in secunda, explicat idemet Cortiada. & hæc est praxis inconcussa, quę motiua semel adiecta fiunt pars sententiæ, & ab eis interpretationem recipit. Fontan. decis. 287 Suelues. cons. 33. num. 15. lib. 3.

Vtique verumesse dixit Senatus cedentem nomen debitoris ex dict. l. si nomen de hereditat. vel action. vendit. non teneri ad idoneitatẽ sed ad veritatem tantũ nominis, † fal-
18 li tamen quando illa fuit promissa, hanc regulam limitandam esse accedente promissione perpetuæ exactionis declarans stipulatæ quo pacto adhibito, ex partium conuentione, venditor non solum verum debitorem prestare tenebitur, sed & loclupletem, & soluendo, hanc limitationẽ respectu predicti textus agnoscunt omnes precipuè Thoro voto 91. num. 86. Hermosill. loc. citat. num. 86. l. 36. titul. 5. Glos. 8. Petrus Tondut. quæst. ciuil. 49. num 16. Acosta de priuileg. credit. regul 3. limit. 5. nu. 1. versic. vero qui, & alij quam plures apud eos, cedentem obnoxium constitui ex vi pacti ad prestandam euictionem nõ solum iuris; sed etiam facti, & ad exigibilitatem nominis cessi docent, quando hæc pacto fuit deducta, plene Olea de cession. iur. tit. 7. quæst. 3. num. 17. Merlin. decis. 639. Franc. Mar. de Prato discept. 21. num. 3. tom. 1. Paul. Staiban. resol. 67. num. 2.

In cõtractu venditionis per Don Petrum Gaiam conceptę
19 † ad fauorem nobilis Margarite Sucharello aderat clausula *habere, tenere, & in sana pace possidere*; promittens cedẽs cessionarium habiturum quietè ac pacifice census exactionem, hanc que potiturum, quæ promissio importat idem, ac promittere exigibilitatem de iure, & de facto nominis cessi, pro vt dicit in precisis terminis Petrus Tondut. dict. q. 49 num. 23. vbi dicit, quod si vendens aut cedens, seu in solutũ dans nomen debitoris, aut censum annuum promiserit illũ facere, habere, & tenere, *fer, hauer, y tenir*, quod tunc non solum bonitatem, sed exigibilitatem
20 de iure, ac de facto promitit, † cõcludens cedentẽ, huius clausulæ virtute, teneri etiam ad præstandam debitoris idoneitatem, & debiti exigibititatẽ *cum in ea clausula nõ solum iuris, sed etiam facti impedimenta comprehendantur, & per consequens exigibilitas*, verba sunt huius aucthoris, qui gladium ad radicem affixit, querulas voces haud mittat nominis cessi venditoris hęres, sed ex vi Sententię Senatus damnatum habens,

&ob-

& obſtrictum deplorans ad periculum futuri temporis, cui ſuum authorem ancillari non putabat potuiſſe, & refectionē expenſaru, ac principalis quātitatis ratione euictionis ſequtę, ſeu potius deficientiæ exigibilitatis de facto, cum auus paternus ius ſibi dicens, tamquā dominus afigendi quęlibet pacta in contractu ſtipulatus fuerit idoneitatem hanc, quam ſemel in ſtipulatum deductam tenetur preſtare, ſicque remouendus a querela, & arguendus dicto Ouidij lib. 13. metamorph. apud Solorzan. de iur. Indiar. lib. 4. cap. 13. n. 88.

Et eget auxilio qui non tulit vt que reliquis;
Sic liquendus erit, legem enim ſibi dixerat ipſe

Exigibilitas vero ſtipulata dicitur adimpleta quando nomen eſt tale, vt facile exigi valeat text. in l. 1. in fin. ff. ad Macedoniam, qui textus hoc aperte inculcat, & ibi Bartol. Mātic. de tacit. lib. 4. tit. 13. num. 11. Coſta de facti ſcientia centur. 1. diſtint. 44. num. 7. & 8. quos, & alios ſequitur, & laudat Tondut. loc. cit. num. 26. Mangil. de euictionibus q. 79. num. 12. vbi dicit tunc exigibile reputari nomen debitoris, quādo tale habetur, vt nihil contra illud poſſit opponi Staibanus reſol. 67. ex num. 1.

Bonitas exigibilitatis nominis ceſſi fuit in ſententia habita 21 ſtipulata, † à partibus virtute clauſulę *de fer, hauer, y tenir*, & aliorum inſtrumento apparentium, ſicque cum Don Saluator Angelus Fois filius, & hęres cedentis bona paterna publico creditorum inter ſe de antelatione decertantium expoſuerit cōcurſui, & ceſſaret ex hac cauſa nominis facilis exactio, & bonitas, fuit condemnatus ad reſtitutionem pretij quantitatis principalis, vna cū penſionibus decurſis, ac expenſis ſubſequutis: nixa fuit ſentētia communi ſententiæ doctorum docentium communi calculo ceſſionarum non teneri facere excuſſionem in bonis debitoris, quando hic illa publico concurſui ſubiecit, qua hipotheſi dicuntur intricata eſſe, & difficilis exactionis debitoris bona, quod ſufficit vt ceſſionarius excuſetur ab onere faciendi excuſſionem, poſſit que virtute clauſulę euictionis de facto prommiſſæ circa exigibilitatem nominis ceſſi ex defectu exigibilitatis directo cōuenire cedentem, tamquam oculo legis iā facta excuſſione per text. in l à diuo Pio §. ſi rerū de re iudicat. ibi: *controuerſia eſt de pignore id dimitti debere, & capi aliud, ſi quod eſt ſine controuerſia*. Sic Molin. de primogen. lib. 4. cap. 5. num. 21. Nogueroll. allegat. 2. à num. 113. Salgad. in laberint. creditor. 1. part. cap. 23. à num. 1. vbi ad longum penè infinitis congeſtis docet non teneri creditorē

excuſ-

excussionem aliquam facere, quando debitor cōcursum suorum bonorum formauit, sed quod valeat directe cedentem conuenire, prout praxis inconcussa totius Regni Sardiniæ, de qua possem vtiq; plura exẽpla in Regia Audientia habita, quam etiam in Regia Gubernatione cumulare, & proponere, res vacat meo videri dubietate; non obstrictum esse Don Mattheum Pilo herędem cessionarij Regia Audientia dixit adhibere excussionẽ circa debitorem principalẽ, bona intricata habentem, ratione cōcursus creditorum ab eo formati, illi facultatem indulsit ad repetendũ principale, fructus, & expensas à cedente excussione opposita reiecta ob concursũ creditorum formatum à debitore iuxta doctrinas allatas, quas refert Olea de cession. iur. tit 7. quæst. 3. num. 38. adde Matthiam Berlinch. pratic. cōclu. tom. 2. conclu. 24. nu. 89. Amat. var. resol. 37. nu. 28. lib. 1. Paulum Staiban resol. 67. n. 7. Donadei de renunciat. cap. 29. num. 117. quę doctrina omnino iuxta ęquitatem est amplexabilis in Sardinia, quia concursus in illa sũt immortales, & fere nunquam finẽ lucrantur, & hodie titulati, qui solutionẽ effugiunt, ad hanc semitam confugiunt; sed caueant, quia diuino refugio carere non res dificilis erit; docet Franc. Mar. Prato descept. 21. num. 3. primam conclusionem.

Supposita hac promissione euictionis de facto exigibilitatis, & nominis debitoris bonitatis, hanc deberi perpetuò, & non adimpleri per exactio-
23 nem, † etiam plurimorum annorum dixit amplissimus Senatus, non solùm, quia in promissione exactionis aderat verbum *Semper*, quod perpetuitatem significat, vt in præcisis terminis docet Merlin. de Pignorib. lib. 5. tit. 1. quæst. 21. num. 70. ibi: *declaranda tamen videtur hęc assertio, quando promissio manutentionis crediti, & cum clausula, omni tempore, vel cum dictione, semper, quia omne tempus includitur*, l. semper de regul. iur. resoluens cedentem obstringentem, sed ad exigibilitatem nominis cessi, *semper, semper* ad illam teneri, nec liberari per spatium temporis, sic Olea num. 28. in fin. vbi tenet cedentem teneri ad perpetuam exigibilitatem nominis cessi, quando illam promisit per verba futuri temporis perpetuitatem denotantia; sed etiã
24 quia ex natura sua, † cum sit annuus census perpetuus, sic etiam perpetua videtur promissio bonitatis, vt argumentatur Petrus Tondut. num. 42. vbi respondet Rotæ Romanæ, quæ contrarium videtur docere in decisionib. per Censium adductis, quarum supra memor fui; tenent hanc conclusionem, quod promissio exigibi-

gibilitatis debeat eſſe perpetua, licèt non exprimatur, & nulla temporis anguſtia finienda, adimplenda, vel terminanda, licèt per plurimos annos emptor nominis exegerit. Anton. Faber. in codic. lib. 8. tit. 31. de euict. definit. 13. Paul. Staiban. reſol. 67. num. 11. & in reſol. 96. tenet cedentem nomē debitoris, titulo dotis, teneri ad perpetuam exigibilitatē, licèt illam non promiſerit: primam concluſionem ſequuntur Caſtillo, deciſ. 46. n. 3. Franc. Maria de Prato diſcept. 21. n. 5. tom. 1. & hoc precipuè procedit, quando inexigibilitas pro-
25 cederet ex ęre alieno, † quo cedens ante ceſſionem grauabatur. Leotard. de vſur. quæſt. 80. num. 41. in præſenti caſu dubio vacabat Senatus ob clauſulam, *ſemper*, in promiſſione exigibilitatis affixam, & ſic condemnauit cedentis heredem, ad fructus omnes decurſos, & expenſas ſubſequutas iuxta tradita longa manu per eumdem Oleam tit. 7. quæſt. 4. addens in motiuis ſententiæ, cedentem obſtrictum iacere ad conſtituendum perpetuò nulla intercapedine à ſeruitute hac obſoluendum nomen ceſſum exegibile de facto, ac de iure ex ſo. la promiſſione ſimplici exigibilitatis per ſubditas clauſulas *habere frui, & poſſidere* licet non adeſſet clauſula ſemper, cum perpetuitas obligationis inhæreat ipſimet naturę contractus;
26 † contrahentes, vt amaritudines ſtimuli Senatus, qui valde pungit, angit, & torquet dicent enim futuri cum Plinio lib. 5. epiſtol. 21. *an nos ſapientiores maioribus noſtris, an nos legibus ipſis ſumus iuſtiores*. Stinichin. de præuention. inſtrument. cap. 1. nu. 189. efugiant, abſtineant ſe ab his clauſulis, & à promiſſione exigibilitatis, quam ſi affixerint æquo vindice ex proprio inſtrumento pęnas luent, vt contigit in caſu per Plinium 24. hiſtor. natural. cap. 8. relato, vbi ita *Periſlum nemo laudat ſeuiorem Phalaride tyranno, cum Taurum fecit mugitus hominis pollicitus igne ſubdito, & primus eum expertus eſt cruciatum iuſtiore ſeuitia* Ouid. lib. 5. Triſt. eleg. 12.

Vtique dedit iuſtas Tauri fabricator aheni,
Sic ego do pęnas artibus ipſe meis.

ARGVMENTVM.

Impetrans aſſenſum Regium pro venditione feudi poteſt illud dare in ſolutū ipſimet creditori, pro ſoluendo cuius debito, celebranda erat venditio. Impetrans aſſenſum non tenetur exprimere ſe in ſenectute eſſe conſtitutum, & deſperatum de prole. In ventre dationis in ſolutum alienans feudum poteſt ſibi reſeruare annuam penſionem certam abſque facultate Regia. Decretum eſt ſtricti iuris, & vtrùm obtentum

pro

pro venditione rei profit pro illa hypothecanda.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Regius est stricti iuris, obtinens vim dispensationis, & gratiæ: non potest extendi de re ad rem, de persona ad personam 2. & in quolibet excessu consideratur defectus potestatis 4. assensus nouus requiritur mortuo impetrante circa hæredem. 7. corruit, si tempus in eo expressum non seruetur 8. assensus intelligitur adhibitus sub pacto, dummodo concessionarius in eodem statu permaneat. 9. impetrans pro alienando feudo prodest quoad dationem in solutum. 11. regulatur ex conclusione, non ex narratione. 15. non extenditur ad contractum enunciatum, tamquam strictissimi iuris. 16. 17. comprehenditur sub ijs, quæ de iure intelliguntur 14. extenditur ad contractum æquipollentem. 18. decisio huius causæ refertur 44. humanus omnis actus ad sui validitatem desiderat potentiã, voluntatemque. 3.*

5 *Decretum Iudicis obtentum pro venditione rei minoris non porrigitur ad illam hypothecandã, quia est stricti iuris.*

6 *Facultatem habens feudum diuidendi inter filios, non potest in illo reciprocè substituere.*

10 *Feudum non potest alienari absque beneplacito Principis, vt iste cognoscat suos feudatarios, & deuolutiones. Feudum assumit naturam contractus super quo interponitur 20.*

12 *Datio in solutum habet vim solutionis, & extinguit priorem obligationem, & æquiparatur venditioni 14.*

13 *Emphyteusis in dubio intelligitur ex pacto, ac prouidentia, & possunt dari in solutum creditori bona emphyteutica, absque assensu Regio ex vi sententia 16.*

21 *Assensus Apostolicus impetratus super bonorum alienatione prodest quoad constitutionem census; & idem procedit quoad feudum num. 22.*

23 *Decreto Iudicis, licèt quis vti non dicat in contractu, sufficit illud obtinere, quæ præsumitur factum fuisse contractum illius virtute, & si in eadem die inueniatur actus celebratus, & decretum expeditum præsumitur hoc præcessisse 24.*

25 *Inhibitio eadem die præsentata, & sententia publicata, intelligitur publicationem præcessisse.*

26 *Assensus præstitus nomine dignitatis successorem obligat, 28. & sic praiudicat successori 33.*

29 *Licentia præstita ad alienandum non expirat morte concedentis. Impetrans assensum sufficit habere successorem in potentia ad effugiendum obreptionem illius ex defectu prolis.*

30 *Conditio*, si sine filijs decesserit, *intelligitur purificata perueniente substituto ad ætatem, in qua filios non potest procreare,*

vel ex aliquo impedimento. Sic ſuiſſe deciſum per Regiam Sardoam Audientiam in materia donationis refertur. 31. *regulariter verò attenditur tempus mortis* 32.

34 *Poteſtate abſoluta vti, videtur ſignum detrimenti iuſtitiæ.*

35 *Impetrans aſſenſum non tenetur exprimere ſe non habere ſucceſſorem; emptorem verò ſi.* 36. *vbi dicitur, quod obtento aſſenſu ad alienandum, poterit illo vti impetrans tempore, quo non habeat filios.*

37 *Seruitus non poteſt imponi ſuper feudo abſque aſſenſu Regio, poteſt tamen reſeruari ad fauorem alienantis aliqua annua quantitas.* 38. 41. *& ſeruitus poteſt conſtitui in præiudicium contrahentis* 42.

39 *Emphyteuta, ſua vita durante, poteſt alienare fructus, & maioratus poſſeſſor, illo verò defuncto non ſit præiudicium domino directo, nec ſucceſſori.* 40. *fallit, ſi hoc ſit prohibitum per teſtatorem.*

43 *Præſtatio annua dicitur ſeruitus.*

CAP. XLIX.

PLVRA pro parte Regij Fiſci patrimonialis ad excluſionem validitatis
1 † aſſenſus præſtiti per Sacram Regiam Maieſtatem Philippi Tertij pro venditione Villarum feudaliũ depopulatarum de Minotadas contrà Don Iulianum Prunas Ciuitatis Saſſaris in Regij patrimonij conſiſtorio inueſtituram optantem, oppoſita fuere; dicebat Regius Fiſcus Aſſenſum prçſtitum per Regiam Maieſtatem fuiſſe circà venditionem petitam huius territorij interpoſitum, verba ſunt reſcripti; *porende con tenor delas preſentes queremos, conſentimos, y ordenamos, que para pagar los creditos dela dicha Eulalia Are, y Periç ſe pueda vender, y venda el dicho lugar, encontrada del ſalto de Minotadas pagandoſe primero a nueſtra Procurador Real el luiſmo, que por raçon de ella ſe deuiere:* non vero circa dationem in ſolutum, quæ eſt contractus ſeparatus à venditione: conatus tendebat ad aſſenſus impetrati nullitatem detegendam, ex eo quod aſſenſus ſit ſtricti iuris, tamquã facultas obtinens vim diſpenſationis, & gratiæ Afflict. deciſ. 398. num. 5. Ioan. Baptiſta Mucci qq. forenſ. c. 21 num. 2. Hodierna controuerſ. 26. num. 5. ſtrictiſſimæ naturæ, & ſub ſtrictiori cenſu admittenda, ac interpetranda, ex cap. fin. de ſimonia ex Abbat. Bald. Cardinal. & alijs, Corbulus de iur. emphyteu. cap. 14. de priuat. ob alienat. irrequiſit. domin. limitata ad certam rem, vel perſonam,
2 quantitatem, cauſam, † vel aliàs non poteſt extendi ad aliã rem in aſſenſu non expreſſam, argum. l. in agris, ff. de acquir.

rer. domin. deficiente potestate in actus exercitio, quæ dependet à Dñi directi beneplacito feudi, vel maioratus possessor interdictus à lege reperitur illud alienare pro alienatione ad hibenda assensū regiū obtinet, hic pro certa quantitate, causa, vel re interponitur, impetrans haud poterit assensu, vti ad aliam distinctam rem, vel causam ex defectu potestatis restrictæ præcibus impetrantis, & causæ expressæ in regia facultate ex cap. 1. §. profecto de lege. Conrad. Molin. de Hispanor. primogen. lib. 4. cap. 5. per totum à num. 10. Frecia de subfeud. lib. 2. q. 38. à num. 1. Enric. Rosental. de feud. cap. 9. conclus. 53. Felician. de Solis de censib. tom. 1. lib. 2. cap. 3. à num. 1. Fontanell. decis. 263. vbi omnes plenè probant facultatem, vel assensum regium impetratum pro determinata re, vel causa extensione vacare circà aliam rem distinstam non expressā in ventre assensus ex defectu potestatis. Franc. Maria de Prato tom. 1. discept. 34. n. 17.

In omni actu humano duo
3 precisè requiruntur,† potestas, scilicet, & voluntas, sine quibus actus vllus geri nequit, sed vitio nullitatis subijcitur per text. in l. 2. cod. commun. de legat. l. nolle de acquir. hæreditat. Monter. decis. 50. num. 1. Burgos de Pas. in l. 3. Tauri 5. part. num. 442. Gizarell. decis. 36. num. 54. Macerat. resol. 38. l. 1. nu. 18. Scipio Theodor. allegat. 30. num. 2. Simultaneus concursus in productione actus humani potestatis, & voluntatis desideratur ad constitutiuum esse obtinendum, quolibet deficiente, claudicat constitutio essentiæ; nam sicut sine potentia nihil ad actum deducitur, sic sine voluntate nihil consensu perficitur, & sine modo nihil in finem suum deducitur. Paulus Rubeus practic. de testam. c. 5. num. 6. vndè actus semper regulatur, & interpretatur ex facultate, & potestate agentis; cap Ecclesia Sanctę Mariæ de constitut. Ioan. Baptista Spada cons. 144. num. 5. tom. 3. fol. mihi 334.

4 Obtinens assensum regiū,† vel decretum voluntati vacat; vacat tamen potestate restricta tantum ad terminū rescripti; quod excedi nequit; conclusio hæc satis vulgaris est, turba Doctorum amplexata, docent excedentem limites facultatis Regiæ ex notissimo defectu potestatis agentis nullitatis pęnæ reum constitui, siue excessus contingat in persona, causa vel re per textum expressum in l. si pupillorum. §. si prætor ibi: *& mea fert opinio eum, qui aliud fecit, quam quod à prętore decretum est, nihil gessisse*, ff. de rebus eorum. l. diligenter. 5
ibi: *nam qui excessit, aliud quid facere videtur*, ff. mandati, Salgad.

gad. plurib. laudatis in laberint. creditor. part. 2. cap. 4. num. 16. vbi plurima exempla cumulat circà comprobandam hanc veriſſimam aſſertionem.

Textus in l.ſi pupillorum 7. ſ. ſi Prætor.ff. de rebus eorum. Probat conatum Regij Fiſcij
5 ad litteram, † vbi dicit decretum Iudicis impartitum pro venditione rerum minoris non porrigi ad alium contractum ex defectu poteſtatis, quæ in exceſſu cauſæ non contentæ in regio aſſenſu conſideratur, ſic Hermoſill. tom. 2. fol. 1. nu. 7. tit. 5. Gloſ. 1. p. 5. & in Gloſ. 6. l. 4. tit. 5. part. 5 tom. 2. fol. 28. num. 18. Ex hac ratione docet tutorem ex facultate regia habentem auctoritatem ad vendendum bona pupilli, non poſſe illa hypothecare: rationem adſignat, quam vſquè adeò nos arripuimus; quia decretum eſt ſtricti iuris, in quo non procedit regula, *cui licet plus, licet quod eſt minus*, & ſic habentem poteſtatem ad vendendum rem aliquam non poſſe illam hypothecæ ſubijcere. Tenet cum Sarmient. ſelect. lib. 6. cap. 7. num. 6. Gizzarel. deciſ. 77. n. 3.

Probat Marinus. Freciadum ait de ſubfeud. lib. 2. q. 36. matrem potientem facultate
6 diuidēdi feudum inter filios; † ſed non ſubſtituendi, & grauandi; quæ tamē de facto ſubſtituit, nulliter agere circa actū ſubſtitutionis ex defectu poteſtatis; illum verò ſuſtineri intrà limites facultatis conceſſæ, Sequitur Chriſtophor. de Paz. in tract. de tenut. cap. 34. ſub num. 153. Villæ hæ depopulatæ non fuerunt venditæ, vt aſſenſus Regius à parte ipſa impetratus continebat, ſed datione in ſolutum creditori impetrantis fuit traditus: hinc exceſſus in aſſenſu, defectus in poteſtate, & nullitas in actu
7 conſiderabatur, † quæ magis corroborari videbatur ex eo, quod aſſenſus fuit exequutioni mandatus ex hac vita migrato potentiſſimo Philippo Tertio, qui illum indulſit, & tempore ſucceſſoris in Regno contra naturam feudalem, vt voluit Frecia de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 72. vbi dicit poſt mortem Regis aſſentientis antę alienationem requiri nouum conſenſum Regis ſucceſſoris, ſicut poſt mortem feudatarij contrahentis ante aſſenſum requiritur nouus conſenſus hæredis ob correſpectiuam naturam feudalem ex Bald. in l. 1. de conſtit. Princip. docet Scipio Theodor. allegat. 30. in fin. Carleual. de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſp. 23. num. 18. Salgad. in laberint. part. 2. cap. 10 num. 56. & ſequent. Ioannes Baptiſta Mucci qq. forenſ. c. 21. num. 16.

Rurſus arguebat Fiſcus inualiditatem aſſenſus à tranſitu temporis decennium conſicien-

cientis, † à die impetrationis ad dationis in solutum diem efluxerant decem anni post impetratum assensum vsquè ad tempus, in quo illius virtute territorium de Minotadas creditori ipsimet, nempè Don Iuliano de Prunas hęredi Eulaliæ Are per Ioannem Sillent fuit traditum, ex quo temporis lapsu nullitatem auspicabat; cum corruat assensus, si tempus in eo expressum non seruetur. Hodiern. controu. 26. num. 31. Dicebat Regius Fiscus Ioannẽ Sillent tempore impetrationis non fuisse desperatum de prole, tempore verò dationis ob senescentem ætatem illius spe vacantem constitutum fuisse, quę inspectio vtiquè sub pondere reponitur in materia feudali, si impetrans assensum alienandi feudum diù commoretur in alienatione celebranda; ita vt tempore assensus non esset desperatus de prole, qua causa attenta, potuit Rex assensum concedere cogitans feudatariũ de facili filios habiturum; tempore verò alienationis ob decrepitos annos suscipiendæ omnimoda spe vacaret, vel si tempore assensus successores habebat in feudo; tempore verò alinationis illis carebat, tunc assensus haud iuuat; quia intelligitur impartitus rebus in eodem statu permanẽtibus per regul. text. cum quis 38. de solut. cap. sugestum. extra decim. l. quod Seruius ff. de condit. ob caus. l.

quæstion. §. inter locatorem ff. locat. l. fin. ad municip. pluribus laudatis Cæsar de Aflict. qui in materia feudali loquitur in addit. c. 21. fol. 466. n. 3. post tract. cotrou. forens. & sic habet clausula tacitam, † dum-
9 modo concessionarius in eadẽ habilitate, & statu permanserit ad tradita per Andr. Isern. in cap. 1. tit. Episcop. vel Abbat. & rursus in 13. tit. quæ sit prima causa benefic. amit. & in cap. 1. post num. 9. tit. de controu. inter Vasal. & alios de benefic. Capic. Latr. decis. 43. num. 14. & 15. post Afflict. Annam, & alios Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. 8. §. 6. nu. 18. & seq. & post eum
10 Thoro in addit. ibidem, † quę ratio vtiquè videtur hærere causæ finali, ob quam ex præscripto Principis in feudi alienatione desideratur illius assensus, nempè, vt Princeps, & feudatarios, & deuolutiones feudorum non ignoret, Reg. Tapia decis. 47. num. 2. Reg. de Ponte cons. 17. lib. 2. num. 8. Marin. quotid. resol lib. 2. c. 31. num. 14. nouissime Ioan Baptista Mucci var. qq. forens. c. 36. num. 9. Domino directo qualitate feudatarij in canescentibus annis constituti absque prole patefacta pręsumptio vrget, ob spem proximæ deuolutionis illum assensum fore denegaturum, hic fuit impetratus in carentia huius qualitatis, & exequutus in existentia

tia, hinc nullitas auſpicabatur.

11 Dubia hęc,† & alia perpenſa per Fiſcum patrimonialem ad repellendum Don Iulianũ de Prunas ab inueſtitura pretenſa euacuantur facili negotio; data licentia feudum vendendi, poteſt quoque inſolutum dari pro debito ipſo, pro quo venditio celebranda erat, & eſt ratio genuina, quam interpretes inculcant: quia datio in ſolutum in materia præcipuè feudali, & venditio ſub eodem marte reponuntur, confricantur, & germanantur, dicit Roſental de feud. tom. 1. cap. 9. concluſ. 23. & 24. humana trutina æquo bilance ingenij hos duos contractus appendens ſub ęqualitate illos inueniet, ſub idemtitate partium illos palpabit; conſenſus, prætium, & res componunt emptiorem, ex his eiſdem met partibus coaleſcit datio in ſolutum; vnde hæc in venditione non per extenſionem, ſed per comprehenſionem continetur, qua attenta obtinens regiam facultatem ad feudi venditionem poterit per comprehenſionem mentis concedentis, & per idemtitatem contractuum dare in ſolutum ipſimet creditori, cuius intuitu facienda erat venditio. Sic Marin. Frecia de ſub feud. lib. 2. de poteſt. & auctorit. Baron. auctor. 1. ſect. 18. num. 4. Mozius Balzaran. Valtẽ, & Schrader apud Roſental. dict. concluſ. 35. lit. B. in gloſ. Maurus Iunior allegat. 47. num. 7. & 8. Capic. Latro deciſ. 56. num. 10 cum ſeq. pulchrè ex Alex. & alijs Salgad. in laberint. creditor. part. 3. cap. 3. num. 12. vbi dicit dationem inſolutum extraiudicialem eſſe venditionẽ, & ſic non poſſe fieri abſquè aſſenſu domini directi ſub pęna commiſſi, & deuolutionis.

Datio in ſolutum regularitèr dominium transfert in ceſſionarium, & manentibus pe-
12 nès cedentem,† in vtilibus tamen, quoad exercitium actionibus directis in illum tranſfuſis procuratorem in rem propriam ceſſionarium conſtituit. Guſman. de euict. cap. 35 à nu. 131. cum multis ſequentibus, habet vim ſolutionis per text. in l. pupilli 96. ff. ab eſſe, ff. mandat. vbi dicit iuris conſultus dationem inſolutum obtinere vices, & vires ſolutionis. l. ſingularia, & ibi Aretin. ff. ſi certum patet, Mangil de euictionib. quæſt. 80. num. 11. cum Cagnol. Surd. & alijs Frãc. Maria de Prato diſcept. forenſ. cap. 21. num. 51. & 52. tom. 1. & extinguit priorem obligationem iuxtà tradita per Anton. Amat. var. reſol. quæſt. 50. num. 25. Salgad. in laber. creditor. part. 1. cap. 18. num. 32. qui effectus adſcribuntur venditori, & reſpectu illorum, vt creditoribus ſoluatur in extinctionem antecedentium debitorum

torum assensus regius pro venditione feudi impetratur; vndè cum in datione in solutum coalescant omnes hi effectus,& satisfiat menti concedentis assensum,& præcibus impetrantis, inde Senatus Sardous, vt inferius referam, dijudicauit obtinentem facultatem regiã pro venditione feudi, posse illud datione in solutum extraiudicialiter creditori consignari; cum datio in solutum æquiparetur venditioni, l. si prædiũ cod. de euictionib.l. fin. ff.quibus ex causis in possess. eat. l. libera cod. de sent. Burat. decis. 650. num. 5. nouissimè Viuian. Girochi discept.66.n.55.

Et si bona in Emphyteusim concessa fuerint pro hæredibus,
13 & successoribus emphyteutæ, † pro vt regulantèr emphyteusis omnis conceditur, Aluar. Velasc. de iure emphyteus. q. 49. sub num. 2. in dubio verò potius præsumitur ex pacto, ac prouuidentia, quam hæreditaria, Fulgin. de iur. emphyteus. tit. do contractib. quæst.1. sub num. 17. Viuian. Girochi discept.78. num.46. potuerunt pro debitis illius vendi, subastari, & ex vi sententiæ alienari absque assensu domini directi; cum sit alienatio necessaria l. si finita. §. si de vectigalibus ff. de damno infecto. Parlador. lib. 2. rer. quotidian.cap. fin. 5. part. §. 3. num.32. Corbul. de iur. emphyteus. cap.14. de priuat. ob alienat. limit. 19. per totam fol. 318. vbi subiungit, quod tali casu possunt bona emphyteutica dari in solutum creditoribus emphyteutæ, saluo tamen semper iure directi domini ad pensionem consequendam à quolibet tertio
14 emptore, † qui eum tenetur recognoscere, quoniam solùm subastatur vtile ius,& melioramenta ab emphyteuta confecta, ad quam dationem in solutum faciendam non requiritur licentia domini directi Per l. fin. cod. de iur. emphyteut. propterea nec bona cadunt in commissum, nec fit deuolutio ad directum dominũ Caldas. Pereir. in tract. de extinct. emphyteus. cap.6.ex n.3. pluribus cumulatis Salgald. in laberint. creditor. part. 3. c. 3. n. 3 cum sequentibus: vtrum verò valeat argumentum ab emphyteusi ad feudum vide Fragoso de regimin. reipublic. t. 3. num. 3. §. 4. fol. 340. & disput. 14. §. 9. num. 11. pag. 474.

Verum est assensum esse
15 strictissimi iuris, † & sic impetratus super cessione primũ debiti contractum non confirmat, Regens de Ponte de potestat. Proreg. tit. 7. §. 9. nu. 13. versic. verum; assensus namque ad petita tantùm, & ea, quæ in conclusione supplicantis continetur suas vires extendit, potestatem porrigit, regulatur, & regitur à tenore præcum, & facultatis regiæ impar-

partitę idem de Ponte com.47. num. 14. lib. 2. Franc. Maria de Prato diſcep. forenſ. cap. 34. num. 12. lib. 1. vbi dicit aſſenſum eſſe regendum à con-
16 cluſione prę cum, † non à narratione, & ideò ad contractum enunciatū non porrigitur Mor. lin. controuerſ. forenſ. lib. 2. c. 8. à num. 15. & ſeq. quos effectus operatur natura aſſenſus ſtri-
17 ctiſſima, & vacans extenſione de contractu ad contractum, † de re ad rem, de cauſa ad cauſam, Franchiſ. 105. in princip. & deciſ. 153. nu. 24. Franc. Maria de Prato 2. diſceptation. cap. 15. num. 59. & cap. 34. num. 13. tom. 1. Cęſar de Afflict. controu. iur. reſolut. 13. num. 4. vbi hoc eſſe receptum aſſerit, vt probatione non indigeat.

Attamen comprænenditur ſub his, quæ de iure communi
18 intelliguntur, † vt docet ex alijs Anna allegat. 41. num. 27. lib. 1. & ità, quod vendi poteſt, poterit, & in ſolutum dari: nam datio inſolutum venditio dicitur, probatur ex l. eleganter. 24. vbi Caſtrenſ. de Pignor. acti on. Bartol. & Decius apud Anton. Sola ad decret. Sabaud. tit. de modo, & forma obſeru. in ſubaſtacion. Gloſ. 3. num. 11. verſic. verum. pagin. 510. vndè aſſenſus extenditur ad contra-
19 ctum ęquipollentem, † & caſum veriſimilem, vt cum Pariſ. de Puteo, & Iſernia tenet Anna allegat. 41. num. 28. lib. 1. quia quando in effectu idem ſignificat, hoc Principi parum prodeſt, cū eius intereſſe haud percutiat extenſio comprænēſiua, quæ non eſt vera extenſio Ioan. Baptiſt. Spada conſ. 329. num. 11. tom. 3. nam etſi fuiſſet de hoc interrogatus, vtiquè eā conceſſiſſet, & ideò debet extendi Franc. deciſ. 105. num. 6. Ponte conſ. 5. num. 76. vol. 1. Cameral. & Alex. quos commemorat. Apicell. allegat. 14. n. 16. & allegat. 24. nu. 313. Marcell. de Maur. allegat. 47. num. 7. Marin. quotid. reſolut. lib. 1. cap. 28. num. 13. eſt text. in l. ſicut §. ſed etſi promiſerit ff. quib. mod. pignus, vel hypothec. ſoluat.

Nec obſtat, quod termini extenſionis, ſiue æquipollentiæ naturæ feudorum repu-
20 gnat, † qui naturam contractus ſuper quo interponitur, aſſumit Franc. Maria de Prato diſcept. forenſ. cap. 14. tom. 1. num. 54. & hic diformis conſtituitur, vel ſi verba conſenſus impropriantur, totum corruit, vt ait deciſum Franchiſ. deciſ. 152. num. vltim; quia reſpondetur terminos ęquipollentiæ, & extenſionis procedere, quādo idē ſignificat cum verbis aſſenſus, nec mutatur ſenſus, nec feudi natura, quo caſu non dicitur vera extenſio, ſed comprę henſio per confricantiam rationis, identitatem cauſæ, ac eamdē ſignificationem: Sic Capic. Latro conſult. 79. num. 62. tom. 2. Gal-

Gallup. in Metdod. feud. part. 2. cap. 1. ex num. 74. Apicell. allegat. 14. num. 16. & alleg. 24. num. 313.

Hac ratione perpensa, assensus Apostolicus, impetratus super bonorum alienatione facienda, extenditur ad constitutionem census super bonis ec-
21 clesiasticis, † propter comprehensionem mentis cōcedentis, & propter idemtitatem effectuum iuxtà textum, qui singulariter iactam conclusionem probat in l. sicut §. sed etsi permiserit. ff. quib. mod. pignus, vel hypothec. soluat. quam tenent Reg. de Ponte tit. 8. §. 6. per totum, signantèr num. 20. vbi constantèr tenet, quod vbi Rex alienandi feudum licentiam concedit, concessisse intelligatur eiusdem feudi hypothecam, siue pignorationē: ad longum eam defendit Marin. dict. quæst. 28. num. 9. & fin. tom. 1. quotid. resolut. Pereira de emphyteus. extinct. à num. 14. vbi agit de quæstione vtrùm valeat hypotheca si vassallus impetrauit licentiam à domino vendendi rem emphyteusim Titio, si eam hy-
22 pothecauit, † & hypothecam valere defendit: idem docet respectu maioratuum Hispaniæ. Molin. de Hyspanor. primogen. lib. 4. cap. 5. num. 15. vbi dixit permissa à Principe venditione rei maioratus, eius hypothecam permissam videri, ea ratione, quam vsque adeò arripuimus, & quam iterùm libentèr repeto, & inculco, & ex comprehensiua mente concedentis, & idemtitate effectuum, sic Hermosill. tom. 2. fol. 29. num. 19. l. 4. tit. 5. part. 5.

Facultatem regiam ad feudum alienandum, siue decretum à Iudice obtinens ad con-
23 tractum celebrandum, † si in ventre contractus, siue alienationis, non exprimat hanc cōficere virtute regij assensus, nihilominus actus sustinetur, quia sufficit illam obtineri, cuius virtute præuiè insuflante, presumitur actum præposterum celebratum, per text. in cap. 1. de Capitan. qui curiam vendid. l. qui tabernas, ff. de contrahenda emption. cum Marin. Frecia, Isernia, & alijs probat Gracian. discept. forens. cap. 580. tom. 3. ex num. 10. Mier. de maiorat. 1. part. q. 26. num. 56. firmans, quod si quis habeat facultatem ad alienandum bona maioratus, vel ad ea hypothecāda pro dote, & alienet, vel hypothecet talia bona, non exprimendo quod id agit ex facultate regia, quam habet, videtur nihilominus ea vti, & ad executionem deducere facultatem, pluribus cumulatis Salgad. in laberint. creditor. part. 2. cap. 13. num. 10.

Et si in eadem die expediatur assensus Regius, seù facul-
24 tas ad alienandum, † & ipse contractus alienationis celebretur, de quorum anterioritate nō appa-

appareat, præſumitur facultatem præceſſiſſe, vt alienatio dicatur legittima, & robur obtineat ex leg. cum in teſtam. §. hæc verba, ff. de hæredib.
25 inſtitut. l. 2. †. prius verſic. ſi quis ita, ff. de vulgar. Salgad. num. 25. vbi plurimos cumulat. Olea de ceſsion. iur. tit. 8. quæſt. 3. num. 15. in fin. vbi ex eadem ratione dicit, quod ſi vna die appareat Iudicem pro-
26 tuliſſe ſententiam, † & fuiſſe inhibitum, quod debeat præſumi ſententiam antè inhibitionem fuiſſe prolatam; acta enim duo ſi eadem die appareant, ſemper præſumitur actum illum præceſsiſſe, qui præcedere debet, vt ſit validus. Seſſe. de inhibit. cap. 2. Giurb. deciſ. 36. num. 16. & alij penès Olea.

Aſſenſus hic preſtitus fuit nomine dignitatis, quæ nunquàm moritur, † & ſic licèt ſucceſſor in Regno veniret iure hereditario, vel ex pacto, & prouidentia, aſſenſus ab anteceſſore præſtitus debet ab eo haberi ratus, & obſeruari. Riccio collect. 2209. verſic. inſuper aſſenſus. part. 6. Ponte de poteſtat. Proreg. tit. 7. §. 5. n. 2. Corbul. de iure emphytheut. cauſa 14. ampliat. 6. num. 7. præcipuè cum aſſenſus ex natura officij præſtetur. Anna filius com. 129. num. 78. lib. 2. & ſic licentia ad alienandum non expirat morte conceden-
27 tis. † Pariſ. de Puteo de reintegrat. feud. cap. 86. num. 7. & 8. vbi allegat Andream de Iſera Burſat. com. 29. num. 29. & 33. lib. 1. Borrel. conſ. 1. n. 198 Centur. 1. & in ſumm. deciſ. tom. 1. tit. 36. de aſſenſu n. 50. Anton. Sola de decret. Sabaud. tit. de feud. ſuper decret. Yolent. part. 2. Gloſ. 2. num. 13. tit. de form. & ſolemnit. obſer. pro confirm. contract. Gloſ. 3. num. 12. Faſſon alijs citatis de anteſ. & verſic. 2. obſeruat. 1. num. 39. & ſeq.

Communiſſima eſt hæc opinio, pro vt talis fuit amplexata à noſtro Senatu Sardoo docens aſſenſum à domino directo elargitum pro venditione
28 feudi, † vel illo cenſui ſubiugando tranſire ad ſucceſſorem, illum obligare, & in exequutione actus, licèt defuncto concedente non requiri nouum aſſum ſucceſſoris. Capic. qui ita iudicatum refert deciſ. 121. nu. 11. & 23. Coſta de re integra diſtinct. 53. num. 2. & 5. Montan. de regalib. tit. de regal. officior. num. 78. plenè Roſental. de feudis tom. 1. concluſ. 37. num. 5. c. 9. vbi probant hunc conſenſum contrà ſucceſſorem tranſire, eumque obligare, Cyriac. plura, & plures cumulat controu. forenſ. 204. num. 12. ad 19. & à num. 85. ad 100. tom. 2.

Ioannes Sillent alienator Villarum depopulatarum territorij de Minotadas tempore dationis in ſolutum nō ita decre-

29pitus, † & canitie affectus ex annorum erugine iacebat, vt omnimoda suscipiendę sobolis spe vacaret, feruebat adhuc in sanguine potentia, in qua sufficit habere successorem, licèt non actu ad exoluendam simulationem, quam Regius Fiscus patrimonialis cunctabat assensus impetrationis. Ponte decis. 4. num. 26. & int ract. de successor. feudor. lectio. 10. nu. 35. qui decisum testatur. Marin. resol. 21. num. 2. tom. 1. Quotidian. resol. requiritur ad constituendam hanc simulationem, & obreptionem impetrationis, quod impetrans sit omninò de filijs desperatus propter senectutem, vel impedimentum, quo filios procreare nequeat: sic Ardijon. in summ. feudor. cap. 16. Ponte de potestat. Proreg. tit. 7. §. 3. à n. 29. Afflict. in condit. post mortem num. 22. Rouit. in pragmatic. 4 de feudis num. 18.

Quo naturali impedimento 30non procreandi filios affecto, † vel decrepitam in ætatem iuxtà computum annorum delineatum per Aristotil. lib. 9. c. 16 & lib. 5. de natur. animal. c. 14. vbi regulam potentiæ generationis tam in mare, quam in fæmina affigit, labente substituto, si sine filijs decesserit, dicitur purificata conditio; clausula (*si sine liberis decesserit*) cōditionalis est, non sortiens effectum, nisi in defectum liberorum tempore obitus grauati non existentium: tamen ad purificationem huius conditionis necesse non est expectari punctum mortis, purificatur eo ipso, quod grauatus ad eum statum peruenit, quod verisimiliter incipiat certum esse ipsū sine liberis moriturum, quo casu existentia conditionis anticipat actum moriendi, & ex illo tempore dicitur perfecta substitutio, purificata conditio, & conditionis adimplementū subsequutum, sola illius exequutio protrahitur ad tempus mortis, cuius terminus dicitur exequutionis; cum huiusmodi substitutio habeat hoc, quod est liberos non existere pro cōditione, quæ eo solo verificatur, quando verisimile est propter decrepitam, annosam ætatem, vel impedimentum perpetuū substituti, non posse ipsum sobolem suscipere, ita in præcisis terminis docet Oldrad. com. 139. ad habendum, q. 5. nu. 9. Guillerm. Benedit. repetion. cap. rei nuntius, verbo, & Sobolem. num. 64. de testam. Anton. Gamma decis. 160. num. 3. vbi, quod licèt conditio sit, *si grauatus moriatur sine filijs*, talis conditio verificata videtur, quando ille ad eum statum peruenit, vt verisimile, aut certum sit filios non habiturum; tunc enim non spectabitur tēpus mortis, quod implementum conditionis, sed solùm exequutio differtur in tempus mortis. Rota Roman. in nouis-

uiſſim. Farinac. tom. 2. part. 2. deciſ. 593. Romana de Arronis coràm Vbaldo num. 1. Fuſar. de ſubſdit. quæſt. 315. n. 3. Peregrin. conſ. 28. à nu. 4. vbi reffert diuerſimodè fuiſſe iudicatum in caſu ſimili, cuius memor conſtituitur cum San Fe-
31 licio, † & alijs Cenſal. ad Peregrin. artic. 43. fol. 455. verſic. ſeptimus caſus; & inuenio iuxtà hanc opinionem in materia donationis, non in vltimis voluntatibus, deciſum per Regiam noſtram Audientiam ad fauorem Doctoris Antonij Pitzolo Canonici Algarenſis, nec non D. Mariæ Seſſe Pitzolo, & contra Hyeronimum Pitzolo eorum patruelem.

Regulariter verò, præcipuè in vltimis voluntatibus, conditio
32 *ſi ſine filijs deceſſerit*, † ſolùm verificatur tempore obitus grauati, Oldrad. conſ. 11. Aretin. conſ. 158. viſo puncto column. final. verſic. circa ſecundum dubium, vbi iſta conditio debet adeſſe tempore mortis illius de cuius hæreditate agitur. Peregrin. de fideic. artic. 19. num. 13. rationem affert quia qualitas adiecta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi l. totius ff. de teſtament. milit. Valençuel. conſ. 106. num. 17. vbi conditionem illam *de tener hijos*, ſub intelligi tempore mortis, intelligit. Ego Diſſet. 18. n. 62. nouiſſimè Ioa: Baptiſta Spada conſ. 322. n. 17. tom. 3

Vacabat hoc dubio in facto
33 abiectio Fiſci patrimonialis, † ceſſabat indè proxima ſpes deuolutionis, & licèt Ioannes Sillent deceſſerit abſquè ſucceſſore, non hinc locus obreptioni aſſenſus, vel reuocationi, cum aſſenſus pręiudicet ſucceſſori in dignitate præiudicium irreuocabile alliciens, cuius virtute præſtationis ius remiſſum, quod domino directo arridebat, remanſit. Afflict. deciſ. 212. num. 7. & 8. Sanfelic. in allegat. poſt tom. 2. deciſ. pag. 55. num. 6. & 7. eſt text. in c. 1. §. & ſi clientulus de alienat. feud. Ponte deciſ. 4. num. 20. Capic. Latro com. 75. nu. 182. Carleual. de iudic. tom. 2. tit. 3. diſp. 23. num. 33. ad quas reuocationes indebitè adhiben-
34 das, † haud Princeps ad clipeum abſoluti dominij debet recurrere; quo videtur vti dilabens in rectæ iuſtitiæ detrimẽtum, notat hoc de Nerone Tacit. lib. 5. annal. ibi: *igitur non crimine, non accuſatione exiſtente, quia ſpeciem iudicij induere non poterat, ad vim dominationis conuerſus*, & in lib. 2. *Titianus, & Proculus, vbi conſilijs vincerentur, ad ius imperij, ideſt, plenitudinem poteſtatis confugiebant*, plura apud Menchac. lib. 1. de ſucceſ. creat. impetrat. num. 139. & lib. 1. quæſt. illuſt. cap. 26.

Nec tenebatur Io: Sillent in ventre ſupplicationis dicere ſe filios non habere, emptorem
35 vero illis potiri, † ſufficit cauſam alienationis, quæ non fuit

alterata ex lapsu temporis vsque ad dationem in solutum, exhibere, probat Andr. de Isernia in cap. 1. col. 4. qui succes. teneant. Ponte cons. 2. vbi concludit non esse subretitium assensum, in qua materia feudali obreptio nullitatem inducit, Hodiern. controuers. 43. num. 56. fol. 415. in quo non fuit expressum, quod vendens, siue donans successore carebat, dicens ita fuisse decisum. Sequitur Afflict. decis. 112. nu. 7. & in cap. 1. §. sed nec alia iustior. num. 39. tit. quæ sit prima causa benefic. Amit. Anna Filius ad longum, com. 114. num. 11. & 12. lib. 2.

36 Est elegans doctrina Rouit. super pragmatic. 4. de feud. n. 23. vbi post Camer. Liparul. & Frecian. tenet, quod si assensus esset prestitus Titio successorem habenti, vt venderet feudum Sempronio, & antè factam venditionem Titius decedat, poterit successor in feudo vti eodem assensu, & feudum Sempronio vendere, licet ipse successor tempore venditionis successore careat, Rouitum sequitur in addit. à Ponte de potest. Proreg. tit. 8. §. 5. ad num. 19. tit. 7. §. 3. num. 32. Thoro Molfes. ad consuetud. Neapol. part. 3. quæst. 1. in addit. num. 17. Marin. quotid. resol. cap. 21. num. 3. & 4.

Nec ponderis visum fuit dationem in solutum fuisse con-
37 ceptam cum promissione soluendi per nouum vassallũ, nẽpè D. Iulianum de Prunas annuam quamdam pensionem ipsi alienanti, at cum reseruatione cuiusdam iuris super ipso feudo, super quo pacto, & seruitute imponenda nullus interuenit assensus, prout requiritur, & desiderari clamitabat Regius Fiscus per textum expressum in cap. vnic. §. quid ergo de inuest. de re aliena fact. concordat. cap. 1. de prohibit. feud. alien. vbi Imperat. Lothar. has alienationes, reseruationes iurium, & seruitutes interdixit respectu feudorum, nisi accedente facultate Regia. Docent Minod. cons. 14. nu. 3. Natta cons. 563. Bardel. cons. 35. lib. 1. Anna cons. 27. n. 8. & cons. 51. n. 46. & cõ. 51. 16. lib. 1. Rosental. de feud. to. 1. cap. 9. conclus. 10. & 11. Thoro in compend. verbo refutatio pag. 449. & part. 2. eodem verbo. pagin. 543. Sanfelic. post tom. 2. in allegat. inserta nu. 11. pagin. 40.

Quià respondetur assensum solùm esse necessarium, quando disponitur de corpore feu-
38 di, † vel constituitur ius in re super ipso feudo, secùs si disponitur in pecuniæ aliqua quantitate annua, ipsi alienanti soluenda, vt tradunt vnanimi calculo feudistæ, præcipuè Rouit. in pragmatic. 4. de feud. n. 105 Minad. cons. 14. num. 10.

Idem erit, si emphyteuta, sua vita durante, commoditatem

tem quam ex emphyteuſi percipit, † creditoribus conſignauerit, quæ conſignatio, aut pignoris traditio non intelligitur illi prohibita, ſua vita durante, nec compræhenſa ſub alienandi facultate, abſquè aſſenſu Regio, Gracian. diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 916. num. 24. Cenſus de cenſib. quæſt. 22. nu. 10. verſic. ſecunda vero aſſertio Gratus conſ. 22. num. 3. lib. 1. Cald. Pereir. de extinct. emphyteu. cap. 5. ex num. 13. Valençuel. com. 56. tom. 1. nu. 8. cum ſeq. dominiū vtile, quod habet emphyteuta, ſiue feudatarius potens eſt, licèt adſit prohibitio de non alienando reſpectu corporis feudi, vt commoditatem, qua potitur circa

40 fructuum acquiſitionem, † in alium tranſmittat, cedat, & tranſportet, quæ ceſſio durat, vita illius durante, ſic Salgad. latè in laberint. creditor. part. 3 cap. 3. num. 50. & in cap. 15. loquitur ad longum de poſſeſſore maioratus; niſi illi eſſet interdicta expreſsè fructuū alienatio iuxta doctrinam Ioannis Baptiſtę Spada conſ. 272. nu. 6 tom. 3. vbi dicit poſſe in inſtitutione fidei commiſſi apponi conditionem de non alienando fructus, de qua ego valde dubito: Vaſſallus vero ſi decedat, nec ſucceſſori, nec domino directo fit præiudicium, Roſental. de feud. tom. 1. cap. 9. concluſ. 10. Anna Filius conſ. 115. lib. 2. Thoro, & Sanfelic. locis ſupra citatis.

Et in indiuiduo in feudo licitè alienato, quod per ſucceſſorē poſſit aliqua quantitas annua alienanti promitti abſquè aſſenſu, † reſpondent per text. in l. Fundi de vſufruct. legat: Theodor. allegat. 3. & allegat. 4. num. 14. & 15. Maur. Iun. allegat. 46. nu. 3. & iuxtà hanc differentiam concludunt Marin. quotidian. cap. 119. Montan. controu. 13. ſub num. 7. verſic. quid autem. Galeota cōtrou. 6. num. 5. cum ſeq. lib. 2.

41 Reſpondetur vltimo, † per feudarium poſſe imponi ſeruitutem ſuper feudo, non in præiudicium domini directi, ſed ipſiuſmet feudatarij, in quo actu non deſideratur aſſenſus Regius, pro quo eſt text. expreſſus in cap. vnic. §. quid ergo de inueſt. de re alienat. fact. ibi: *quid ergo ſi pretio, vel dolo, aut iniuria ſeruitutem rei beneficiariæ imponi patiatur, & ad dominum ex qualibet cauſa poſtea beneficiū reuertatur, an ex eo præiudicium domino generetur, quæſitum fuit; & reſponſum eſt, vt vaſſallo quidem donec feudum tenet, poſſit obeſſe; domino autem, & ſi per longa tempora perſeuerauerit ſeruitus minimè noceat*; Don Iulianus Prunas in ventre dationis in ſolutum quamdam annuam pēſionem ſoluere promiſſit, quæ quidem promiſſio habetur pro

42 ſeruitute, † Duardus de cenſib. quæſt. 16. nu. 11. vbi ſpeciem ſeruitutis appellat annuam obli-

gationem censualem, & ligat respectu contrahentis non in præiudicium directi domini, & potuit sic per illum imponi absque assensu regio, sic cum alijs nouissimè Ioan. Baptista Mucci variar.qq. forens.cap.36 num. 3.

Senatus pronunciauit sub forma sequenti, cuius placiti tenorē pro vtile habui huic paginę affigere, cum in illo plura alia dubia euacuata appareant, quæ compręhensa ad efugiendam prolongitatem in hac cōtrouersia non leguntur, illa ex contextu sententię Regiæ Audientię, quam sequuta fuit Aula patrimonialis ad impartiendam inuestituram palpabis.

Iesus Christus.

Et quoniam meritis pręsentis processus, & præcipuè ex votis Regiæ Audientiæ constat in præsenti causa declarādum fore modo, & forma sequenti, in facto causæ vertentis in curia Regiæ procurationis inter Regium Fiscum patrimonialem, & nobilem Don Iulianum de Prunas super inuestitura feudi saltus de Minotadas, & oppidorum depopulatorum petita cum Schedula ob die 15. Mensis Aprilis anni 1649. vigore in solutum dationis de dicto feudo factæ dicto Prunas per Ioannem Sillent, vltimum possessorem cum instrumento recepto per Simeonem Regesta notarium publicum die septima mensis Martij dicti anni 1649. cui extitit contradictum per dictum Regium Fiscum patrimonialem cum Schedula ob die 22. mensis Iunij eiusdem anni 1649. causis, & rationibus in ea allegatis, & signanter pretendendo, quod dictus saltus non potuit in solutum dari, & alienari per dictum Sellent in personam dicti Nob. de Prunas, vti extranei, cum eo tempore non haberet filios, nec agnatos, qui succedere potuissent in dicto feudo, ac etiam quia erat desparatus de susceptione prolis, & proximam esse deuolutionem successionis dicti feudi ad Dominum nostrum Regem, vti dominum directum, non obstante assensu præstito per Serenissimum Regem Don Philippum Tertium de alienando, & vendendo dictum saltum, quia dicta concessio fuit finita per mortem dicti Serenissimi Regis, & facta contēplatione, quod dictus Sillent, qui tunc possidebat dictum feudum multos habebat filios, ac etiam casu, quo alienari potuisset, debuerat fieri in publica subastatione, non autem per dictam in solutum dationem, nihilominus tamen, quia constat feudum dicti saltus cōcessum fuisse per Serenissimum Dominum Regem Don Alfonsum Bernardo Sillent, & Pusades, suisque hæredibus, & suc-

ceſſoribus ad propriam naturam feudi, iuxta morem Italiæ cum facultate alienandi, prout apparet cum Regia conceſſione expedita in regijs exercitibus propè ciuitatem Salerni die ſecunda menſis Septembris anni 1439. & cum dicta conceſſione dicti Sereniſſimi Regis Philippi Tertij expedita in Sancto Laurentio el Real ſuum dederit conſenſum pro alienando, & vendendo dictũ feudum ad effectum ſoluendi quantitatem ſex mille centum & quinquè libarum intereſſe decurſo, & decurrendo Eulaliæ Are, & Perez ei adiudicata cum ſententia, per hanc Regiã Audientiam lata die 12. menſis Septembris anni 1594. quorum vigore fuit per hanc Regiam Audientiam pronunciatum, & declaratum cum ſenſententia lata die 16. menſis Decembris anni 1648. prædictum ſaltum, & feudum de Minotadas fore, & eſſe in publica ſubaſtatione vẽdendum, quibus ſufficienter apparet de intentione dicti Nob. de Prunas ad hoc, vt dicta inueſtitura ei dari, & concedi debeat; quia ſub illa conceſsione vendendi, & alienandi continetur datio in ſolutum: nam ſpecies alienationis eſt, & cauſa principalis conceſsionis prædictæ non fuit habere tunc poſſeſſores dicti feudi multos filios, ſed ſatisfacere cum effectu dictam quantitatem dictę Eulalię Are, quæ ad hunc effectum habere non potuit propter lites, & contradictiones inter partes vertentes, & conceſsio illa de iure ſemper ſuſtinetur, donèc ſortiatur effectum; Ideo, & aliàs ſua eminentia concluſionem in Regia Audientia ſumptam inſequendo, facta prius relatione per nob. Don Michaelem Bonfant. alterum ex DD. huius Regiæ Audientiæ relatorem, & ſumpta in ea deliberatione fuit concluſum, quod per Illuſtrem Marchionem de Çea Regium Procuratorem declaretur, & pronuncietur dictam inueſtituram fore dicti Nob. Don Iuliano de Prunas concedendã ſaluis iuribus dicti Reg. Fiſci Patrimonialis, & Domini noſtri Regis, quibus eum præſenti non inferatur præiudicium, & quód ſoluatur vnũ tantum Laudimium pro dicta in ſolutum datione, prout ita cum præſenti pronunciari mãdat, & ſoluat dictus Prunas expenſas ſolitas. Mir. Regen. vidit Bonfant. vidit Canales. vidit Andreu. vidit Corſiada aduoc. Fiſci R. P.

ordine, quod pendente contentione poſſint fieri omnia procedimenta neceſſaria.

24 *Seruitium Eccleſiæ, quod debet adhiberi per Clericum coniugatum debet eſſe ante contentionem motam, & ante patrationem delicti: de tempore præſenti. 25. In ſpiritualibus, & per plures vices. 26. 27.*

28 *Mandatum Epiſcopi vtrum requiratur ad inſeruiendum Eccleſiæ. Sunt variæ opiniones. Opinio affirmatiua refertur 33. Pro hac opinione declarauit Chãcellarius Valentiæ. 34. inſimul declarauit, quod non poſſit iniungi per Vicarium abſq; ſpeciali mandato 35. negatiua ſententia reffertur 36. pro hac opinione referuntur plurimę declarationes Cardinaliũ 38. 39 40. Chancellarius Sardiniæ declarauit iuxtà illa bis. 41. eſt verior opinio. 42. 44.*

29 *Malitiæ hominum adſeribitur caſuum varietas.*

30 *Per difficile eſt hominem regere, & dicitur ars artium, & ſcientia ſcientiarum naturæ vires tranſcendit 31. & ſi Deus in aliquo deficere poſſet, quod abſit, procederet in moderando mundum, probatur Ethicorum teſtimonijs 32.*

37 *Forma ſperni poteſt dummodo habeatur effectus, ſi ad hunc illa fuit præſcripta.*

43 *Nefas conſtituitur de re ſemèl declarata diſputare.*

45 *Lycurgus in ſuis legibus ſanciuit non licere de legibus ſemèl receptis diſputare.*

46 *Sententia Chancellarij non facit legem; nam eſt mera interloquutoria lata non ſuper merita cauſę, in quibus nullam habet iuriſdictionem: pręcipuè quando eſt lata in alio Regno. 47. ſi tamen pluries eodem modo iudicauit induceret conſuetudinem, & ſtilum iudicandi. 48. & voluit Seſſe tunc non eſſe firmandam contentionem 50.*

49 *Senatus ſi ter, vel pluries, in eadem facti ſerie, eodem modo iudicat, inducit ſtilum iudicandi, & ſufficiunt binę ſententię 51.*

52 *Opinio debet ſequi, quę aliàs fuit ſequuta in Senatu, & vtrùm procedat hoc in foro conſcientię. 53.*

54 *Exempla plurimùm in concilijs proſunt, quia facillimè homines ad conſentiendum ducuntur experimentis.*

55 *Mandatum de inſeruiendo Eccleſię ſufficit iuxtà opinionem aliquorum obtineri Ore tenùs.*

56 *Clerici coniugati non tenentur probare matrimonium contraxiſſe cum vnica, & virgine, quia in iure pręſumitur.*

57 *Conſuetudo iures priuilegij ſortitur ad tribuendam exemptionẽ, & ęquiparatur cum ipſamet lege 58. adſimilatur pacto, et contractui 59. Poteſt tribuere iuriſdictionem. 62. pręſcribit ius quoad exemptionem gabellarum. 65.*

60 *Si adeſt conſuetudo in Regno non reſcindendi tranſactionem ex*

ac in faſciculum reducam, non hinc verò opus vilius, quia ex aliјs coadunetur, iuxtà Lypſia-
2 nam ſententiam,† quam refert Laurent. Math. de Regim. Regni Valent. tom. 1. in epiſt. ad lector. ibi, *nec aranearum ſanè textus ideo melior, quod ex ſe fila gignant, nec noſter vilior, quod ex alijs libamus, vt apes.*

Contentio ſuſcitata extitit anno 1655. inter curias Eccle-
3 ſiaſticam Ampurienſem, † & Regiæ Cubernationis in Ciuitate Saceris inibiquè arbitri electi, vbi adſolent eligi, quando diſſidium in diſtrictu huius vrbis, vel Lugodorij ſuſcitatur inter curias, pro vt apertè ſtatutum luſtratur per foros Aragoniæ. lib. 3. tit. delas competenc. de iuriſdicion. in fine. ibi: *Otro ſi por que por abſencia de los arbitros no ſe diſereſca la determination dela competencia, ſu alteſa de voluntad de la corte declara, que los arbitros dela competencia ſe hayan de nombrar à donde el preſo eſtuuiere detenido.* Idem decretum fuiſſe in Comitijs Cathalaunicis anno 1554. cap. 22. aliàs. 3. legimus ibi: *Por que la elecion delos arbitros de cauſas de contencion ſe haga bien, y las partes no ſean oprimidas de trabajos, y gaſtos, por eſſo con aplauſo, y aprobacion de todos, eſtatuymos, y ordenamos, que formandoſe contencion entre las cortes Eccleſiaſtica, y ſeglar, las dos cortes ayan de nombrar dos arbitros en la cabeça dela Vigueria de la Ciudad, ò, Villa en la qual ſe aura formado la conten-
4 cion.* Conſuetudo adeſt, † pro vt de illa atteſtari valeo, quod quoties contentiones extitere, motæ inter Excellentiſſimum Marchionem de Caſtel Rodrigo, & Illuſtriſſimum Archiepiſcopum Turritanum D. Ignatium Roio ſemper colendum, & toto ore venerandum, arbitrorum nominatio extitit confecta, etiam nomine Regię Audientiæ in hac ciuitate, quã conſuetudinem obſeruari perſcripſit Dominus noſter Rex inuictiſſimus, cum ſuo reſcripto dato Matriti. 5. Februarij. 1639. ibi, *y reſpecto de formarſe las conferencias en Ciudad de Sacer ſe guardara loque ſe hà acoſtũ-
5 brado, † y vſado en eſſe Reyno en caſos ſemejantes, que eſta es mi voluntad.* De hac re duo exemplaria recondita in Archiuio Menſæ Turritanæ ad manus meas peruenere, primum contentionis motæ inter Epiſco-
6 pum Ampurienſem, † vt Ampurienſem; nam reſpectu diœceſis Ciuitatenſis in Ciuitate Calaris ſolent arbitri eligi, pro vt 1638. declarauit Cancellarius contentionem motam ſuper perſona Don Andreæ Valentino eſſe decidendam in Ciuitate Calaris cum nominatione arbitrum inibi conficienda, quia encontrata de Gallura ſub eſt Prouinciæ Calaritanæ; caſus quem refero ſucceſſit anno. 1633. ſuper extractione cuiuſdam hominis villæ de ſedine,

& hac in Ciuitate fuere electi
7 arbitri, † nempè Don Antonius Manca, & Figo pro parte Curiæ Ecclesiasticæ, & Doctor Iacobus Carruci per Regiam Audientiā, alter est super extrctione ab Ecclesia Fratrū Delitala oppidi de Nului, ex mandato Regiæ Audientiæ, quæ, contentione suscitata, pro illa dirimenda, Don Stephanū Manca pro arbitrio elegit, Doctor vero Gauinus Vico, & Cassagia pro tribunali Ecclesiastico astitit. Hęc sunt exemplaria, quæ ex chartofilacio antiquorum monumentorum reuolui. Hæc typis mando, vt ab iniuria lęthea defendam, ne obliuioni adscribatur consuetudo hæc laudabilis, per quam faciliori exitu peraguntur negotia, partesque magno cum illarum dispendio accessum
8 tam remotum non patiūtur in diffidijs curiarum; † sicque ex perpenso iuris scopo finis litibus iniungitur, quem iura exclamant, & obtant cap. finem litibus cum ibi notis de dolo, & contumacia. l. 2. cod. vbi de ratiot. agi opportet. Gratian. decis. 180. in addit. nu. 7. Fontan. tom. 1. claus. 4. Glos. 9. part. 5. num. 43. Richard. in manuduct. ad prax. part. 2. in prælud. §. 1. Forner. 3. quotid. cap. 1. Carol. Marant. respons. 104. num. 62. tom. 5. ne partes, etiam obtenta laurea, pauperie afficiantur. Pyrrus epyrotarum Rex cum duas victorias de Romanis summa cum lau-
9 de reportasset, † post secundam victoriam cum connumerasset exercitum, illum adeò diminutum reperijt, vt exclamauerit, si adhuc tertio prælio Romanos vincerent, ipsamet victoria toti Regno, & victori ruinam asportaret. Paulus Rubeus pratic. resol. cap. in prælud. num. 16. Hodiern. controu. lib. 1. cap. 49.

10 Benè verum est, quod Regia Audientia non adsoleat, nec teneatur firmare contentionem, nisi reus detineatur in carcere: docent Couarr. & Salced. apud Portol. ad Molin. t. 1. titol. delas competencias. fol. 432. num. 69.

Lapis huius contentionis re-
11 uolutus extitit instante Regio Fisco, † qui solum pars formalis in iurisdictionalibus diffidijs constituitur. Fontan. decis. 30. tom. 1. num. 2. Sesse de inhibitio. cap. 5. §. 4. num. 20. sicque per illum solum, contentio suscitari, & formari que-
12 ait, † priuatis verò ius declinandi forum arridet. Cancer. var. lib. 3. cap. 10. num. 22. Peguer. in prax. cap. 26. num. 7. Sesse decis. 113. nu. 1. Laurent. Mattheu. de regim. Regni Valent. cap. 7. §. 1. num. 114. tom. 2.

Arbitri, qui electi fuere in hac contentione ex parte Illustrissimi Domini Don Laurentij Sampero Saceren sis, Epi-
13 scopi Ampuriensis virtutū, † & re-

& rectitudinis ſpeculi, ob ingentem animi bonitatem, morum, & litterarum præexcellentiam, ad Epiſcopale faſtigium euecti, Doctor Franciſcus Luguia, illo tunc anno 1655. Aſſeſſor Menſæ Turritanæ: pro parte Regiæ curiæ Don Franciſcus Martinez Pilo Aſſeſſor Regiæ Gubernationis; in qua nominatione arbitrum obſerua, quod quando Aſſeſſores curiarum decertantium in arbitros eliguntur; tunc non ratione perſonæ, ſed intuitu of-
14 ficiorum intelliguntur electi; † quapropter nominatio ſequitur ſucceſſorem officij, nec eſt neceſſaria noua nominatio. Larrea deciſ. 31. num. 20. Matthe. de regim. Regni Valent. to. 2. cap. 7. §. 1. num. 136. Solorzan. de iur. Indiar. lib. 21. c. 21. num. 7. tom. 1.

Clerici coniugati oppidi de Nului, qui huic curiarum diſ-
Princeps tanquã creatura subest iuri naturali contr. 22. n. 30. de Principis potestate disputare est ad instar sacrilegij. Bene verum de facto disputare, ex illius voluntate & clementia ibid. num.31

Principis mandata intelliguntur procedere si iustitia nitentur, quia non præsumitur velle, nisi quod iustum est contr.22. n. 24. & 44. princeps non boni operis, sed mali est timor nu. 46. & semel certioratus de literarum suspensione legitima, rursus non mandat exequi illas ibid. nu.47.

Principi attestanti de aliqua re credi oportet, creditur bene informatum esse contr. 17. nu. 40. & 41. non creditur principi atestanti suum vasallum esse rebellem nu. 42. creditur ex falsa relatione motus, quando attestatio redundat in tertij præiudicium nu. 43. & quid dicendum est de attestatione locutenentis n.44. assertur distinctio num.45.

Priuilegium vni ex litigantibus elargitum refunditur in omnes cotr.9. num.33.

Priuilegia legis debent esse talia quibus priuilegiatis inuentur, non decipiantur contro. 24. nu.15

Probatio delicti inousati comunitatibus, per viam de encarroga, præsumptionibus nititur contrnu. 4. num. 26.

Probandi facultas & terminus, si vni concedatur, fit communis alteri parti, licet prius ab illo extiterit exclusus contr.21. n.34. 35.

Probatio minus idonea, idonea constituitur in casu difficilis probationis, & in tali casu admittuntur testes inabiles contro. 30. nu.42. & 43. reffetuntur aliqui casus particulares, circa hoc probandum ibid. n.44. & 45.

Probationes possunt admitti post delatum iuramentum in litem, & Iudex debet magis attendere ad probationem, quam ad ipsum iuramentum contr. 24. n.45. & 46. & post illud delatum & præstitum, potest pars, contra quam est iuratum, absolui ibid. num.47. & 50.

Probandi legitimus modus, dicitur reuolutio processus contr.32. n.21.

Probationes in materia censuræ debent esse certæ, & non sufficiunt iudicia indubitata contron. 35. num.24.

Probationibus semper solent fouere supremi senatus, vt amplientur, non coagustentur, & in dubijs probatio omnis debet admitti controu. 42. n.12. & 13. & valet consequentia, prodest articulus ad probandum: ergo debet admitti ibid.n. 14. & 15.

Procurator obligatus procurationem præstare pro aliquo conuentu, si hic augeatur poterit augumentum salarij repetere contr.2.num. 27.

Procurator intelligitur reuocatus per lapsum quadrienni, quomodo intelligatur hæc opinio, & sub qua distinctione fuit amplexata à Regia

Audien-

Audientia Sardoa in casu ibi proposito controu.9 n.16. & 17.

Procurator tacite intelligitur reuocatus per deputationem noui procuratoris, licet secundus, mandatum non acceptet controu. 9. nu. 18. & 19. & poterit reuocari, licet dominus illum non reuocare iuramento affirmauerit ibid.nu.20. procurator vero alium substituens, non poterit vlterius illum reuocare n.21.

Procuratori vel negotiorum gestori, non defertur iuramentum in litem cessionario tamen, & hæredi contra vsum fructuarium, qui non confecit inuentarium defertur contr.24. nu.40. & 41.

Proditorium homicidium, ad hoc vt sit requiritur, quod sit factum sub colore amicitiæ secundum vnam opinionem contr.12. n. 2. & 3. altera est quod proditorium homicidium sit quando impotentia phisica vel moralis ad se defendendum, & adsunt insidiæ ibid. n.13.

Promissio restringitur ad numerum existentium tempore promissionis contr.2. n.30.

Promissio soluendi certam elemosinam cuilibet alicuius conuentus, si numerus fratrum augeatur, an promissor respectu supernumerariorum teneatur. Affertur distinctio admirabilis contro.2. num.34. 35. & 36.

Promissio de donando habet eosdem effectus ac ipsamet donatio contr.10. n.55.

Promissio de obligatione faciendi habet eosdem effectus ac ipsa met obligatio & idem est in promissione deliberando in futurum quæ de præsenti exceptionem producit contr.10. n.58. & 59.

Promissio absoluta continet in se omnes conditiones tacitas quæ de iure insunt contr.15.n.21.

Promittens restituere dotem potest deducere funeris expensas, etiam si promittat restituere filijs decedentibus in pupilare ætate, & etiam antifactum contr.55. n.24. & 25.

Proprium dici potest, quod legibus potest esse tranquillum contr.7. num.16.

Proreges non possunt executionem decernere contra non auditum contr.22. n.54.

Protutor, & administrator non debent lucrari idem salarium quo potitur tutor, iuxta leges Sardoas vel alias contr.17. n.65.

Proximior in tutela, delationis tempore repertus temporaliter inhabilis, vt minor, vel bannitus, remouetur ad tempus à tutella, & interim Iudex adsignat diarium minori, postea remoto impedimento, recuperat tutelam. Fuit sic decisum per Regiam Sardoam Audientiam; & probatur contr.43. n.23.-24. & 25.

Proximior in capellania potest vocari, & Ille intelligitur, qui tempore delatæ successionis inuenitur habilis. Fuit sic declaratum in Mensa Turritana controu. 43. nu. 11. & 12. & non potest amoueri licet superueniat tractu temporis, alius magis propinquior ibid. n.13. & referuntur plures rationes pro hac opinione firmanda nu.14 15. & 17.

Pueri, & infantes sunt testes idonei in casu dificilis probationis, veluti in casu priuationis immunitatis Ecclesiæ contr. 30. n.46. & 47.

Puluis tormentarius in aliquibus Indiæ partibus naturaliter producitur contr.43. n.7.

Pupillus, facto computo, potest exequutionem facere contra tertium possessorem, in quem bona tutoris fuerat post susceptam alienata controu. 47. n.17.

Pupillorum iura tueri, est fungi munere pietatis contr.17. n.73.

Putatiuus maritus lucratur fructus dotis, & filij suscepti ex matrimonio putatiuo nō admittuntur ad maioratum ad quem vocantur filij ex vero matrimonio contr. 17. n.66. 67. & 68.

Q

Querellam haud quis debet cahibere, de eo, quod ipsemet voluit contr.48. n. 20.

Quælibet res facile ad suum antiquum statum relabitur contr.2. n.25.

Qui se nimium amarunt, si iræ intercedunt, nimium deinde oderunt: & ratio affertur contr. 11. num. 1. & 2.

Quis potest ex duplici capite actum conficere, nempè licito, & illicito, sed si illicitum sit, præsumitur ex licito motus contr.18.n.37.

Quarta funeralis debetur Parocho, vel Episco ex omnibus obuenientibus ratione funeris, integer non diminutæ contr.41. n.6. & 7. & instar legitimæ n. 8. non debetur ex cereis qui per fratres in manibus deferuntur num.9. Parochus tenetur compensare in quartam, quidquid acceperit à testatore n.10. dicitur canonica portio, & potest consuetudine diminui, vel ampliari n.11. non potest exigi antequam cadauer perueniat ad Ecclesiam, quo dicitur sub pæna excommunicationis n. 13. & priuationis omnium iurium. Refertur decisio Rotæ Romanæ adhibitæ contra illustre capitulum Calaritanum, & ad fauorem Diui Frācisci de Paula.

Quarta solum debetur ex funebri pompa, quæ cadauer comitatur, & solum deberi ex obuentionibus ante reclusionem cadaueris, non postea dicunt plurimi contr.41. n.17. & 18.

Quarta funeralis debetur ex exequijs cuiuslibet illustris personæ quocunque tempore etiam extra patriam celebratis contr.41.n.31. & 32. & debet solui, siue in Ecclesia exenta sepelliatur, sine ibi exequiæ fiant nu. 33. vbi probatur reuocata esse hodie per Gregorium XIII. priuilegium mendicantibus concessum circa exemptionem à solutione quartæ Parrochialis ibid. nu. 34. licet quampluri contrarium protegant, præcipuè debet solui vbi adest consuetudo soluendi pro vt adest in Regno Sardiniæ n. 35. argumentum procedit à paritate rationis n.36.

Quotidiana, licet admiratione digna, vilescunt, ad noua solum trahimur, & attendimus controu.39. n.1. & 2. ratio naturalis offertur n. 3. & nil iucundius, nisi quod comendas varietas ibid.n.4.

R

Ratificatio principalis circa recusationem, debet accedere intra terminum præfixum, alias non datur purgatio moræ, & si haberet sufficiens mandatum, licet ratificationem contr. 37. num.60. & 69.

Ratificatio æquiualet mandato, & possunt rata haberi gesta per falsum procuratorem, quæ ratihabitio operatur ex tunc, non ex nunc contro. 45. n.2. & 3. nomine tamen ratificationis, quod gestum

ctum est, fieri debet, alias non habet locum ratihabitio n.4. & sanat omnem defectum, & nullitatem præcedentem ibid.n.5. & 6. & potest purgari qualibet nullitas per satisfactionem, etiam post oppositionem partis, & per hæredem contrahentis ibid. n.7. & 8.

Ratificatio non cadit super actu nullo, & recquirit eandem solemnitatem, quam desiderat celebratio primi actus contr.45. n.15. & 16.

Ratihabitio non operatur iuxta decisionem Regiæ Audientiæ in præiudicium tertij, quo casu caret virtute retroactiuo contr.45.n 9. & 10. nec operatur ratihabitio, seu fictio, nisi quando extrema abilia, & principium validum ibid.n.12.14. 17. & 22.

Ratio administrationis pro redita habetur, quando stat per eum, cui reddi debet quo minus reddatur contr.47. n.18.

Recquisita ad gaudendum priuilegium fori debent probari coram iudice ecclesiastico controuer.50. num. 16.

Reconciliatio reddit hominem tutum controu. 43. num. 18.

Recursus de tribunali ecclesiastico ad seculare interdicitur per pontificias santiones sub pæna excommunicationis maioris, & iuxta Caietanum recurrens fit reus sacrilegij criminis controu. 35. n.21. & 22. sufficit probari ad incursum censuræ, recursum fuisse interpositum in casu prohibitio num.23. & præsumitur interpositus de mandato eius de cuius interesse disceptatur, & cuius nomen in præcibus impetrationis exprimitur n.25.

Recurrens in causis ecclesiasticis ad tribunalia secularia cadit à causa, quod procedit, licet recurrerit in causis mixti fori post præuentionem adhibitam in tribunali ecclesiastico contr.35. nu.31 & 32. quæ amissio non est pæna latæ sententiæ, desideratur declaratoria sententia ad executionem nu. 33. cuius pænæ persecutio pertinet ad ipsamet partem n.34.

Recursus ad tempus non potest absolui per inferiorem, & ad hoc vt absoluatur debet admouere omnia impedimenta, quæ obstant iurisdictioni ecclesiasticæ controu.35. num. 40. & 41.

Recursus ad hoc vt dicatur perfectè consumatus & quis contrahat bullarem excommunicationé debet continere recursum de tribunali ecclesiastico ad seculare obtentionem inhibitionis, & huius præsentationem quolibet capite ex histis deficiente dicitur res integra & non contrahitur excumunicatio, rationes afferuntur contro. 35. num.80. 81. 82. & 83. refferuntur DD. qui huic opinioni adhærent ibid.num.85. 86. & 89.

Recurrens de tribunali ecclesiastico ad seculare, si non consumet recursum poterit puniri pæna aliqua extraordinaria contro.35. num.89.

Recursus formaliter, non potest interponi prohibitus in bulla cœnæ Domini, nisi præcedat grauamen in tribunali ecclesiastico contr.35. n. 123.

Recusandi Iudicem causæ, siue in iure proposita, siue maiores ex Iudicis arbitrio dependent contr. 23. num. 35.

Recusati poterant olim absq. causa Iudices de iure ciuili, & quæ forma adhibebatur: causa suspictionis non requiritur de iure ciuili, sufficit solum iuramentum recusantis contr.37. nu.1. & 2. secus de iure canonico est, quo in hac parte vtuntur sardi ibid. num.3.

Recusatio dicitur materia fauorabilis, exaratur, quam sit durum coram suspectu Iudice litigare, recensentur plures sanctos Iudices suos recusasse contr.37. n. 16. & 17. recusationis exceptio per statutum, nec per principem potest tolli num. 18. & si de facto recusandi facultas inueniretur prohibita, debet intelligi de friuola, non legitima num. 19. refferuntur DD. qui huic opinioni adhærent num. 20. ratio quia recusatio concernit naturalem defensionem num. 21. reffertur decisio Regiæ Audientiæ in qua fuit dictum rescriptum Principis comitentis causam, remota omnis suspitio, solum excludere friuolam non legitimam suspitionem num. 22. Doctor Don Gauinus Liperi Paliacho Regiæ Audientiæ Senator fuit recusatus per procuratorem Don Antonij Sanz n.24.

Recusatio nulliter opposita, & repulsa, poterit intra terminum pracmaticæ iterum proponi, non potest verò iustificari ex nouis causis controuer.37. num. 70. & 71.

Reductio ad arbitrium boni viri potest peti, licet adsit pactum de illo non petendo; & quare controu. 18. numr 58.

Regalia nullo modo directo possunt præscribi, incorporata verò Regio patrimonio possunt vtiliter, nec possunt à priuatis possideri, absque speciali comissione contro.2. n.5. & 6.

Regia Audientia, non tenetur firmare contentionem, non nisi reus adductus sit in carcerem contr.50. num.10.

Religiosi Societatis Iesu Anno 1660. passi fuere molestiam circa bona vniuersitatis, quæ pretendebant fratres conuentus hospitalis Sanctissimæ Annuntiationis, & in illa fuere P. Ioannes Baptista Oliues & Frater Matthæus Pisoni Rector, & & Procurator tunc temporis Collegij Ciuitatis Saceris, declarati incursi in Canonem XVI. Bullæ Cœnæ Domini propter prætensum recursum interpositum ab hac lite ad tribunal seculare contr.35. num 92.

Religiosi Societatis Iesu per bullam Pauli III. nequeunt per ordinarium excomunicari controu. 35. num.18.19.20.

Religiosorum priuilegia non possunt præscribi contra obseruantiam, nec renunciari absq. expresso consensu Sedis Apostolicæ controu. 35. n.93. & 94. & illorum causæ omnes concilij, non comprehenderunt sub potestate ordinarij ibid.nu.95.

Religiosi propter delictum, extra claustra commissum possunt declarari in excommunicationem, vt ab omnibus euitentur. Fuit sic decisum per Sacram Congregationem controuer. 35. num. 96. & 97.

Religiosi possunt puniri ab Episcopo delinquentes in eius tribunali contr.35.n.112.

Refutans maioratum habetur pro mortuo, sic dixit Senatui Sardous ad fauorem Don Antonij Marti, adhibita renuntiatione, statim fit transitus ad immediatam successorem contr. 33. n.34. & 35.

Remuneratio præmij dicitur tuta tropheorum origo contr. 30. n.67.

Remuneratoria donatio, non est propria donatio, sed antidotalis debiti solutio, quæ procedit ex debito honestati contr.25. nu.12. & 13. & præstatio boni operis naturalis obligationis pignus progerminat n. 15. & quod remunerationis loco condonator repititione vacat nu.16. & 19. non potest reuocari ex capite ingratitudinis num. 20. & 21. potest fieri per procuratorem constitutum cum libera n.22. remuneratoria dominatio, dicitur magis permutatio, & contractus,facio, sic vt facias n.35. & facta causa mortis transfunditur in donationem inter viuos n.41.

Renuntiatio in odium alterius iuris quæsiti, est nulla contro. 9. num.51.

Renuntians filia potest impunè præteriri per patrem, sic fuisse decisum in Regia Sardoa Audientia ostenditur contr.33. n.33.

Res plus valet ratione bonæ vicinitatis, & quantum interest bonum vicinum habere contr.4.n.29. & 30. quia est maximum malum, malum habere vicinum ibidem num.31.

Rerum vis nec eneruari, nec ostendi queit ex prima inspectione contr.7. num.34.

Res humanæ tenui pendent filio contro.12.num. 2.

Rescriptum Regium super compesendo clericorum coniugatorum numero recensetur contr.13.num. 87.

Respublica infelix habetur, quæ protectione caret, & pro maledictione, & effectu vindictæ diuinæ habetur quem angi conflictibus à spe tutaminis contr.35. num.3. & 4.

Restitutio nunquam intelligitur interdicta, nisi expressè prohibeatur, etiam si lex tolleret omnia remedia contr.37. n.15.

Restitutionem in integrum minor implorans, in causa communi cum maioribus, non potest illam postea renuntiare in præiudicium consortiũ litis contr.9. n.49. & 50.

Restitutio in integrum, tantum semel minori est concedenda, iuxta declarationem Regiæ Gubernationis, intelligitur petita, licet explicite non imploretur, quando alio modo non potest obtineri id quod petitur iuxta declarationem Mensæ Turritanæ contro.9. n.34. nec potest impartiri, quando res non potest per potentiam physicam reduci ad suos antiquos terminos n.36. & minori non concessa omnibus litis consortibus prodest siue sit res communis, vel conexa ibid. n.37.

Reuidentur sententiæ præfecti prætoris, & calculum prætextu erroris contr.6. n. 27. & 28. si sit in iure, vel in mathematico numero stabiliatur ibi n.29. quod procedit in errore modico n.30. vel etiam si sententia, & transactio subsecutæ sint ibid.n.31. & quomodo hoc intelligatur n.32

Reuisio non intelligitur interdicta, prohibita appellatione contr.6. n.40.

Reuisionem computorum iudex ex officio potest decernere, & parte non instante; & valuerat viam executiuam contro.8. cit. nu.43. & 44. & est facienda si adsit clausula, salua meliori reuisione contr.6. num.47.

Reus potest condemnari ad interesse ciuile, quando constat plenè de delicto, secus si solum adessent indicia ad torturam contr. 24. num.6. & 8 vel etiam nisi mitius reus propter minorem ætatem damnaretur, quia nihilominus posset ad interesse condemnari n.7.

Reus damnatus pena pecuniaria, & ob defectum paupertatis illam persoluere non valens, tunc potest commutari in aliam etiam corporalem d. contr. n. 10. & 11.

Rigor scriptus debet præferri æquitati non scriptæ, licet pietas læsa videatur cum iudex sit seruus legis, & non possit esse clementior illa contr. 34. n.37. & 38.

Romani insepulta relinquebant cadauera patriæ proditorum, quos indignos putabant tali beneficio contr.8. n.8. & 9.

S

Salarium tenetur Dominus soluere suo famulo in conscientia extra tempus à lege præfixum contro.50. num.17.

Salarium, quod assignatur tutori debet esse immune ab omni onere, & expensis contro.47. n. 19

Salarium debetur tutori tutelam exercenti absque debitis solemnitatibus, tanquam tutori putatiuo, vel negotiorum gestori, sic fuisse decisum per Regiam Sardoam Audientiam refertur contro. 47. n.28.

Salinæ inter regalia connumerantur, & sunt duplici differentia contr.2. n.4. & 5.

Salis indigentia multoties populos commouet ad se subleuandos dicitur dulcis contr.2.n.9. & 25.

Salus Reipublicæ, iuxta Platonis sententiam, in obseruantia legum nititur contr.7.n.6.

Saluaguardiæ possunt impartiri nulla illata violentia in actu, sed tantum ob timorem inferendæ contr.21. n.15.

Sæculum per dierum reuolutionem ethnici putarunt in peius dilapsum esse contr. 22. n. 1. & 2.

Sanitatis pars est velle sanari contro.8. num. 4. expenditur quam sit dulce in propria patria extremum claudere diem num. 6. 7. & 8. & 10.

Sapientia apperit os mutorum, & linguas infantium facit disertas ad detegenda delicta controuer.30. num.58.

Sardorum bona ferè in ouibus constituuntur, prout etiam priscis temporibus contr.7. n. 21.

Sardiniæ Regnum vindicatur à censura Ioannis Palmar, qui clericos illius ignauos, & deformatissimos essedixit contr.7. n.28.

Sardorum casus semper miserimè volubili Rothæ adscribuntur contr.22. n.9.

Sartor debet in propria pelle quiescere eius dicitur vilis controu. 29. n. 2. 40. & 46.

Scripturæ non est de essentia contractus, si tamen agatur inter partes, vt notarius adhibeatur in contractu, si non sit scriptura, remanet nullus contractus contro. 10. num.17. & 18. in dubio quoties fit mentio de scriptura, intelligitur ad essentiam contractus, & hoc etiam si non adijciatur, vt contractus aliter non accipiat ibidem num. 20.

Scri-

Scriptores non sibi, sed omnibus exquirentibus veritatem, laborant contr.50. n 8.

Securitas potest peti quando timetur inferri damnum contr.11. n.55.

Seditio populi, quomodo dignoscatur cōtr.18. n.18.

Senatus si ter, vel pluries in eadem facti serie eodem modo iudicet inducit stylum iudicandi, & sufficiunt binæ sententiæ contr.50.n.19. & 50.

Senatus Sardous post iuramentum in litem admisit probationes, & restrinxit quantitatem iuratã, vsque ad quartam partem contr.24.n.29.

Senilem amorem, turpem rem esse demonstratur contr.11. n.16.

Sententia non tribuit titulum, nisi mandata exequtione, præcipuè in corporalibus contr.6.n.13.

Sententiæ Chancellarij non faciunt legem, nam sunt meræ interlocutoriæ, latæ non super merita causæ, in quibus nullam habent iurisdictionem, præcipuè quando sunt latæ in alio Regno contr. 50.n.46.& 47. si tamen pluries eodem modo iudicauit, induceret consuetudinem, & stylum iudicandi n.48. & voluit Sesse tunc non esse firmandam contentionem ibid. n.50.

Sententia lata in causa immunitatis omnibus præiudicat, & verum procedat quoad petitorium, & possessorium contr.50. n.83.

Sententia Prolata non est locus moderandi, vel reuocandi illam contro. 24. nn. 4. & 5. si reus in pœnam pecuniariam esset damnatus, & ob defectum paupertatis illam persoluere haud posset tunc posset illa comutari in aliam n.10. & etiam in corporalem ibid.12.

Sententia Regiæ Audientiæ refertur; vbi fuit delatum iuramentum in litem ob non confectum inuentarium contr.24. n.2.

Sententia interlocutoria, potest reuocari ab ipsomet iudice, siue sit ordinarius, siue delegatus contr.28.nu.12.& 14. non solum semel, sed pluries n.15. & si non reuocatur per decem dies, poterit appellari nu.13. etiam si se incompetentem declarauit, potest reuocari hæc interlocutoria ibid n.29.

Sententia nulla, non est sententia, nec nomen talis meretur contr.28. n.45.

Sententia nulla, nullum effectum producit, nec meretur nomē sententiæ cont.32.n.27.& 28. nec per partes in vim sententiæ potest approbari nu. 29.

Sententia lata ommissis probationibus, vtrum sit nulla, vel iniusta variæ sunt opinione controu.42 n.1. & 2. refertur communis opinio, cui adhæsit Senatus Sardous ibid.n.3.

Sententia remanet nulla, si proferatur, non receptis testibus ex culpa iudicis, si pars ex parte sua, omnes diligentias fecerit contr.42. n.4. & 5. sic fuit decisum in Regia Audientia n.11.

Sententiæ iniustitia ab illius motiuis dignoscitur contro.48. n.17.

Sententia est stricti iuris, & lata contra regulam generalem, non expressa limitatione, in qua saluari valet, est nulla interposita in odium vnius hæredis, alij prodest, non nocet contr.55.n.116. 117.& 118. idem in ordine ad plurea fideicommissarios ibids n.119.

Sepulturæ electio probatur per testes singulares, & vtrum valeat facta in testamento imperfecto contr.8.n.19. & 20.

Sepulchra mortuorum dicuntur domicilium, & requies illorum contr.40. n.17.

Seruitute constituta ne luminibus officiatur, intelligitur de præsentibus, & futuris contr.2.n.20.

Seruitus debita prædijs, si hæc augeatur, non debet augeri modus aquæ educendæ contr.2. n.28.

Seruitium Ecclesiæ, quod debet adhiberi per cleri-

Seruitus non potest imponi super feudo asq. assensu regio potest tamen reseruari ad fauorē alienãtis aliqua annua quantitas, & seruitus potest imponi in preiudiciũ cōtrahẽtis contr.49. n.38.41.& 42 cum coniugatum, debet esse ante contentionem motam, & ante patrationem delicti de tempore præsenti contr.50. n.24. & 25. in spiritalibus, & per plures vices ibid. n.26. & 27.

Seruus pœnæ nemo hodie efficitur, & filij suscepti post bannum faciunt deficere conditionem, si sine filijs decesserit contr.20. n.13. & 14.

Simulatio cōtractus potest per hæredes obiici absque metu alicuius pœnæ contr.23. n.50.

Societatem leoninam, quæ pacta, & conditiones constituant contr.1.n.26. & verum procedat inter diuitem virum, & mulierem pauperem ibid. num.38. & 44.

Societas vbi lucrum intenditur, damnũ vero refundi non adest obligatio est leonantia contr.1. nu.17.

Societas in qua vnus ponit opera, & alter capitale est valida contr.1. n.33.

Socius societatem negans, cadit à priuilegijs illius contr. 1. n. 34.

Socius potest in re communi furtum committere contr.7. n.17.

Socrus de futuro non potest esse educator nurus de futuro, fuit sic declaratum in Regia Gubernatione Saceris contr.16.n.1.& 46. rationes, quæ mouerunt ibid. n.47.

Sodalis confraternitatis, licitè ab ea potest resilire contr.5. nu.11.

Sodalis confraternitatis vita functus, absque electione sepulturæ, licet alibi sepeliatur debet soluere propriè Parrochiæ ius sepulturæ. Sic fuit decisũ in mensa Turritana cont.8.n.14.15.& 18.

Sodale defuncto, & in oratorio sepulto, quis officium super cadauere debet confici, capellanus confraternitatis, vel Parrochus contr.8.n.26.

Sodalis confraternitatis vita functus, nulla electa sepultura, debet sepulcro condi in propria parrochia contr.8. n.17.

Sorditas artium non purgatur in Regno Sardiniæ, ex eo quod artifices inueniantur descripti in matricula consulatus, quod procedit ex angustia loci contr.29.n.50.

Solatium est miseris, socios habere in infelicitatibus contro. 1. n. 29.

Soluens sponte, videtur contractum approbare, recipiens vero, non; & recipiens partem debiti, non sibi præiudicat quoad reliquum, approbat tamen contractum in omnibus contr. 35. n. 56.

Soluens tutori, vel administratori tres pensiones census non inde eximitur producere apocham aliarum pensionum contr.36. n. 28.

Specialitas duplex non Potest concurrere ad productionem actus controu.4. n.41. aliter vero quãdo vnum ab alio dependet contr.34.n.47.

Spoliatus à Iudice nulliter procedente, potest incontinenti propria authoritate, recuperare pos-

sessionem, & potest intendere iudicium possessorium manu tenendæ, non fatendo se spoliatum controu. 22. n.15. & 16. sic fuit decisum per Regiam Sardoam Audientiam ad fauorem Iosephi Solinas ibid. n.17. quæ manutentio competit ratione ciuilis possessoris, quæ animo retinetur ibid. n.18.

Sponsalia per verba de præsenti, sufficiunt ad communicationem lucrorum contr.1. n.7.

Statutum loquens de viro, & vxore, sponsos de præsenti compræhendit contr.1. n.8.

Statutum, si excludi patrem à successione filij; videtur etiam à legittima excludere, fallit quando adest certa persona vocata contro.13. n.15. & 16. non censetur prohibita, licet pater habeat à lege liberam disponendi voluntatem ibid. n.21.

Statuta, & consuetudines alicuius ciuitatis, licet pro lege habeantur respectu ciuium, quoad forenses quando illi subduntur, in vim pacti obseruantur contr.20. n.36. & 43.

Statum aliquem suscipiens, videtur omnia illa anexa amplexare contr.29. n.58.

Subastationis terminus potest prorogari controu. 4. num. 23.

Subastationes solent esse animosæ, in eis competit remedium l.2. cod. de rescind. vendit. contro.18. n.17. & 18. præsumitur iustum prætium in illis adhibitum nu. 19. quia venditio subasta est sub rectitudine n.20. euacuatur per eas omnis fraudis præsumptio nu. 21. & potest probari contrarium horum omnium ibid. n.22.

Subastationem fuisse rectè adhibitam, & celebratam, debet probari per publica documenta contro.19. n.1.

Subastationem præcisè non creditur strumento resserenti contr.19. n.2.

Subastationibus forma præscripta ad vnguem est seruanda, alias nullitas contrahitur controu. 19. num. 3.

Substitutus vulgariter in casu mortis subintrat in locum instituti, licet iste viuente testatore decesserit, sic decidit Regia Audientia Sardiniæ recensentur DD. qui hanc opinionem sectantur contr.27. n.40.41. & 50. idem procedit in casu substitutionis compendiosæ, quando fuit facta si sine filijs decesserit, quia instituto decedente absque liberis viuente testatore, substitutus debet admitti ex sua persona ibid. n.41. & 49.

Successio liberorum in ætate pupillari decedentis diuersa est in Regno Sardiniæ: refertur forma quæ in illo habetur contr.20. n.4. & 6.

Sumptus qui erogantur pro collectione fructuum, ab ipsis fructibus deduci debent contr.47. n.20.

Superior excitans iurisdictionem inferioris potest illi præfigere terminum ad causam expediendam velusti in remissionem vassalli baronalis, adhibitam per Iudices Regios; qui hunc terminum poterunt præfigere contr.46. n.41. & 42.

Suspectus Iudex si pendente causa suspectionis, se ingerat in cognitionem causæ principalis constituitur suspectus, licet causa suspectionis esset falsa contr 37. nu. 33. & 34. & causa suspectionis non dicitur causa iudicis recusati, & sic iste non poterit appellare, sed ipsarum met partium ibid. n.35.

Suspictio augetur, quando Iudex studet anxiè pro repellenda suspictione contr.13. n.28.

T

Taciturnitas in detegendo mortem alicuius, inducit sufficiens indicium ad torturam controu. 30. num 41.

Taxatio Iudicis debet præcedere iuramentum in litem, iuxta aliquos, ne in immensum, & efrenate iuretur contr.24. n.16. & 17. quæ præscriptio arbitrio Iudicis reponitur, & iudex summa cura debet perpendere, vt periurijs obuietur n.18.

Templum Diui Gauini laudatur contro.43. n.5.

Tempus est rerum vorax contr. 43. n. 22.

Tempus à lege præscriptum præsumitur continuum non vtile, & interpollatum, & etiam peremptorium, licet à lege non exprimatur contr.37. n.4. & 5. quod procedit licet esset dictum pro prima dillatione probatoria, & post efluxum tempus non datur purgatio moræ ibid. n.6. & 7.

Temporibus ærumnas, & illorum calamitates adscribere fuit antiqua querimonia, sed fal lax est cum temporum miseriæ, angustiæ, & calamitates, non ab ipsis temporibus, sed ab ipsis hominibus dependeant, & proueniant. Approbatur varijs authoritatibus contr.22. n.3.9. 10. & 11.

Tempus est pendens baculus, quo melius in certamine instruimur, nautæ comprimunt in tempestate vela, non illi se opponunt contr.22. num. 39. & 40. omnes politici iubent temporibus parere ibid. n. 41.

Tenutaria si bona sint minoris, potest, quæ habet in tenuta implorare restitutionem in integrum ex capite minoris ætatis contr.9. n.39.

Tenutæ ius in alium potest cedi: ratio quia importat iudicium manutenendæ, quod cedibile est contr.33. n.21. & 22. pro vt etiam omnia alia remedia possessoria nu. 23. veluti facultas ingrediendi possessionem propria authoritate, saluianum interdictum, & alia n.20. quia possessoria interdicta non cohærent personæ inseparabiliter n.25. refferuntur DD. qui tenent ius tenutæ posse in alium cedi n.26. & ibi impugnatur Cancerius tenens, non posse cedi facultatem faciendi fructus suos; fuisse sic decisum in Regia Sardoa Audientia reffertur ibid. n. 27. ostenditur alia decisio n.36. & 58. vbi dicitur viduam posse ius tenutæ secundo viro in dotem afferre.

Tenutæ ius, quod maioralibus Hispaniæ arridet, in alium potest cedi ibid. contro.33. n.37.

Tenutariam non facere fructus suos in bonis vinculatis, Fontanella defendit: afferuntur rationes, quæ pro hac opinione pugnant; defenditur contraria opinio, tanquam tutior, & in medium proferuntur fundamenta concinentia controu. 34. n.13.14.16. & 26. vbi probatur tenutariam esse dominam omnium fructuum, etiam prouenientium ex bonis vinculatis ibid. n.23.26.27. & 29. refferuntur DD. qui hanc opinionem tenent n. 30. & alia ratio cumulatur n. 31. refelluntur fideicommissarij querellas porrigentes ob hoc priuilegium tenutariæ, cum illorum negligentiæ debeant damna adscribere n.40. & 46. fuisse sic decisum in Regia Sardoa Audientia in duplici occasione refertur n.49.

Tenutarius, maioratus interim quod in proprietate vincitur, dicitur quasi Dominus, & fructus suos facit, qui sunt accessorij Domini, vel quasi contr.34. n.21. & 22.

Tene-

Tenutarie, verum faciat fructus suos ratione residui suæ dotis illi debiti quando illi sunt pingues & istud tenue? refferuntur DD. pro opinione affirmatiua concinnentes controu. 34. n. 32. & 36 demonstratur hoc, secundum equitatem esse ibidem n. 39.

Termini antiqui non debent transgredi, quorum transgressio interdicitur apud Diuinam paginam sub anathematis pæna contr. 35. n. 90. & 91.

Terminus à lege præfinitus currit de momento ad momentum, & in materia recusationis, currit à die propositæ recusationis, etiam nulliter contr. 37. n. 8. & 9. terminum labi permittens, videtur probationis iuri renuntiare nu. 10. & præfixo ad probandum recusationem, transato poterit recusatus iudex ad vlteriora procedere, & quomodo ibidem n. 11.

Testator, inter disponendum, si morte præuentus decesserit, omnia per eum disposita ruunt, licet iam fecisset institutiones & substitutiones contr. 10. nu. 6. & 7. licet solum deficeret circa dispositionem legatorum nu. 8. idem si testator dixisset, volo condere testamentum, in illoq. Sempronium hæredem meum instituere, nam voluntas actum faciendi est, non actus perfectus n. 9. quod procedit etiam respectu legatorum piorum ibidem n. 10. 11. & 13.

Testatoris assertio, tot bona inuenisse in aliqua hæreditate, & non alia, non potest impugnari ab hæredibus contr. 23. n. 39.

Testator legando rem communem, quam cum hærede habebat, si diceret rem omnem, tunc absque diminutione debetur legatum contro. 25. num. 65.

Testatoris assertio per modum abnegationis concepta; potest per hæredes impugnari & per illum et testetorem, potest impugnari controu. 23. nu. 65 & 70.

Testator potest iniungere præceptum tutori, vt cũ consilio mulieris administrationem gerat, quo casu tale præceptum, consilium, non necessitatem importat contr. 26. num. 2. & 3.

Testator iubens, vt alicuius consilium & consensus adhibeatur, tunc consilium importat consensum, & hic necessario debet adhiberi contr. 26. n. 55.

Testamentum accipit robur à vulgari substitutione expresse, siue contenta in compendiosa contro. 27. n. 35. 36. & 37. & subintrat quando viuente testatore institutus primo loco decessit, quia comprehendit impotentiæ, & voluntatis casum n. 38. & impotentia intelligitur si viuo testatore institutus decesserit, & in alijs casibus ibid. n. 39

Testes sufficit citare in termino probatorio, & procurari examen ad hoc vt valeat examinari post illum, maxime si adhuc, non est adhibita eorum publicatio contr. 42. n. 8. & 9. & possunt examinari post terminum, quando publicatio fuit nulla ibidem n. 10.

Testes publicatis attestationibus possunt recipi, si pars altera contrarium probauerit, vel impugnauerit testes ad corroboranda, quorum dicta possunt examinari de nouo alij testes, fuisse sic decisum in Regia Sardoa Audientia refertur; & quando testes sunt examinati ad perpetuam rei memoriam, non obstat eorum publicatio, sic fuisse obseruatum in Regia Gubernatione ostenditur ibidem num. 16. & 17.

Testis minus abilis admittitur, quando delictum est atrox, vel exceptuatum contro. 30. num. 48. & 49.

Testis falsum deponens, potest puniri à Iudice, coram quo falsum asserit, licet testes particulari priuilegio inueniretur exemptus à Iudice, cuius aures offendit per falsam attestationem contr. 35 n. 106. quod procedit in laico falsum deponente coram Iudice Ecclesiastico ibidem num. 107. siue ordinarius sit, siue delegatus num. 108.

Timor persepé frugem allicere solet controuer. 6. num. 4.

Timor inferendæ violentiæ iustum metum incutit contr. 11. num. 16.

Timor decet magis in opere iniendo, quam fiducia, & illa dicitur naturalis, quando grauitas operis vires superat contr. 48. n. 1.

Timens offendi, potest officium Iudicis implorare, vt is à quo offendi timet caueat de non offendendo contr. 11. n. 24.

Titulus si est nullus ex ipsius, constituit emptorem in mala fide, & non solum procedit in primo emptore, sed in secundo contr. 19. n. 5. & 6.

Titulus dictus est quasi tutelus à tuendo; hinc refertur, milites fuisse dictos titulos, quia patriam tuentur contr. 31. n. 2.

Tota virtus causæ in probationibus nititur contro. 24. n. 14.

Trebellianicam potest deducere, grauatus restituere totam hæreditatem contro. 15. n. 37. & 38. & expressa prohibitio requiritur, vt non detrahatur nu. 39. & verum per verba equipollentia intelligatur prohibita ibid. n. 40.

Tribunalis Regiæ Gubernationis Ciuitatis Saceris forma & introductio reffertur contr. 13. n. 1.

Turbans iurisdictionem, fit eius iurisdictionis turbatæ reus contr. 35. n. 103.

Turpitudo testatoris non potest ab hærede adduci, nec fraus contr. 23. n. 37. & 38.

Tutela ab extraneo data resoluitur in administrationem contro. 17. nu. 5. refferuntur discrimina versantia inter tutorem & administratorem ibid. num. 6 & 55.

Tutela deffertur ad instar successionis facto computo iuxta ius ciuile etiam in curijs ecclesiasticis deffertur in proximiori subsequenti primo repudiante contr. 45. n. 18. & 19.

Tutellam reasumit mater transiens ad secunda vota; si non fuit secutus effectus à qua eadie propter matrimonium nulliter contractum contro. 16. n. 33. & 34. & procedit licet matrimonium esset contractum, sed postea disolutum re integra. Fuit declaratum in Regia Gubernatione Saceris ad fauorem nobilis Rosæ Tola anno 1656. quod possit reassumere tutelam ibid. nu. 35. & 36. & pari modo reintegratur ad educationem n. 37.

Tutellæ officij mulier incapax est, nisi accedat priuilegium principis, administratrix vero recte eligi potest contro. 17. n. 1. & 2. si vero cum alijs viris eligeretur, tunc pro honoraria haberetur, n. 3. & potest esse procuratrix ibid. n. 7.

Tutellæ iudicium est in indiuiduum, nullam recipiens diuisionem & causam continens omnino conexam contro. 9. n. 28. & 43. & quid respectu hæredem qui iam bona hæreditaria diuiserunt

sibi

ſibi nu.44. & 45. & ſi vnus eſt clericus cauſa omnis trahenda eſt ad tribunal eccleſiaſticum ibid. n.46. & 47.

Tutellæ munus eſt ſarcina magna, & onus à quo tutor liberatur per redditionem rationis contro. 47. num.7.

Tutellæ redditio rationis reſpicit vtilitatem pupilli in radice & eſt de conexis ac dependentibus aſſini adminiſtrationis contr.47. n.8.& 9. & ſic debet fieri ſumptibus pupilli. Sic Senatus Sardous declarauit ibid. n. 21. quod procedit,licet tutor adminiſtrauerit indebitis ſolemnitatibus interpoſitis n.27. & 29.

Tutor, protutor, adminiſtrator, vel quomodo libet negocium alterius gerat, rationem reddere tenetur contr.17. n.8. 13. & 14. licet ſint tranſati triginta anni n. 15. & 51. ſunt adminiſtratores plures, in ſolidum tenetur num. 16. procedit reſpectu Summi Pontificis n. 17. nec directè poteſt liberari à redditione rationis ibid. n.18.

Tutoris poteſtas à lege pendet, non ab hominis poteſtate. Tutor vendens rem alienam, tanquam propriam de pupilli non tenetur de euictione contr.26. n.6. & 7.

Tutor excuſatur ſequens voluntatem teſtatoris & poterit alienare bona pupilli abſq. decreto inſequens voluntatem illius contr.26 .n.34. & 35.

Tutor non poteſt recuſare Iudicem in cauſa ſui pupilli contr. 37. n.28.

Tutor non tenetur reddere bona Inuentariata, niſi præuie confecta calculo ſuæ adminiſtrationis,circa data & accepta, ſic fuiſſe deciſum In Regia Sardna Audientia refertur in duplici caſu.Et probatur contro.47. n.11. nam tutor non dicitur debitor, niſi diſpuncta calculo ibid.n.14. & 16.

Tutor non conficiens debitas ſolemnitates, poteſt vt ſuſpectus remoueri & quidquid agit nulliter agit contr.47. n. 23. & 24. & perdit ſalarium n. 25. ſiue eſſet nominatus adminiſtrator, poſſet ſibi adſcribere adminiſtrationem, abſq.his ſolemnitatibus ſic ſuiſſe in duplici caſu deciſum per Regiam Sardoam Audientiam teſtatur Autor ibid. num.26.

Tutor teſtamentarius, ſi decedat, alij contutores remanet in tutella teſtamentaria; & ſi bona ſunt multum pingua, tunc ad arbitrium Iudicis reponitur, quod poſſit alium loco defuncti locare contr.43. n.26.

Tutores vt plurimum ſunt tollitores, & pupillorum hoſtes contr.43. num.21.

Tutus vnquam nullus fuit à malignantium morſu. contr. 18. n. 3. & nihil tam ſanctum eſt, vt calumnia tentare non valeat controu. 17. num. 4.

V

Vacatio vera per renunciationem officij inducitur contr.33. n.32.

Valor rerum non probatur ex ſubaſtatione contro. 18. n.16.

Variatio fori, haud competit ob priuilegium, lite cepta,ſuperueniens contr.9. num.25.

Varietas rerum humanarum recenſetur contro. 48. n 9. & 10.

Vendens coniux coniugi imaginario prætio, quod agit nulliter agit, nam ſubſtantia emptionis in prætio conſiſtit contr.25. n.7. & 8. adeo vt emptor is deffiniatur, qui prætio emit n. 9. & reſoluitur in donationem n. 10. & ſic inter donare prohibitas, non poteſt concipi imaginaria venditio ibid. num.11.

Venditio publica ſub haſta, non poteſt præiudicare vocato ad fideicomiſſum contr.19. n 23.

Venditio rei alienæ, valet reſpectu contrahentium non verò Domini illius contr.19. n.31.

Vendere promittens non contrahit pænam inſtatuto præſcriptam, contra vendentes controuer.35. n.69.& contr.10. n.15.

Venditor nomine debitoris promittens exigibilitatem illius,non tenetur, ſi hæc deficiat poſt exationem plurimum penſionum controu.48. n.12. & 15.

Vbi verſatur coniunctior nexus ſanguinis, ibi fortior dilectio illaqueatur contr.19. n. 10.

Verbum, volo iniunctum verbo infinito, veluti volo vendere, aut donare, diſpoſitionem perfectam non inducit contr nu.10. n.14. vendere promittens,pænas contra vendentes ſancitas non incurrit ibidem n.15.

Verbum omne in contractu adhibitum aliquid debet operari contr.15. n. 42. vide contr.20. n.31. & 32.

Verbum, teneatur, præciſam neceſſitatem inducit contr.21. n. 25.

Verba quando ſunt aperta, non indigent enucleatione contr.35. n.113.

Veritas triturato negotio cognoſcitur, & illi ſtandum eſt,& non honorifico verbo apparatui contro. 29. n.26.

Veritas quia Deus eſt, nunquam celari poteſt, ſemper præualet, & nullo machinationibus poteſt elidi contr.35. n.9. & 10.

Vicarius generalis poſtquam excommunicauit aliquem, non poteſt ſe intromittere amplius in cauſam, & quomodo contr.28. n.5.

Viciniores per legem poſſunt obſtringi ad refectionem damni in vicinio emergentis controuerſ. 4. n.15. & 22.

Vicinos præſumitur commiſiſſe delictum, quorum authores ignorantur contr.4. n.27.28. & 32.

Vidua ad hoc, obtineat dimidium lucrorum, debet facere inuentarium contro.1. nu.15. deſcribitur hiſtoria vulpis cum leone ibid. n.18.

Vidua habet tenutam in bonis vinculatis, & ratio eſt: quia legiſlator indiſtincte illam conceſſit in omnibus bonis, cum ſciret diſtinctionem bonorum a cuius ſilentio argumentum defectus voluntatis deſumitur contr.34. n. 8. & 9. aliæ duæ rationes ſignantur ad inculcandam in bonis vinculatis viduis deberi tenutam nu 10. & 11. refferuntur DD. qui huic opinioni adhærent ibidem num.12.

Viduæ debentur vſuræ, etiam ſi eeſſet lucrum ceſſans, vel damnum emergens ob frequentes redituum annuorum venditiones contr.34 n.17.

Vidua non habet tenuta bonorum, quorum poſſeſſio penes defunctum non reperiebatur tempore ſui obitus contr.34. n.29.

Vigilia Deiparæ aſſumptæ, ſeptem colūnæ depictæ vulgo candelabra ad conuentum Deiparæ de Bethelem in Ciuitatem Saceris baiulantur. Refertur

fertur causa huius festiuitatis contr.5.n.6.

Vincere se ipsum est maior gloria, quæ excogitari potest contr.37. n.36.

Vincula tria sunt quæ homines à malefaciendo deterrent: religio nempè, pudor, & pæna contr.7 num.38.

Virtus officio nobili haud coligata est, omnes indifferens respicit, & difficile est amplexari à viro altioris fortunæ contr.29. n.5. & 6. sola illa dignitatea meretur ibid. n.8.

Virtus, licet sit sui ipsius præmium, & prætium; attamen extrinsecè præmium allicit, apud Sardos raró, aut tardum præmium sortitur controu. 25. num.65. & 66.

Vita humana nequit duci, absque opificibus contr. 29. num.10.

Vita nostra, iuxta platonicam sententiam, dicitur mors, mors autem additus ad vitam contro.41. num. 2.

Vitæ beatitudo ab exitu est auspicanda, & nemo ante illum potest dici beatus contro. 43. num.1 & 2. & ratio petenda est à temporum varietate num. 3. & 6.

Vltimæ miseriæ dant animum ad libirè loquendum contr.6. n.25.

Vniuersitas est eadem, licet tractu temporis augmentum accipiat, vel diminuatur contr.2.nu.14. 15. & 17.

Vniuersitatis nomen, & singulorum, realiter inter se distinguntur, & singulorum expressione vniuersitatis non cadit contr.2. n.32. & 38.

Vnio beneficij debet fieri per Episcopum cum consensu Capituli, etiam in beneficijs iuris patronatus contr.26. n. 61. & 62. non solum laicali, sed etiam ecclesiastico n.63. & quando sunt plures patroni omnes debent consentire n.64. si tamen capitulum renueret indebitè consentire, poterit per Episcopum compelli ad consentiendum ibid.n.65.

Vniuersitas Turritana per Gasparem Vico condita sub protectione Illustrissimi Archiepiscopi Turritani reponitur, & felix habetur pro hoc tutamine. Hæc vniuersitas semper per Chancellarium, ascitum à corpore Societatis Iesu apparet moderata contr.35. num.7. & 8.

Vniuersitatis Turritanæ Chancellarium rector Collegij Societatis Iesu semper eligere assueuit, quæ possessio ferè immemorabilis anno 1660. fuit in dubium vocata, in quo fuit in hoc munus electus Doctor Petrus Paulus Ornano, tunc temporis Plebanus Parochiarum Vsini, & Tisi, & nunc Canonicus Turritanus contr.35. num.11.

Vniuersitas licet non possit iudicem ex capite inimicitiæ recusare fundando causas in corpore vniuersitatis, potest tamen quando ciues, monachi, canonici, vel alias reperiuntur inimici respectu iudicis contr. 37. nu. 49. 53. 54. & 55. vbi probatur posse recusari per vniuersitatem in causa singulari, vnius monachi inimici iudicis.

Vniuersitas non potest excommunicari, alias est nulla excommunicatio contr.37.n.50. & 51. fallit quando fertur exprimendo nomina illorum. Afferuntur plurima exempla. quæ in hoc Regno Sardiniæ, circa hanc materiam contingerunt contr.cit. num.22.

Vocabulorum transfusio, & transmutatio ab vsu pendet contr.26. num. 77.

Voluntas coniuncta cum potestate, humanis actibus essentiam dat, debet esse concreta actui controu.10. num.5.

Voluntas testatoris est seruanda, quia sic interest, ad cuius obseruantiam inspirat ipsamet ratio naturalis contr.16. n.5.& 6. & præfertur piæ causæ

Votum ingrediendi Religionem, non obligat ad perseuerantiam controuer. 5. num. 12. vouens constituitur debitor Deo ibid. n.16.

Votum aliud est personale, mixtum aliud, & reale, & communitatis aliud, votum reale, & constituentis habens tractum successiuum obligat hæredes successores, tam in bonis, quam officio contr.5. num. 17. & 18.

Votum potest interponi à pubere, facto etiam absque consensu curatoris contr. 38. n.13

Vrbis Ruina minatur, iuxta Valerium Maximum, quando incendia pennatum contingunt controu. 30. num.29.

Vsufructus vtrum videatur imbibitus in dispositione, per quam quis cum libera administratione assignatur contr.17. num.28. 29. & 32.

Vsufructus non videtur relictus ex libera administratiue, vel etiam si mater relinquatur domna & domina superstitibus filijs, quia tunc habet solum alimenta controu.17.n.62. & 63. si relinquatur vna cum filio vsufructuaria, tunc habet medietatem vsufructus ibid. n.64.

Vsus rerum, tametsi iucundarum. si commutatione non condiatur, molestiam parere solet. Probatur contr.39. num. 5. 6. & 7.

Vsuræ pupillares debentur absque interpellatione cum fauore minorum, & ciuitatum, minor ætas pro interpellatione habetur. Fallit si non adsit tutor cui legittimè solutio fieri debet, quo casu debitor non tenebitur ad vsuras contr. 38. nu.6. & 7. & etiam cessant quando debitor est etiam minori; & vtrum teneatur facere depositum ibid. num.8.

Vtilitas publica debet præfferri particulari controu. 37. num. 14.

Vtilitatem propriam quisque potest allicere; licet in damnum alterius refundatur contr.17. nu.9.

Vxor ad matrimonium nihil conferens, nihil ab eo debet percipere contr.1. n.21. & 23.

F I N I S.

[illegible]